

Anni
Christi

alterum } Northantoni
fuit } Londini

Anni
mundi.

190.

1270

h GREGORIUS IO.
Placentinus, an. 4.
mens. 2. dies IO.

5357

1276

Vacat dies 9.

5363

Patriarcha.

Constantinopoli Iosepho
cogno. Beco, deinde Ioanne
an. IO.

Principibus.

Michaele 7. Comneno
Paleologo Orient. Imp.

Post finitum interregnum
Imperij Rudolpho ann. 19.
Occid. Imp.

Abaga Tartaro Perfidis,
S. Ludouico Franc. Reg. &
post eum eius filio Philippo
3. Audace, an. 15.

Icum Nuamlac Æthiopum
pretioso.

Alphonso 10. cog. Sapiente
Hispanie.

Henrico 3. Angliæ, deinde
Eduardo 4. dicto 1. an. 34.

Boleslao Pudico Polonorum
principe.

Alphoso 3. Portugallie reg.
Alexandro 3. Scotie.

Margarita eius vxor sanctitatis viri defuncti æmula, se
totam Deo vouit, ac Lutetiæ suburbanum cœnobium,
Franciscanarum extruxit,

Quemadmodum ab eius viro Ludouico cœnobio Sã-
ctæ Catharinæ Vuallischolarium, Mathurinarum, &
Sanctæ crucis Guilelmitarum Lutetiæ fuerant posita.

Desyderius Longobardus multis scriptis impugnavit
ordines mendicantium: contra quem D. Thomas lib.
contra impugnantes religionem, cap. 6.

Tartarorum duces quidam in Asia religionem Chri-
stianam susceperunt, & magnas res in Syria & Persia so-
ciis Armeniorum regibus contra Saracenos & Ægyptios
aliquandiu gesserunt. E quibus vnus Cassanus successo-
ribus suis Persarum regibus nomen dedit. Chron. lib. 9.
Polon.

Icum Nuamlach de familia David Æthiopicum Im-
perium, quod Presbyteri Ioannis vulgò dicitur, maiori-
bus suis ereptum, ante trecentos triginta tres annos à stir-
pe reginæ Treddagaber, ope optimatum, qui res Sabæ
prouinciæ gubernabant, recipit, & ex Axuma pro-
uincia in Sabam transfert. Victorius Reatinus de Regibus
Æthiopia.

Nicolaus Paulus & Maffeus Veneti, cum Chogotolo
nobili Tartaro à Cobila Tartarorum 6. Camo siue Im-
peratore destinantur ad Pont. Clementem, vt mittantur,
qui Tartaris legem Christi prædicent. M. Paulus in suo lib.
Cobilam tandem sacro baptismo fuisse initiatum tradit,
Hayto Armenius.

HUMAN A.

1268. Bellum rusticum in partibus Hollandiæ ad de-
lendos nobiles, seque afferendum in libertatem: quod
dissipatum est industria Traiectensis Episcopi, & Co-
mitis Geldrensis, multis captis, pluribus occisis. Chron.
Hirsang.

1269. Collegium Quæstorum siue Thesaurariorum à
Guilermo de Saana Ecclesiæ Rothomagensis Thesaura-
rio Lutetiæ conditur.

1270. Franci & Carolus Siciliæ rex Tunetum in Africa
capiunt, captiuos Christianos liberos faciunt, in omnibus
regni ciuitatibus monasteria construunt, Chron. Martini.
Gaguin. lib. 7. Emil. lib. 7. Continuatio historie sacre lib. 4.
cap. 17.

In Corandino, Frederici è Conrado filio nepote, illu-
strum Sœuiæ Ducum genealogia defecit, in qua Roma-
num imperium plusquam centum & viginti annis tunc
quiescens, incrementa sui accepit, Chron. Hirsang.

Philippus D. Ludouici filius, in Africa Rex salutatus,
post leges barbaris datas, tributumque impositum, exer-
citus in Galliam reduxit, regnavitque an. 15.

h E L E C T V S est Viterbij post triennij fere vacationem
cum duntaxat esset Leodientis Archidiaconus, ac eo tem-
pore in Asia cum exercitu Christianorum contra infide-
les pugnaret. Chron. Hirsang.

Sapiens & integer. Vniit Latinam Ecclesiam cum Græ-
ca, & vt fieret continua expeditio in Saracenos conten-
dit. Vnicerius.

In Concilio Lugdunensi Rudolphus confirmatus est
Imperator, quod nollet ire Romam, pro imperij corona,
dicens, multorum Alemanorum Reges Italia consumpsit,
non ibo Romam. Chron. Hirsang.

In eodem, Minores vigintiquinque annis à cuta Parochialis Ecclesiæ, exclusi sunt. *Capite licet canon. de Elect. lib. 6.*

D. Thomas Aquinas obiit ætatis quinquagesimo, dum Lugdunum ad Concilium euocatus, proficisceretur. *Mater hist.*

Emerferunt ex Italia flagellantes hæretici incerto auctore, qui vagantes per Germaniam & Gallias, semetipsos flagellabant, & prædicabant multos errores: vt Aquam benedictam nihil plus habere efficaciam, quam non benedictam, Euangelium finem accepisse post aduentum suæ sectæ, præferabant suam flagellationem Martyrio, &c. *Bernard. Lutzemburg. & Alphonsus. libro tertio contra hæreticos.*

Magna pars historicorum Philippum Francorum regem cognominat audacem, sed tanta fuit morum & animi lenitate, vt merito potuerit appellari Lenis. At fortasse quod dicebatur de Philippo Duce Burgundiæ, qui fuit vir strenuus & forti animo, ipsi imprudenter traxerunt ad Philippum Regem Francorum.

Michael Paleologus Imperat. Græcos nolentes Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ fidem ac ritus recipere, variis modis multauit, bonorum publicationibus, relegationibus, carceribus, excæcationibus, flagitis, mutilationibus, & aliis similibus pœnis. Becum Constantinopolitanum Patriarcham, virum excellentis ingenij & doctrinæ, suo edicto aduersantem, cum omnibus ferè ipsius consanguineis coniecit in teterrimos carceres. *Niceph. Gregoras lib. 5.*

Paulò post ipse Becus, postquam librum sibi ab Imperatore missum (quem ante 25. annos, cum ea quæstio agitata esset, ex multis sacræ Scripturæ & sanctorum patrum libris pro Latinis collegerat Nicephorus Blemmydes) diligenter expendisset, & cum sanctorum libris, ex quibus Blemmydes ea excerpserat, ad verbum contulisset, mutata sententia restituit suæ dignitati, & deinceps fit ab intimis consiliis Imperatoris, adeo vt sine eo nihil profum gereretur. *Niceph. Greg. lib. 5.*

Qu. an. circiter 1270. partem Imperij Vncami Preto Ioannis à Tartaris ante 100. an. confecti, sub Cobila 6. Cham regebat, de Vncami stirpe quartus erat, Rex & Sacerdos Georgius. *Ex M. Veneto.*

Ann. 1274. Boleslao gentis Rege quatuor milliaribus à Craconia Poloni duris salis lapides effoderunt, præcipuas regni opes. *Munst. lib. 4. Cofinog.*

Petrus 3. Regum Aragoniæ primus per mortem Manfredi loceri sui fit rex Siciliæ. *Vasem.*

ABSENS eligitur, & primus ex ordine Prædicatorum fit Romanus Pontifex. Antea vacabatur Petrus de Tarantasia & erat doctus Theologus, qui super libros 4. sententiarum & epistolas Pauli scripsit: vir optimus, de quo omnia bona sperabantur: Amator publicæ tranquillitatis. *Trith. in Chron. Monast. Volater. lib. 21. Platin.* Alij volunt eum fuisse Longobardum. *Fascic. temp.*

Philippus Cancellarius Parisiensis, Thomas à Cantiprato, Richardus Mediauillanus minorita Anglus, Albinus Bononiensis, Ioannes Valensis, Guilelmus Arronius, Godofridus seu Guiardus Episcopus Cameracensis, scriptores Theologici.

Philippus Tudertus ciuis Florentinus ordinem seruatorum Beatæ Mariæ redegit ad formam. *Polyd. lib. 7. de*

Anni
Christi

1273
vel
1272

DECIMUM quartum generale concilium, Lugdunense secundum præside Rom. Pontifice, Episc. 500. Abbatum 60. & aliorum minorum prelatorum & sacerdotum ferè 1000. Pro terra sancta recuperanda (hac de re nihil fuisse definitum ait Ioan. le Maire) & contra Græcos de professione S. Spiritus à filio. Interfuerunt Græcorum & Tartarorum legati (Guilel. Nang. & Gregoras) & si Trithemio credimus, Michael Paleologus Imp. Græcorum, cuius auctoritate, etsi repugnantibus pluribus Græcis (Nicephorus Gregoras lib. 5. Pachymeres lib. 5.) conciliata est quidem (sive per eum, sive per legatos) decima tertia (Trith. in Chron. Monast. Hirsaug.) unio sive cõcordia utriusque Ecclesiæ. sed ea non diu durauit, sicut nec præcedentes. *Gaguinus lib. 7. Amyll. li. 7. Tom. 3. concil. Blond. dec. 2. lib. 8. Plat. Palmer.*

Anni
mundi.

5360
vel
5359

1276

191.

INNOCENTIVS 5.
Burgûdus Tarétasiensis.
mens. 6. dies 2.

1276

Vacat, dies 9.

Patriarcha.

*Constantinopoli Ioanne 10.
Principibus.*

*Eisdem Imperantibus &
regnantibus.*

Alexandro 3. Scotia.

5363

5363

Anni
Christi

Anni
mundi.

192.

1276

k ADRIANVS 5. Ge-
nuensis mens. i. dies 9.
Vacat. d. 28.
Patriarcha.
Constantinopoli Joanne 10.
Principibus.
Iisdem Imp. & regnant.

5363

193.

1276

1277

l IOANNES 21. (aliis 20.
aliis 22.) Lusitanus Vlyf-
siponensis mens. 8.
Vacat m. 6. dies 7.
Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne 10.
Principibus.
Iisdem Imp. & regnant.

5363

5364

inuent. cap. 4. Sabell. Ennead. 9. lib. 7. Honorius 4. eum con-
firmavit.

HVMANA.

A Rudolpho Imperatore procreatus est Albertus Dux
Austriæ, qui & post Adolphum fuit Imperator, à quo
domus Austriaca ad hunc vsque diem imperio fruens.
Chron. Hirsang.

Ducatus enim Austriæ, mortuo sine liberis Duce illius,
cum Comitibus Stiriz, Tirolis, & Carinthiz vacabat.
Ibid.

Quin & Rudolphus Odacharo Rege occiso in bello,
Boemiz regnum suæ ditioni subiecit, deinde regnum
Burgundiz. *Ibid.*

Omnia castella & latibula latronum, qui fuerant mul-
tiplicati, quòd nullus esset Imperator, motus prædonum
reprimens, ideoque omnia gererentur per tumultum sine
lege, sine ordine, pro lubitu, destruxit. *Ibid.*

1286. Cancellarium suum in Italiam misit, qui acce-
pta pecunia populos omnes liberos faceret. *Ibid. de quo
suo loco.*

k MORITVR Viterbij ante consecrationem suam.
Reuocavit constitutionem Gregorij 10. de Conclau,
quam reuocationem & Ioannes 21. successor confirma-
uit. Atque ita sine conclauis reclusionem sequentes pon-
tifices Nicolaus 3. Martinus 4. Honorius 4. Nicolaus 4.
Cælestinus 5. creati sunt. Cælestinus vero 5. renoua-
uit, deinde Bonifacius 8. successor, qui & in librum 6.
decretalium eam retulit. A quo deinceps tempore Car-
dinales in conclauis recluduntur. *Ioan. Andraas cap. vbi
Periculum.*

Rudolphum Imp. in Italiam vocauit ad comprimen-
dam Caroli Siciliae regis insolentiam, qui oblitus bene-
ficiorum innocentij quarti, qui regnum legitimis hæredi-
bus Conrado & Conradino filio eius ablatum, ipsi con-
tulerat, Romæ omnia pro arbitrio gerebat, Deo iniu-
riam illi factam vindicante. Verùm Rudolphus Boemi-
co bello distentus, Pontifici satisfacere non potuit. *Chron.
Hirsang.*

Hayto post quam multa bella confecisset contra Tar-
taros, Persas, Malec Sultanum siue Calipham Babylo-
nium & Melechdaer Sultanum Ægyptiom, ac per annos
45. eos quinque memorabilibus præliis superasset .i.
in Pamphilia 2. in Seleucia, tribus reliquis in Perside,
Præmonstratensem ordinem in Cypro professus & Ma-
carij nomen sortitus, anno 1273. in Domino moritur. *Ex
historijs Armeniorum.*

HVMANA.

Tiuo eius filius, Rex Armeniae ab Emerico Lusignano
Cypri Rege, & Villarelo Templariorum magistro, suppe-
tias contra Mahometanos obtinuit. *Ibid.*

l VIR literatus, sed in rebus gerendis parum prudens.
Moritur Viterbij, noua super eum camera ruente. In Phi-
losophia & Medicina eruditissimus erat, & multa scri-
psit, è quibus summula quædam extat, quam Thesau-
rum pauperum appellant, medicinæ non inutilis. *Chron.
Hirsang.*

Sub eo damnantur, qui asserbant Christum &

discipulos nihil habuisse, ac in his, quæ habuerunt, nullum obtinuisse ius. *In Extrauag. cum inter nonnullos. de Verborum signific.*

Sub eodem damnantur errores Ioannis de Poliaci doctoris Parisiensis. *In extrauag. communi Vas electionis.*

Pontifices qui idem nomen habent variè apud historicos numerantur, sed in his, qui nomen Ioannis obtinuerunt, tanta est in numerandi ratione confusio, vt vix quicquam certi liqueat, adeò vt quod de vno dicendum erat, sæpe imprudenter à multis alteri tribuatur. Qui faciunt Ioannem 17. Schismaticum hunc nominant 20. qui verò illum inter pontifices adscribunt, & simul nument Ioannem illum 8. si diis placet, foeminam, vocant Ioannem 22.

HVMANA.

Mortuo Duce Austriæ sine liberis Rødolphus Imperator ex concilio principum dedit eum Ducatum filio suo Alberto, quem eius successores etiam hodie possident. *Trib. in Chron. Monast. Hirsang. & Vuolfang. Lat. 2. m.*

IN VNQVAM sacrificabat, quin lachrymas funderet. Sacerdotia non nisi idoneis conferebat. Notarios & tabelliones curiæ Romanæ vt pestiferos sustulit. Gregorium 10. & Ioannem 21. imitatus.

HVMANA.

Dionysius rex Portugalliæ sextus 44. oppida partim instaurauit, partim à fundamentis struxit. *Vasans.* Agricolas appellabat neruos Reipubl. vnde & eis consulebat. *Idem,*

Ordines militum Christi, militum Sanctæ Iacobi, & militum Cisterciensis de Auys aduersus Mauros instituit.

Rødolphum Hasburgensem quidam tradunt ciuitatibus Italicis imperij iura vendisse.

Ann. 1280. Turci, qui à Tartaris attriti fuerant, resumptis animis reuersi ad latrocinandi consuetudinem reliquias imperij Græci in Asia comminunt, terras subactas in Sattapias 7. partiuntur à mari Pontico & Galatia vsque ad mare Lycium & Carium, fluménque Eumedontem.

Caramannus Alismei Phrygiam & Antiochiam, Sarranus Ioniam, Sanson Magnesium, Prienen & Ephesum, Calames & Cerasus filius Mysiam. Ottomanus Bythiniam, Amuriada à Sangaro flu. vsque ad Paphlagoniam sibi distribuunt.

Cæteris oppressis se quatuor familiæ extulerunt, Assumbei, Candelori, Caramanni (hinc Ciliciæ Caramanniæ nomen accepit) Ottomani.

Candelori Sinopen regionem circa pontum, Caramanni Ciliciam cum obtinissent, diu Ottomanis restiterunt. Vtque confugerunt ad Assumbeum, qui Cappadocum terras & minorem Armeniam possidebat, ex cuius stirpe natus est Vsumcassanus, qui regnum Persicum inuasit, postea.

Iacobus Meyerus ad an. 1278. suum Chronicon Flandriæ deduxit.

Siculi impatientes libidinis & insolentiæ militaris Gallorum communicatis consiliis, cum Nicolao 3. qui

Anni
christiAnni
mundi.

1277

194.
in Nicolaus 3. Romanus, ob vitæ integritatem vulgo dictus *Compositus*, an.

5364

1281

mens. 8. dies 15.
Vacat m. 5. d. 20.

5368

Patriarcha.
Constantinopoli Joanne 10.

Principibus.
Iisdem Imp. & regnant. & post Alphonsum Portugalliæ Dionysium, an. 46.

Icum Nuamlac Æthiopia mox Iacha-hazeon an. 9.

CONCIL. Cantuariense, preside Archiepiscopo, ad confirmandum statum religionis. Polyd. lib. 17. Ang. hist.

1285
1285
195.
n Martinus 4. Turo-
nensis, an. 4. mens. 1.

Vacat dies 3.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne de-
cimo, deinde Iosepho iterum
mens. 1. Mox Georgio sive
Gregorio an. 6. mens. 6.

Principibus.

Michaeli Paleologo Oriët.

Imp.

Abaga Tartaro Persidis, de-
inde Tangadore an. 2. Argo-
ne an. 4.

Rodulpho Occid. Imp.

Philippo. 3. Franc. Rege.

Iacba hazeone Æthiopiæ
pretioso sive Belul.

Alphonso 10. cog. Sapien-
te Hisp. deinde Sanctio. 4.
an. 8.

Eduardo 4. dict. 1. Angliæ.

Lescio Nigro Polo. principe.

Dionysio Portugalliæ. Reg.

Alexandro 3. Scotiæ.

1285
1288
CONCIL. Herbi polense. preside
Legato Apostolico à latere, multorum
Episcoporum, Abbatum, presenti-
bus Rodulpho Imp. Principibus Ducibus
& Comitibus, ubi inter alia Le-
gatus nomine Papa contributionem
decimi denarii à clero, & Rex ab
uniuerso populo exigere cœperunt. *Tri-
th. in Chron. monasterij Hirsang: At
Munsterus in Cosmog. refert ad an.
1287.*

196.

1285
1288
o Honorius 4. Roma-
nus an. 2. di. 1.

Vacat. m. 10.

Patriarcha.

Constantinopoli Georgio
sive Gregorio.

Anni
mundi.
5368
5372

Carolo infensus erat, & Paleologo Byzantino Imp. qui
Gallos nuper ex vrbe eiecerat, & Petro Aragonio, con-
iuratione facta an. 1281. die Paschæ ad pulsum campana-
rum conuocantium ad vespertas, omnes Gallos, ad vnum
supra octo millia cum vxoribus etiam grauidis intra dua-
rum horarum spatium contrucidarunt. Vnde prouerbium
VESPERÆ SICILIANÆ, seu Vesper Siculus, de subita
cæde. *Æmil. lib. 7. Soli illi superferunt, quos Spirli-
nga arx munitissima protexit.*

Deficiunt Siculi ad Petrum Aragonium regem (cui
Regnum Siciliæ debebatur iure dotis Constantiæ vxoris
filix Manfredi, quem Carolus vita & regno spoliauerat)
qui ad Hipponem Africae armata classe euentum Siciliæ
conspirationis præstolabatur, propterea à Nicolao 3. Ro-
man. Pontifice hostis Ecclesiæ iudicatus. *Æmil. lib. 7. Plat.
Blond. lib. 8. deca. 2.*

n F V I T vir sanctissimus, adeo vt cæci, muti & claudi,
ad eius sepulchrum sanitatē recuperarint. *Trith. in Chron.
monast. Hirsang.*

Italicis bellis indignè implicatus, semper tamen pacis
experens. Sub hoc insaniuerunt Vrsina & Annibalica fa-
ctio. *Vuicelius in Epitome.*

Martinus Polonus à Beato Petro incipiens, vsque ad
Honorium quartum, vitarum opus edidit.

H V M A N A.

Tangador Tartarus Persarum Rex relictis sacris Chri-
stianorum ad Mahometē descendit, ac se Mahomet Cham
appellari iussit. Quin & Christianos persecutus est, clau-
sis eorum templis, quæ postea successor Argon aperuit,
Christianos inire complexus.

Eldad Danius Hebræus historicus scripsit suam histo-
riam, de Iudæis Clausis in Æthiopia, circa annum Domi-
ni 1283. qui iuxta rationem numerandi Hebræorum, est
ab orbe condito 5043. *Ipsæ ad finem sui libel.*

o V I R bonus & integer, scientiæ & honestatis verus
amator. *Chron. Hirsang.*

Cardinales habere noluit nisi paucos, ac eos non mi-
nus bonos, quàm doctos. *Vuicelius in epitome.*

Ordinem Carmelitarum (qui sic dicti sunt à Carmelo
monte Syriæ) mutatis chlamydibus virgularis lue verti-
coloribus in albas, confirmavit & reformauit. *Plat. Trit.
in Chron.*

Ordinem Eremitarum sancti Augustini. Lutetiæ Pari-
siorum nondum receptum confirmavit. *Trit. in Chron.*
Sunt autem, vt id obiter dicam, precipui quatuor Oidi-
nes probatissimi, quorum ceteri omnes sunt veluti ap-
pendices, Basilij, Augustini, Benedicti & Francisci, san-
ctorum patrum, *Volater. lib. 21. Geograph. Polyp. lib. 7. de in-
uent. cap. 4.*

Vacat sedes 10. menses ob ægritudinem Cardinalium
qua apud S. Sabinam correpti sunt.

S. Rochus Narbonensis, Guilelmus Durandus Mi-
niacensis Episcopus, auctor Rationalis, Gilbertus Ma-
gnus Anglus, Ægidius Biturigenis Archiepiscopus,
Guilelmus Lugdunensis Archiepiscopus, Ioannes Gen-
nuensis Ephrem (alius ab Eremita) Græcorum histori-
cus, Arlothus generalis Minoritarum, Guido Bononien-
sis Archidiaconus, Nicolaus Cabasilas Dyrachij Episco-

pus, Ecclesiastici viri & Scriptorum.

Geraldus de Aruernia Chronicon Abbatum Cluniacensium ad an. 1287. protraxit.

Raymundus Lulius Catalanus Monachus Tuneti in Africa, multa scripsit de rebus nimium curiosis: in eius libris adnotati fuere plusquam quingenti errores à Petro Terracensi Archiepiscopo: ut Deum plures habere essentias, (tale quidpiam hodiè asserunt noui Trinitarij in Polonia) Patrem priorem filio: Spiritum sanctum conceptum ex patre & filio, &c. quæ tamen omnia, hæretica & plusquam diabolica audacia, assererat se à Christo sibi apparente in forma crucifixi in quodam monte accepisse, ut totum orbem à tenebris, quibus detinebatur liberaret. *Bernard Luitsemburg. in catal. hærese.*

HVMANA.

Palatium Parisiense (vbi Ludouicus Hutinus Parlamentum olim vagum, sedentarium fecit) extractum est à Philippo Pulchro, Engerrano Marinio fisci præfecto illud opus in insula regis vrbs vrgente. *Emil. lib. 8.*

Parlamentum quoque Tholosanum Ocitanorum gratia rex idem instituit. Quo regnante bellum sacrum in Oriente, Ptolomaide à Sultano capta, finitum est. *Idem.*

Collegium Scholasticorum Choleticum Lutetiæ instituitur à Ioan. Choletio natione Picardo Cardinali. *Mater historiarum.*

Ioanna Nauarorum regina, Philip. Pulchri vxor Gymnasium Campanum, vulgo Nauarricum, Parisiis extruit & locupletat. *Ibid.*

Eodem tempore collegium Cardinalitium Ioannes Monachus natione itidem Picardus Cardinalis posuit.

1283. Rodolphus Imper. cum circa Moratum ab equo deiectus fuisset, in lacum insiliit armatus, ac miro robore corporis euasit. Cùm inde Friburgum delatus esset, copiis collectis ex omni Sueuia, illud & Heluetios Comiti Sabaudia, cui erant subditi, eripuit. *Blond lib. 8. Dec. 2. & multa alia. Chron. Burg.*

1286. Pecunia populos Italiae liberos fecit. Lucenses ob eam rem duodecim millia nummum proposuerunt. Florentini sex millia, &c. *Chron. Hirsang.*

1287. Vuernerus puer Christianus à Iudæis furtim raptus occiditur acubus & cultris ad excipiendum eius sanguinem, in oppido Vuesaliensi iuxta Rhenum, qui postea tanquam martyr signis claruit multis. *Ibid.*

Philippo Comiti Sabaudia, cui Rodolphus multa eripuit, successit Amadeus, à rerum magnitudine Magni cognomen adeptus.

Philippus Pulcher, rex quoque fuit Nauaræ ann. 36. propter vxorem. *Vasens.*

P R I M V S Pontifex è Franciscanorum ordine. Nam errant, qui scribunt, Honorium 4. fuisse minoritam. Vir bonus, amator religionis & pacis. *Chron. Hirsang.*

Quo tempore Gibelini & Guelphi in Italia in se ardebant, & Soltanus in Asia Christianos crudeliter opprimebat.

Mulech Sapherapes Saracenorum Soltanus (hoc est, Imperator) non quidem Ægyptius, ut quidam

Anni
Christi

Anni
mundi.

Principibus.

Michaele Paleologo Orientis Imp.

Argone Tartaro Persidis, deinde Regayto an. 6.

Rodulpho Occi. Imp.

Philippo 4. Pulchro ano. 28. Franc. Reg.

Iacba Hazeone Æthiopiae Belul.

Sanctio 4. Hispania.

Eduardo 4. dicto 1. Anglia.

Lesco Nigro Polo. principe.

Dionysio Portugallia.

Alexandro 3. Scotia.

196.

1288

p Nicolaus 4. Afulanus an. 4.

1294

mensi. di. 8.

Vacat an. 2 m. 3. d. 2.

Patriarcha.

Constantinopoli Georgio siue Gregorio, deinde Athanasio an. 4.

Principibus.

Eisdem Imperantibus & post Rodolphum Astaulpho seu Rodulpho an. 6. Imp. & regnantibus.

Regayto Tartaro Persidis, deinde Baydone, an. 4.

Sanctio 4. Hispania. deinde Ferdinando 4. an. 13.

Iacba Hazeone Æthiopiae pretioso, mox eius liberis Bararsada, Esbrahab. Cadem saghed, Udum Raab, an. 15.

5375

5381

Anni
christi

Eduardo 4 Angliæ.

Lefco Nigro Polonia
principe, deinde Premislo,
qui regium titulum repetiuit
an. 6.

Dionysio Portugalliæ.

Alexandro 3. Scotiæ: deinde
interregno annorum sex ob
Anglorum irruptiones.

Anni
mundi

1191

CONCIL. Londinense ad V-
estmonasterium iussu Eduardi Re-
gis. Eo in Concilio publico edicto iussi
sunt Iudæi de Anglia in perpetuum
exire: cautum est etiam ut nemini li-
ceret dare prædia collegiis monacho-
rum sine Regis permissu: neque mona-
chis aut aliis sacerdotibus emere pos-
siones, idque ne eiusmodi possessiones
cenobiorum aliorumve sacerdotiorum
dotes fierent. Eam legem ad Manu-
moriuam vocarunt, quod res se-
mel data collegiis sacerdotum non
rursus venderentur magis, quam res
mortuæ. Durat in hodiernum diem.
Polyd. Virgil. li. Anglic. hist.

5378

putant, Sed Babylonius, Tripolim, Tyrum, Berithum, Si-
donem & Prolemaida, nobilissima emporia, quæ sola
tunc à Christianis tenebantur, ferro & igne vastavit al-
tercantibus inter se de finibus, iamdudum per 30. annos
Venetis, Genuensibus, & Pisanis. *Æmyl. lib. 8. Plati. Blöd.
lib. 8. dec. 2. Fascicul. tempo.*

Ita dissidentibus inter se Christianis amittuntur om-
nes portus Asiatici. Tuncque finitum est bellum Sacrum
in Oriente.

Miraculosè per vxorem filiam Haytonis Regis Ar-
menia Mangu Cham Tartarorum à Cingis Cham quin-
tus conuersus baptizatusque est, cum fratre Allan sue
Hielon & tota familia, Deinde Allan exercitum in Pa-
lestinam duxit habens in vexillo Christi crucifixi effigie,
contra Cathos Melechmees, vt Hierosolymam recipe-
ret. *Guil. Nang.*

Mox redierunt Tartari ad præscam impietatem. Vnde
hodie sunt Mahometani, vel potius Sagomorbare. Nam
habent Sagomorbar Cham pro magno propheta, vt
Turcæ Mahometem, qui de Deo vno & de Politia & mo-
ribus aliqua eis dictata reliquit, inter quæ est edictum quod
vsque hodie inrant successores Cingis Cham, de non af-
figendis Christianis, neque tributo ab eis exigendo co-
piofiore, quam à reliquis.

Hielon pulsus quidem Saracenis potitus est regno
Syriæ & Hierusalem circa an. 1290. At triennio post Sol-
tanus Babylonis illud accepit. *Continuat. Nangiæ. Sabel-
li Ennead. 9. lib. 7.*

Adhuc viuebat & scribebat Nycolaus Lyranus *ipse
in 2. c. Esaiæ.*

1192

ASCHAFFENBUR-
gense prouinciale, præside Gerardo
Archiepiscopo Moguntino cum 7.
suis suffraganeis, Abbatibus & pres-
byteris ubi multa utilia de negotiis
Ecclesiasticis statuuntur. *Tribem. in
Chron. monast.*

5379

H V M A N A.

Inter Philippum regem Franciæ & Eduardum Angliæ
erat capitale odium, quod fuit causa secundi belli Angli-
ci seu Francici & multorum malorum. *Polyd. lib. 17. Ang.
quo per Carolum Valesium Pulchri fratrem Aquitania
ditioni Franciæ adiungitur.*

Angliæ Rex Adulphum Imp. pro centum millibus
Marcarum argenti ea conditione in auxilium vocat, vt
diuisa inter Imperij principes pecunia, communiter ei
contra Francos assisteret. Quod non est assecutus, quia
Adulphus acceptam pecuniam in priuatos vsus conuer-
tit. *Chron. Hirsaug.*

1194

198.
q S. CÆLESTINVS
5. Eserniensis, mens. 5. d. 7.
Vacat d. 10.

5381

1194

Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne
vndecimo an. 6.

5381

Ferdinandus 4. Hispan. mortuus dicitur die sibi dicto
à duobus, quos iniuste tanquam homicidij reos occidi
iusserat. *Vasæus in Chron. Hisp.*

q PER CANNAM deceptus est voce tanquam
cœlitus missa insonantem, vt desereret Pontificatum
& Bonifacium institueret. Sedisse biennium aliqui scri-
bunt.

Instituit ante Pontificatum ordinem S. Benedicti in
Montibus. *Guil. Nang. Polyd. lib. 7. de inuentio. cap. 2. Eum
constituit Bonifacius 8.*

Fertur edixisse, Ne deinceps Romani Pontifices &
Cardinales veherentur equis & mulis, sed tantum asinis,
Christi, cuius haberi vellent vicarij, exemplo. *Mater histo.
O legem nunc prodigiosè euersam.*

Cum rebus agendis parum idoneus haberetur, per-
suasus est vt Pontificatum resignaret, itaque coram
omnibus in Consistorio, mitram, anulum, & Sandalia de-
ponens, Pontificatu se liberè abdicauit, *Platin. Relatus est*

inter diuos à Clemente 5. *Blond. 9. dec. 2. & Mater. Histor.*
vel à Ioanne 22. *Palmer.* vel à Viennenſi Concilio. *Ioannes Meyerus.*

S. Nicolaus Tolertanus tunc obiit : qui catalogo Sanctorum adſcriptus eſt ab Eugen. 4.

HVMANA.

Michael 7. Comnenus Paleologus cognomento Magnus obiit anno ſui imperij 35. ſed quod ad Eccleſiam Romanam deſciuiffet priuatus eſt , etiam à proprio filio Andronico , ſacra ſepultura. *Nicephor. Gregor. lib. 5. Emyl. lib. 8.*

Angli Normaniam & Aquitaniam inuadunt , capto clauo Blauiz , & duobus aliis oppidis circa Burdegalam , à cuius acceſſu propulſantur per Rodolphum Neela Magiſtrum Equitum. Proditiōe ciuium in deditiōem accipiunt Baionam urbem , *Guilhel. Nang.* Sibi Adulphum Imp. & Guidonem Flandrum ſociant , Hinc bellum inter Fracos & Flandros per annos quindecim.

Sub ann. 1295. iam tertio Iudæi à Philippo Pulchro tota Francia ſpoliati & exacti ſunt. Quam exactiōem ipſi appellant *ḥḳ* quod ea contigerit 55. anno poſt quintum mundi conditi millenarium , & in aliquando *ḳḳ* quod anno 136. poſt illam Philippi Auguſti eiectionem , quæ incurrit in annum 1190 falluntur qui in hac R. Salomonē fuiſſe aiunt. Nam ille eſt antiquior Abben Ezra , qui ſe vixiſſe ſcribit ſub annum mundi 5000. i. Chriſti 1240. Itaque eum relego ad illam priorem.

Pulſi Iudæi migrarunt in Germaniam. Quare Iudæos Germanos eſſe de radice ſiue trunco Francorum ſcribit. Elias in Tiſbi, Rad *ḳḳ*

Caffanus Tartarus Perſarum rex Suktanum Ægypti ſub an. 1300. vicit.

INSTITVT duplex maior (vt vocant) in feſtis 12. Apoſtolorum, 4. Euangelistarum, & 4. doctorum Eccleſiæ *Plati.*

Fertur fuiſſe auctor illius orationis Eccleſiaſticae, Aue virgo glorioſa &c.

Aliquot epiſtolas Romanorum Pontificum , quas vocant Decretales, in quinque Libros per tres doctiſſimos viros Guilhelmum Ebredunenſem Archiepiſcopum, Berægatum Epicoſcopum Bicenſem, & Richardum de Senis iuris vtriuſque doctorem , digeri curauit, eaſque ſub nomine Sexti libri Decretalium in Concilio Lugdunēſi confirmauit, & legi in Scholis ac in iudiciis obſeruari mandauit. *Prefatio lib. ex Decret. Paulo aſter Volater. li. 22. Amb.* Sextum inquit , Decretalium iuuante Dino Mugellano compoſuit.

Lustralem annū ſiue Iubileum centeſimo quolibet anno celebrandum primus inſtituit anno 1300. *Platina.*

Ingentia bella in Italia excitauit. Excommunicauit regem Gallorum Philippum , & totum regnum donauit Alberto Auſtriacæ domus Cæſari. Captus eſt poſtremo Anagnæ in paternā domo dormiens , nihilque tale metuens , indēque Romam perductus in carcere periit. Atque hinc dicitur, Intrauit, vt vulpes , regnauit vt Leo, mortuus eſt vt canis. Quod tamen falſo & temere uſurpatum à maleuolis , & principum aſſentatoribus plerique exiſtimant, quoniam Platina , valde alioqui pronus

Anni
chriſti

Principibus.

Michael 7. Paleologo Orientis Imp.

Cafano Tartaro Perſidis an. 6.

Adulpho Occidentis Imp.

Philippo 4. Pulchro Franc. Rege.

Baafarda cum quatuor fratribus Æthiopiæ pretioſo,

Ferdinando 4. Hiſpaniæ.

Eduardo 4. diſt. 1. Angliæ.

Præmiſlo Poloniæ.

Dionyſio Portugalliæ.

Interregno Scotiæ.

199

1294

BONIFACIUS 8.
Anagninus , ex nobili familia Caietana, an. 8. menſ. 9. di. 17.

Vacat d. 10.

Patriarcha.

Constantinopoli Joanne 11. deinde Athanaſio iterum an. 8. contra quem an. 1305. Hugolinus Latinus ſedit.

Principibus.

Andronico Paleologo ſeniore, ſiue maiore filio. Michaelis an. 37. Orient. Imp.

Cafano Tartaro Perſidis, deinde Cambagano.

Ottomano 1. Turcorum. Imp.

Anni
mundi

5381

5390

Anni
Christi

Adulpho & post eum Alberto 1. an. 10 Occid. Imp.
Philippo 4. Pulchro. Frac.
Rege.

Baafarda cum 4. fratribus
Æthiopiæ pretioso.

Ferdinando 4. Hisp.

Eduardo 4 dict. 1. Angliæ.

Premislo Polonia, deinde
Uladislao Loethico an. 3.

Vuenceslao Boemo an. 5.

Dionysio Portugallie.

Interregno Scotiæ, deinde
Ioanne Balliolo an. 7.

1297

CONCIL. Lugdunense, preside
Bonifacio Pontifice, qui animaduertens
quotidie Principes noua vestigia sa-
cerdotibus imponere interdum sine ius-
ta causa, interdixit in eo Concilio, ne
post hac id facerent, neque sacerdotes in-
iussu Rom. Pontificis illa imposita con-
ferrent. c. 3. de immunita. Ecclesie lib. 6.
Fuit causa magna discordie apud An-
glos. Polyd. lib. 17. Angl. hist.

5384

1297

Londinense, cum Episcoporum, tum
virorum omnium ordinum, preside
Roberto Cantuariensi preside, presente
Edouardo 2. in quo statuitur, ne in per-
petuum Regi liceret tributum ullum
Angli imponere nisi ex Concilij decre-
to. Id etiam hodie manet inuiolatum.
Polyd. lib. 17. Angl. hist.

5384

Romanum, quo Philippus rex Fra-
cia Alberto Imperatori subicitur. O-
nuphr. Plati.

1302

Parisiense preside Ioanne Cardina-
li Legato sedis Apostolice, qui eo mis-
sus fuerat à PP. quod Episcopi Fran-
cia vocati in ius Romam à Bonifacio,
non comparuissent. Guil. Nang.

5389

Anni
mundi

ad notandas Pontificum maculas, nihil tale retulit, sed
nec alij, qui eorum vitas describere. Vnde & eum lau-
dant, tanquam Ecclesiasticæ libertatis æmulam, Imper-
atoribus, regibusque sua potestate abutentibus formida-
bilem. Sed & Philippus Rex, cuius opera captus fuerat
atque interierat, Deo vnctum suum vlciscente, nunquã
deinceps prosperè se habuit, vt ab aliquo Episcopo præ-
dictum fuerat.

Malè tractauit Gibellinos, qui iidem Columenses &
Albi, vt contra Guelphi Nigri dicebantur. Vnde ad
Porchetum Episcopum dixit, cinere in oculos sparso:
Memento, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cine-
rem verteris. *Vuicelius in Epu.*

Henricus de Gandauo Tornacensis Archidiaconus,
Iacob. Genuensis Archiepiscopus, Alexander de Villa Cõ-
radus Halsbertadensis Dominicanus, Ioannes Scotus Frã-
ciscanus doctor subtilis, qui obiit an. 1308.) Ioannes Sã-
cto geminianus, Petrus de Palude, Renerus Pisanus,
Theologiæ Scholasticæ, vt vocant, acutissimi scriptores.
Trib.

Circa hæc tempora Nicephorus Calixtus Xanthopu-
lus historiam suam Ecclesiasticam à Christi natiuitate ad
annum 625. decurrentem, Andronico maiori Constan-
tinopolitano Imperatori dedicauit. *Ipsè in dedicatione ope-
ris, & lib. vlti. cap. vltimo.*

Guillemus Nangiac. monachus monasterij D. Dio-
nylij, prope Lutetiam, Chronographiam vniuersalem ab
origine mundi ad annum Christi 1302. digessit, quam duo
eiusdem cœnobij monachi vsque ad annum 1368. conti-
nuarunt. Extat codex hac in Parisiorum vrbe apud
cœnobitas S. Germani.

Quidam qui volebant haberi tertij Ordinis D. Fran-
cisci, quique vulgo fraterculi siue Fratricelli, seu Fratres
de paupere vita, vel Bisochi siue Beguini, & alijs no-
minibus vocabantur, in partibus Italiæ Siciliæ, & Nar-
bonensis prouinciæ, damnati sunt hærescos à Bonifacio
8. (alij volunt id à Ioanne 22. primò factum fuisse.) Ipsi Ec-
clesiastica sacramenta contemnebant: dicebant Sanctas
animas non frui visione diuina ante diem extremum: in
suis nocturnis conuentibus post inuocationem Sancti
Spiritus, & luminibus extinctis promiscuè coibant cum
mulieribus, quæ aderant: Ecclesiæ potestatem iam diu
ob corruptos mores Ecclesiasticorum extinctam fuisse: se
solos esse Ecclesiam Dei, seque imitari Apostolos, at
Ecclesiam Romanam esse meretricem ac Pontifices om-
nes post Syluestrum I. fuisse impios, quod in paupertate
non degissent, ideo ipsis denegandas esse decimas: Mar-
garitam concubinam Dulcini grauidam ab eo factam, tã
erant impudentes, vt affirmarent concepisse de Spiritu
sancto. *Mater hist. Supplement. Chron. Extrauag. Sancta Ro-
mana de religios. domib. Plati. Bernardus Lutemburg. Dul-
cinus erat eorum hæresiarcha. Platin. Manserunt in Mar-
chia vsque ad Eugenium 4. & Nicolaum 5. qui eos com-
buri iusserunt, sed multi in Græciam fugerunt. Anto. tit.
24. cap. 9. §. 15.*

Apamiensis Episcopatus instituitur à Bonifacio Papa
cùm antea ea regio subiaceret Tholosano Episcopatu
Guil. Nang.

HVMANA.

Vestigal quod Malam-toltam vocabant, centesimæ

& post

& post quinquagesimæ omnium bonorum, primò solis mercatoribus, deinde tam clericis, quàm laicis impositum est anno 1269. cuius causa magnæ seditiones ortæ sunt postea in Flandria. *Guiliel. Nang.*

Tota Lutetia Sequanæ illuione inundatur, vt per 8. ferè dies nauigiis, annonæ consulendum fuerit, nec liceret per vllum ferè vicum incedere absque nauculis & scaphis. *Guil. Nang.*

Burdegalentes timentes, ne iterum agitata pace cum Anglo, ei subderentur, nec mitius cum eis ageretur, quàm paulò antea cum Londinensibus, pulsus vrbe omnibus Francis, sui iuris fiunt, *Guillem. Nangiaco Gaguius libro septimo.*

Fœdus percussum est inter Philippum Reg. Franc. & Eduardum Reg. Angliæ, cui Philippus quadriennio postquam locasset Margaritam sororem, vniuersam Aquitaniam reddidit. *Guiliel. Nangiaco. & Polydor. Virgil. lib. 17. Angl. hist. Philippus vniuersam Flandriam subegit. Gagui. lib. 7. Amyl. lib. 8.*

1395. Præsmilus regni titulum apud Polonos reperit, quod fuerat annis 215. intermissum. *Crom. lib. 11.*

1398. Cuncti, qui contra Adulphum Imp. conspirauerunt, misera morte periire. Nam Albertus ipse Imperij usurpator & successor à fratris filio necatus fuit. Comes de Holoch & Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Moguntinus Archiepiscop. super sella sedens, repentina morte sublatu est. Comes Bipontinus in ripa Glietia submersus. Conradus Episcop. Argentinensis ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes Liningensis phreneticus & variis calamitatibus miser perit. Cæterique penè omnes simili interitu. *Chron. Hursaug.*

1300. Vuenceflaus Boemus Rex Polonis expetitur, tempore Ottomanis primi *Chron. lib. 11.*

1302. Factio Rusticorum in Francia ingentes regis copias bello superat. Sed paulo post omnes deleti sunt. *Chron. Hursaug.*

Cambagadus Tartarus Persiæ rex, repudiato Christianismo Mahometisimum amplexus, alios suo exemplo pertraxit; cæteros ita pressit, vt non inuito post Christiana religio apud eos fere exoleuerit. Hinc cecidit Tartarorum imperium in Asia. Nam Syriam Ægyptij retinuerunt. In reliqua Asia vsque ad Pontum, Turcorum potentia Ottomanis auspiciis restitui cepit. Parthi Persiam inuolarunt circa an. 1350. duce Gempfa Parthorum Sultano, deuietis posteris Cambagadi.

Reliquiæ Tartarorum in Hordas diuisæ per Europam & Asiam dispersæ sunt, quibus singuli principes præfuerunt. Alij in Taurica Chersoneso confederunt, quæ hodie Gazra, & hi Præcopitæ dicuntur, quorum princeps filia in vxorè dedit Selymo Turcæ, ex qua natus est Solymanus. Alij Mogai, qui non vnus imperio, sed reip. more è Senatu reguntur, à quibus Horda Hagutaiorum, seu Zauolliensium, quorum Metropolis Samarcanda Tamerlanis patria.

Tunc primum Tartarorum imperio valde imminuto, ann. 1300. tyrannicum imperium Turcorum nullius antea fere nominis per Ottomanum Turcam (qui regnauit ann. 28. originem habuit, mille annis postquam Ecclesia à Constantini tempore floruerat. *Volater. Paul. Iouius.* Illud autem intelligi per Bestiam Antichristi Apocalyp.

Anni.
Christi

1302

An. Dom. MCCC. quo Othomanus Turca de genere Scytharum siue Magog emerfit, mille annis post ligatum Satanam, ne persecutionibus amplius noceret Ecclesia, eis à Constantino sublatis & orbe conuerso. Apoc. 20. vsque ad hoc tempus, quo solus cepit & mysterium iniquitatis à Mahomete inchoatum, in apertum proferre.

Anni
mundi

5389

DECIMO tertio saculo doctrina continuatio sic elucet.

MISSA isdem ritibus & verbis quibus antea Innocentius 3. libris de Mysteris Missæ. Durandus Matensis in Rationali diuinorum officiorum Thomas opusc. 66. de expositione Missæ, & 3. parte. q. 83. Cabasilas Græcus libro de diuino altaris sacrificio. Samonas Gazensis contra Achmed Saracenum. Simeon Thessalonicensis libro de septem sacramentis.

Gratia Dei, fides, iustificatio. Cabasilas in expositione liturgie, cap. 29. de morte Christi, quis nescit eam esse solam, quæ peccatorum remissionem in mundum introduxerit, sed illud etiam scimus, quod post mortem illam, etiam fide & pœnitentia & confessione opus est, &c. Bonauentura in tractatu de res. hominis à peccato ad Gratiam. Innocentius in 7. Psal. panu. Cum nemo iustificetur, nisi ex dono gratie, patet, quod nullus iustificetur ex merito vite. Nam infusio gratie proprie iustificatio appellatur, quam Deus nulli concederet, si eum secundum meritum exigentiam iudicaret. Audis Romanum Pont. Thomas in 1. Apoc. Remissio peccatorum gratis datur. Denique Scholasticus in 2. sentent. dist. 27.

Eucharistiæ veritas, sacrificiū,

Anni
Christi
1302

Anni
mundi
5283

transubstantiatio, adoratio, Mis-
sa ritus. Cabasilas in expos. liturgia
multis capitibus. Innocentius libris
de mysteriis Missa Thomas lib. de Sa-
cramento Eucharistia, in officio festi
Sacramenti, & in 4. sentent. 3. q. 74.
& seqq. lib. peculiari, de Sacramento
Altaris. ubi cap. 29. populus nō ac-
cipit sanguinē sub specie vini & qua-
re Guiliel. Parisiens. lib. de eadem re
Alexander 4. q. 36. 37. & seqq. S. Sa-
monas disp. contra Achmed Saracenum.

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Thomas 3. q. 66. & seqq. in summa cont. Gentil. li. 4.
D. Samonas Gazensis disp. contra Achmed Sarac. Scholastici in 4. sentent. dist. multis. Guil. Paris. de baptismo &
eius partibus. lib. de tempore Baptizandi. lib. de ritu baptizandi. Ioachimus & Abbas variis locis. Albertus Mag-
nus videm. Hugo Cardinalis & Lyranus similiter in varia Bibliorum capita. Durandus de diuinis offic.

Pœnitentia & eius partes tres. Cabasilas c. 29. Guiliel. Paris. lib. de sacramento Pœnitent. Innoc. in 1. & 3.
Psalm. Pœnu. Bonauent. in dietis de Pœnientia. Thom. in tract. de Articulis fidei c. 14. & 3. q. 84. & c. doctores hu-
ius sæculi in 4. sent. dist.

Claves Ecclesiæ absolutio. Cabasilas c. 29. Thomas opusc. de forma absolutionis. 3. q. 84. Durandus Mima-
then. de diuinis officiis. Scholastici in 4. sentent.

Confirmatio & reliqua alia sacramēta, & eorum vsus. Simon Thessalonicensis libro de septem Ecclesiæ sacra-
mentis. (Nam etiam Græci nobiscum tot constituunt, imo & cunctorum populorum Christiani.) Thomas in tractatu
de Articulis fidei & Scholastici in 4. Sement. Guiliel. Paris. priuatis tractatibus. Durandus Mimatensis de diuin.
offic. Hugo Cardinal. & Lyran. in Biblia sæpius. Cabasilas in expositione liturgia cap. 29. (Vltimum aut Græcus
ille & quidem disputans contra Latinos) olei sacramentum perfecti sacerdotum oratio, quod etiam corporalis mor-
bi medelam & peccatorum remissionem dat iis quibus peragitur, ut habet Apostolica traditio & c. ubi & inter sa-
cramenta nominat sanctissimum unguentum, Ordinationem per impositionem manus, mysterium remissionis pec-
catorum per sacerdotem, orationem sacerdotis in Matrimonio, ut intelligas hæc sacramenta non esse Papistica, sed
etiam Græcorum, & quidem disputantium contra nos.

Primatus sedis Apostolicæ. Fredericus Imp. episc. 3. & quidem sedem Apostolicam oppugnans. Græci in conc.
Laveranensi. Rusci, Poloni Boemi apud Vincentium in specul. lib. 31. c. 39. nuntius & literis confessi sunt. Accursius in
Authentica ut Eccl. Rom. gaudeat 100. annorum præscript. vetus Roma habet primam sedem Ecclesiarum, item
originem legam item fontem sacerdotij. Thomas lib. 4. contra Gentil. cap. 76.

Liberum Arbitrium, bona opera, Thomas in summa de Veritate, Mater. 14. q. 1. 1. q. 83. art. 1. & Scholastici
in 2. sent. dist. 3.

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines, festa. Psellus ad Andronicum Imperatorem,
ubi infra. Cabasilas in expositione liturgia c. 33. 34. 48. 49. 50. Thomas 2. q. 83. Innoc. serm. 1. dedicat. templi, & c. De-
nique sermones & tractatus penè innumerabiles doctorum huius sæculi.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Psellus ad Andronicum Imp. c. de exitu animarum, & c. de benefactis
pro his qui e vita decesserunt. Cabasilas c. 33. 42. quod inscribitur, de iis qui dormierunt, an sanctificentur à Mensa
44 45. quod præfert hunc titulum. Quod is qui dormierunt, perfectior sit sanctificatio. 47. Thomas 3. q. 82. art. 6.
& in summa contra Gentil. li. 4. c. 91. Bonauent. in 7. parte Breuiloq. c. 2. Innocent. in 3. Psal. Pœnit. Doctores in 4.
sentent. hist. 21.

Cetera idem & ceteri huius sæculi auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimonium ferunt Centuria-
tores. In epist. nuncupatoria. Cent. 13. Tum (aiunt) norma docendi & iudicandi controuersias constituta sunt patrum
scripta & conciliorum decreta & c. deinde c. 2. de loco & propagatione Eccles. col. 11. & seq. cap. 3. de persecutione &
tranquillitate Ecclesiæ sparsim col. 18. & seqq. c. 4. de Doctrina prolixissime col. 25. & deinceps c. 5. de hæresibus spar-
sim col. 554. & seqq. per totum c. 6. de ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 590 & seqq. per totum 7. de Politia & guber-
natione Ecclesiæ col. 686. c. 8. de Schismatibus col. 754. sparsim c. 9. de Synodis col. 789. & seqq. Per totum fere c. 10.
de Doctoribus & episcopis col. 780. & seqq. sparsim in reliquis, ut de Martyribus, de Miraculis. Huc facit, quod ex
instituto multi hac atate scripserunt. de hæresibus. Item contra Albigenes, Almaricum, Pretum Ioannis, Desyderium
Longobardum, quorum damnatas opiniones isti recoquunt: adde totius huius centuria Synodos, qua non exiguo fue-
runt numero. Sed & Historici istius curriculi omnes docent non alium fuisse Ecclesiæ cursum.

cap. 20. nemo sanæ mentis ibit inficias, cum multorum
veterum & recentiorum iudicio nomine Gog & Magog
intelligentur Saraceni & Turci, ut etiam cogitur fateri
Funcius lib. 1. commenta. in Chron.

Eodem fermè anno Austriacam domum inter Chri-
stianos principes Deus extulit. Utinam in Christi glo-
riam & Ottomanicæ perniciem. Sic Hebræi obseruāt, quo
die diruit templum Nabugdonozor, eo natum Cyrum
qui eius posteritati exitium attulit.

Nouæ factiones Alborum & Nigrorum in Italia Blod.
lib. 9. dec. 2.



DECIMUM
QUARTUM
sæculum.

1303

5390



D V o s Cardinales Columenses, & Phi-
lippum regem Franc. regni iure à supe-
riore pōtifice deiectum restituit. De in-
terfectoibus Bonifacij quæstionem egit.
Vol. li. 22. Anth.

Franciam Bonifacij interdicto soluit.

Sanctimonium vitæ eius miraculis à morte declaratum fuisse tradunt. *Vicelius.*

Ecclesia Romana sub annum 1300, non à passione Domini, vel potius conceptu siue Incarnatione, vt olim, *Beda capite quadragesimo septimo, libri de Natura rerum.* sed à natiuitate numerat. *Lucidus de vero die passionis, capite tertio.* Sed trium mensium duntaxat, differentia.

Ottomanus Turca, qui ab Abagano Persarum rege Natoliam regendam acceperat, de se augendo cogitans duobus aut 3, ante Benedicti 10. Pontificatum, Turcici Imperij iacit fundamenta. Christi trecentesimo, aut certe 301. Et si quingentis antè annis Turcas è Scythia profectos, sedes in Asia collocasse compertum sit, verum neque regem neque imperatorem habebant, diuisi duntaxat per tetrarchias & regulos, nisi quod metu Goffredi Bulonij Solymanum tumultuarium olim ducem creauerunt.

Ita Andronico suo in Andronicum Iuniorem nepotem indulgentiore, proindeque Iuniore auxiliis Genuensium imperium inuadente occupata Thracia & vrbe Constantin. Ottomanus plerasque vrbes Bythinia caput, Prusiam caput & metropolim suæ gentis, bellique contra Europæos arcem constituit.

Maxime eum nobilitauit Sebastia expugnata.

An. 1303. Occidentalis Tartaria cœpit nostris innotescere, è qua legatus ad Philippum Pulchrum venit, auxilium petens aduersus Mahometanos suas regiones infestantes, promissa suorum ad Christum conuersione, si quidem Christianorum manu assererentur. Re non impetrata discessit.

Circa eundem an. Flavius quidam Melfensis in regno Neapolitano, reperit Aciculam siue Indicem, siue Bossulum Marinum cuius cuspis Magnete intingitur, vt perpetuo prospectet ad Aquilonarem Polum, Polaremve stellam. Valer aduersus Maris fluctus, tempestates & pericula, vt scias quo in loco verferis, quo sit deflectendum, &c. Est specie Astrolabij. Eo nondum vtuntur Græci, neque Caspij neque rubri maris nauæ siue propter ignorantiam, siue quia illorum nauigatio est breuis, facilis, littoralis. vsu trita. Tam præstans & necessarium inuentum Deus noui orbis aperitioni præmisit, quod ad eum nauigatio non nisi emenso Oceano & per altum pelagus fieri possit.

Capcapo, (quem Damasco præfecerat Cassanus Magnus Cham, qui deuicto Bandone suo consanguineo Mahometis religionem abiecerat, Christianam amplexus, & rogatu Armenij R. Hierosolymam in potestatem acceptam restaurarat cum Templo dominico, eamque Armenijs, Georgianis, cæterisque è Cypro & latebris conuolâtibus inhabitandam, Malaio verò gubernandam an. 1298. concesserat (ad Ægyptum Sult. defecit, & cum eo Hierosolymam expugnat. Hunc Molaius tandem) cum supplementa misisset Cassanus, in fugam vertit ann. 1301. & qualemcumque pacem Syriæ restituit. *Lib. 5. continuata histor. de bello Sacro.*

b Fuit filius Bertrandi equitis ex oppido Mihandran Burdegalenensis diocæsis in Vasconia: vnde antequam electus esset Pontifex dicebatur Bertrandus, Burdegalenensis Archiep.

Anni
christi

1303

1305

1305

1315

200.

a BENEDICTVS IO.
dict. II. Palmerio 12. Tar-
uisinus.
mens. 8.

di. 17.

Vacat an. 1. m. 1.

Patriarcha.

Constantinopoli Athanasio.

Principibus.

Iisdem & in Imperio & in
regnis & Ottomano Turca-
rum primo Imp. an. 28.

Cabagado Tartaro Per-
sidis.

Baasarda cum fratribus.
Æthiopum pretioso.

201

b Clemens Burdegale-
sis an. 8.

mens. 10. di. 15.

Vacat an. 2. m. 3. d. 17.

Patriarchis.

Constantinopoli Athana-
sio, deinde Niphone an. 3. m.

10.

Anni
mundi

5390

5392

5392

5462

Anni
Christi.

Principibus.

Andronico maiore cum fi-
lio Michaeli Iunioris Orient.
Imp.

1305

Ottomano Turcarum Imp.

Cambagado Tartaro Per-
fidis.

Alberto, Henrico 7. an. 6.
ex ordine Occident. Imp.

Philippo Pulchro Franc.
Reg.

Andizeone Aethiopiae pre-
tioso.

Ferdinando 4. Hispania,
deinde Alphonso 11. an. 42.

Eduardo 4. dicto 1. An-
glia, deinde Eduardo 5. dict.
2. an. 19.

Venceslao Boemo Poloniae,
deinde Vladislao Lothico
regnum recuperante anno
28.

Dionysio Portugallia.

Interregno Scotia, ob eam-
dem Anglorum violentiam
annis 20.

Ann
mundi

5392

Transiit propter seditiones Italicas, quibus me-
deri non potuerat, magno Christianorum incommodo
sedem Pontificiam ab urbe Roma Auenionem Galliae
urbem, ubi successores mansere an 70. *Volat. lib. 22. An-
tho. Plat.* quod captiuitatem Babylonicam Itali appella-
bant usque ad Gregorium undecimum 1. an. 1371. Coges-
sit constitutiones quae ab eo dictae sunt Clementinae, &
publicatae in Viennensi con. *Ibid.*

Guelphorum dux erat Gnedo, Gibellinorum Ma-
pheus.

Leges à Gregorio 10. editas confirmavit, nonnullis ad-
ditis vel suppletis in Viennensi concilio.

Templatorum ordinem iustis de causis destruxit, eo-
rum bonis Rhodiis militibus concessit. *Ibid.* res Italicas
per tres Cardinales administrat.

Archiepiscopum Cambaliensem in Dominio Tartarorum
creat Iohannem de monte, ordinis Minorum, &
ad eum pallium misit pro successoribus ob loci interual-
lum. Octo item alios fratres eiusdem ordinis consecrat.
in Episcopos, mittitque ad illas Orientales partes, ut
eius essent suffraganei & adiutoris. *In Catalogo Episcopa-
tuum orbis.*

Andronicum Imperatorem anathemate percutit.

Lugdunensem ciuitatem ditionis Philippi Pulchri ef-
fecit. *Chronicum Comitis à Monte forti. Chron. Burgund.*

Multa collegia monachorum in Aquitania seculari
habitu donauit, ut metropolim Ecclesiam diocesis Bur-
degalesis, & collegiatis S. Seuerini, & D. Æmiliani, qua-
rum Abbates conuertit in Decanos.

Denique hæc Sedis Apostolicæ translatio valde fœ-
dauit antiquam Ecclesiæ faciem. Nam præter inauditas
dispensationes, & sanctorum Canonum eneruationes,
perijt illud diuinum ius, Sæcularia Sæcularibus & Re-
gularia Regularibus, maxime in Gallia, dum Pontifices
huius transmigrationis plusquam Babylonicæ (nam ob-
seruantiam regularē, disciplinam Ecclesiasticam penè to-
tam, iura denique confudit, corripitque) patriæ & prin-
cipibus impiè fauere gestiunt.

Guido Ferrariensis auctor Margaritæ Bibliorum, A-
lanus Insulensis, Gerardus Leodiensis, Petrus de Verbe-
ria, Hubertinus Casalanus, Gerardus Bononiensis, Ma-
lachias Dominicanus, Albertus Patauinus, Guilielmus
Hafflingenensis, Ioan. Vitalis Cardinalis, Raymundus E-
remita, Richardus Pampolitanus, Bernoldus Cisterciens-
is, Porcherus Saluaticensis, Guido seu Gilo Cameracen-
sis Episcopus, Iacobus Vetulonius Eremita. Marfilus
Paduanus, Galterius Burgenis Episcopus Pietauensis, Io-
an, Glodeston, Petrus Aruernus, omnes Theologiæ pe-
ritissimi.

Florebant quoque nominatissimi iurisperiti, Dy-
uus Mugellanus, Petrus de bella Pertica Burgundus, I-
acobus de Arena Parmensis, qui sæpe laudatur à Bartho-
lo, Richardus de Malunibrjs Cremonensis, Iacobus de-
Butrigarijs Bartholi præceptor, Oldradus de Ponte Lau-
densis, Cynus Sigisbuldus Pistoriensis.

Hæresis noua apud Nonarienses per Dulcinum &
Margaritam inuenta, qua mares & feminae simul habi-
tantes in omnem libidinem prolabeantur, & Anaba-
ptistarum more senserunt nihil habendum proprium,
non esse administrandas Resp. Christianis, & similia ab-
surda: *Summa concil.*

5402

1315

Beguardi, & Beguinæ, hæretici in Germania, inter alia afferebant hominem adeo perfectum esse posse in hac vita, ut peccare nequeat nec iustior fieri: nullum coitum esse peccatum: ideo licere quidquid natura suggererit: Christum non esse adorandum in sacramento Eucharistiæ, quod illud esset imperfecti hominis. Damnati fuerunt in concilio Viennensi, & iterum à Ioan. 22. *Clementi. Ad nostrum. de hære. Massens lib. 18.*

Ann. 1309. Equites Hospitalarij S. Ioannis Hierosolymitani, Rhodum, insulam cum vicinis aliis quinque à Saracenis seu Turcis recipiunt, anno 4. obsidionis. Hinc cœperunt dici Equites Rhodij, & haberi illustres. *Aemilius lib. octavo Blond. libro nono decad. secunda.* Eam retinuerunt 214. annis.

Anno 1314. vacauit Imperium, sedes Pontificia, & regnum Francorum.

Multi hæretici, quorum auctor erat Lolhaldus quidam nomine Vualtherus, comburuntur in ciuitate Cremenfi vrbe Austriæ, & aliis in locis, quod dicerent inter alios errores, Missam, Baptismum, & extremam vnctionem nihil prodesse: Luciferum iniuste cœlo pulsus fuisse & tandem restituendum: omnes Angelos & suæ sectæ aduersarios deputandos æternis cruciatibus: D. Mariam non mansisse Virginem: Dominicum corpus in Sacramento esse Deum fictitium: matrimonium esse iuratum meretricium: Deum nec scire nec punire mala quæ hic fierent: prætextu charitatis coibant promiscue in locis, subterraneis: carnes quouis tempore edebant: dies festos non obseruabant: Merita & intercessionem Sanctorum irridebant, & multa alia eiusmodi profitebantur, adeo pertinaciter, ut cuiuslibet essent ætatis & sexus mallent mori quam respicere, sic eos fascinoerat Satanus: In Austria & Bohemia vel vicinis locis erant eius sectæ plus 800. millia, vnde cœperunt Bohemorum hæreses. *Triuh. in Chron. Monast. Hirsaug.*

Ex hac sæce Boemia tunc infecta vsque in præsentem diem, iisdem erroribus & turpitudinibus scæter. *Ibid.*

Georgius Pachimeres historicus & Philosophus, ab anno primo Michaelis Palæologi ad 23. Andronici senioris historiam Græcorum per annos circiter 58. persequitur.

Cyro Athanasio Alexandrino Patriarchæ (nam etiam Patriarchæ & Hierarchia Ecclesiastica sub principibus Mahometanis durat) suam Paraphrasim in Dionysium dicauit, qui Constantinopolim veniens, fortassis legatus, ad eam edendam ipsum incitauerat.

Eum, quia nonnulli confuderunt cum magno Athanasio, Pachimerem in Historicum & Philosophum diuidunt. Hunc ad annum 370. illum in hunc locum conferentes. Sed perperam.

Fuisse autem hac tempestate Patriarchis Alexandriæ, Antiochiæ, Hierosolymis liquet è Nicephoro Gregora Pachimeris suppare lib. 10. cap. vltimo. Quorum successiones hoc quarto lib. interrumpere coacti sumus ob causas initio illius commemoratas.

Franciscus Maronius Franciscanus sub ann. 1315. magnanimum illum actum Sorbonicum introduxit, quo ætate per singulos dies Veneris responderetur à quinta matutina ad septimam vespertinam sine præside, sine socio, sine prandio & pastu, sine vlla emigratione, in eadem perpetuo corporis sede & animi cõtentione, donec cunctis opponentibus satisfactum sit, præsertim Baccalau-

Anni
christi.

1311

DECIMUM quintum generale Conciliū Viennense, præside Clemente 5. presentibus tribus regibus Franco, Anglo, Tarraconensi, duorum Patriarcharum Alexandria, & Antiochia, Episcoporum 114. alij volum 300. & aliorum multorum Pauperum contra Saracenos, pro recuperatione terra sancta, contra hæreses, Templarios, & & mores corruptos clericorum, biennio celebratur. *Plati. Palmer. Tom. 3. Concil.*

Et in Concilio ordo & nomen templariorum, qui annis (203. Tru. 184.) steterat, condemnatur: eorum reditus D. Ioannis Hospitalaris, qui tunc vocabantur equites Rhodij conceduntur, *Gagni. lib. 7. apud quem vide errores Templariorum.*

Beguardi & Baguina etiam, in eo damnantur.

Approbantur Clementina constitutiones: Festum corporis Christi confirmatur.

In eo etiam decretum est, ut in principalibus Academijs professores bonæ stis stipendijs donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicam, Græcam (nam autographum Concilij hac vocem habuisse testatur Ioan. Andreas iuris Canonis interpres) ut Arabicam linguam publice docerent, ut essent qui apud infideles, qui has linguas potissimum callent, fidem possent propagare, cap. 1. de magistris in Clementinis lib. 5.

Anni
mundi

5398

Anni
christi.

1305

Ann
mundi

5392

reis primi & secundi ordinis, qui sunt minimum sexaginta, & argumenta circiter centum agitant. Nam singuli primi ordinis duo texunt, primus etiam (quem Priorem appellant) nouē. Facinus inexpertis formidabile, at cuius causa nemo hactenus in valetudinis discrimen venerit, plures melius habuerint, siue quia vis audentes diuina iuuat, siue quia mentis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de tempore.

1308. Moritur colonię Ioannes Scotus, Doctor subtilis, quo anno Henricus Comes Lutzburgensis creatur Imperator. *Chron. Hirsau.* Nondum mortuum fuisse, quando in sepulchrum illatus est, ferunt, sed duntaxat lethargo correptum. Quod aperto sepulchro postea innotuerit dum in gradibus Mausolei deuoratis manibus reperi- tus est.

HUMAN A.

Philippus Pulcher Iudæos è Francia exegit, & bonis spoliavit. Sed septem annis post Ludouicus Vtinus pecunia, vt ferunt, corruptus eos recepit. *Aemyl. lib. 8. Guag. lib. 7.*

Aurelianensem Academiam auctoritate Clementis confirmatam instituit. *Chron. Franc.*

Templarios tota passim Gallia vno quasi momento deleuit. Quod cum in Germania auditum esset, illis vt postulabant, Moguntia an. 1311. auditis, nomen tantum & leges mutantur, personis & redditibus distributis in alias sacrorum ordinum familias. Per reliquum orbem Christianum ob nefanda quædam scelera, & opiniones prauas de religione, quasi dato à Pontifice signo è concilio Viennensi, totus eorum ordo deletus est.

Nutus eius omnes ann. 1313. probri causam dixerunt: Iohanna quidem Philippi longi vxor absoluta: vt Margarita Ludouici Vtini, & Blancha Caroli Comitis Marchia conuictæ. Ideo Margarita in custodia misere periit. Blanchæ verò libellus repudij datus. *Chron. Burgund.*

An. 1309. morte Vindonis Marchia Engolismensium comitatus regi Franciæ obuenerit. *Gagu.*

Ioannes Meunius Pœta mandato Philippi regis multos libros è Latino in Gallicum transtulit.

Equus pictus Constantinopoli, quo ante sacellum Deiparæ virginis sustinebatur D. Georgius, media nocte bis hinniuit, magno omnium terrore: vt prius fecerat anno plus minus 50. *Niceph. Greg. lib. 8.*

Ioannes Rex Armenia, dimisso regno Leoni suo nepoti, sit monachus ordinis Minoritarum *Antonin. tit. 24. cap. 9. para. 13.*

Albertus Imp. à fratris filio Ioanne interficitur, qui tanquam prodigo, administrationem Sueuiæ ademerat, Iohannes postea ab Henrico 7. perpetuis carceribus in Pisano Eremitarum cœnobio damnatur.

Henricus 7. Imp. pro more Mediolani Ferrea corona decoratur. Postea Romæ à tribus Cardinalibus à Pontif. missis auream coronam, imperij insigne, suscepit. *Triub. in Chron. Aemil. lib. 8.*

Veneno sublatus dicitur à Dominicano, cum sacrosanctum Christi corpus sumeret. Ea de causa 13. aut 14. annorum interregnum in Germania tenuit.

Coitionem factam Heluetiorum Alpinorum contra Nobiles in Albertum Austria principem propensio-

1315

5402

res, qui se hostem Adulphi Imp. professus fuerat, probavit, & eorum tres pagos, Vrios, Suissios, & Vnde rualdos, inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit iis privilegiis, vt cætera liberi in capitalibus tantum causis iudicem ab Imp. datum admitteret, quem sua lingua Prefectum vocant. Id quod libertatis Helueticæ origo prima fuit. *Stampsius in Chron. Heluetico.*

Quam deinde Lupoldus Bauarus an. 1316. non modo confirmavit, sed & capitalium causarum iudicium perpetuo privilegio concessit. *Idem.*

In Italiam traiciens Amadeum Sabaudia Duce, Imperij principem constituit. *Paradinus.*

Imperatorum Constantinopolitanorum tempora apud vllum auctorem vix hic satis distincta reperiuntur, aded vt ex collatione Græcorum & Latinorum scriptorum ferè diuinandum fuerit.

Ferunt Margaritam Comitissam Hollandiæ vno partu peperisse trecentos sexaginta tres liberos, eosque omnes viuos, qui fuerint baptizati. *Annales Hollandiæ, & Mater historiarum.*

Sic pauld antè, an. scilicet 1269. in Cracouiensi regione, quædam honesta matrona, Margarita etiam nomine. Virboslai Comitissæ vxor, 36. pueros viuos vno partu edidit. *Herbertus hist. Polon. lib. 7. cap. 13.*

C E D I D I T 20. constitutiones, quas Extranagantes, vocavit. Ante Pontificatum Iacobus Cadurcensis vocabatur, Cancellarius Franciæ, vnde & ope Ludouici Hutini pontificatum Max. est adeptus.

Aureorum florenorum decies ac septies centena milia in ærario pontificio reliquit.

Instituit vt ter singulis diebus tintinabula ad vesperum pulsarentur, quod vnusquisque ter salutationem angelicam recitaret. *Polydorus libro sexto de inuentione, capite duodecimo.*

Episcopatum Tolosanum in sex Episcopatus diuisit, & Tolosam sedem metropolitanam constituit. Sic quoque Episcopatum Pictauiensem in tres, Pictauiensem, Maleacensem, & Lucionensem: cum hi duo postremi antea essent Abbatia. *Continuatio. Nangiæ.*

In Ludouicum Bauarum censuris ecclesiasticis animaduertit.

Quendam de ordine Prædicatorum Archiepiscopum Soltaniensem creat, ei dato pro se & successoribus pallio. Eo etiam ad partes Aquilonis septem, eiusdem ordinis fratres misit pro coepiscopis siue suffraganeis. *In Catalogo Episcopatum orbis.*

1320. Vladislauum Poloniæ principem regem nominavit.

Nouam militum religionem in Lusitania instituit, quorum caput est oppidum Syluensis Dioceseos. Huius etiam tempore secta Fratricellorum de opinione excitata est, qui Petro Corbario Pseudopapæ obtemperabant. *Volat. lib. 22.*

Errorum Lactantij & Irenei de receptaculis animarum vsque ad resurrectionem tenuit & publicè prædicauit (de quo post.) Sed ex decreto Parisiensis facultatis illum retractauit. *Marsil. in 4. dist. 13. art. 3.* Tanti olim fiebat huius Facultatis autoritas.

Damnauit eos qui dicerent Christum & Apostolos nihil possedisse. *Extrana. Cum inter nonnullos, de Verbo significat. Maier. histor.*

Nicolaus Aqueuillanus, Franciscus Maronius Sco-

Anni
christi.

1315
vel
1316
1335

Anni
mundi

202.

C IOANNES 22. aliis 21. aliis 23.) Cadurcensis an. 19. mens. 4.

5402
vel
5422

Vacat dies 16.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne duodecimo ann. 4. Gerasino an. 1. Esara an. 18.

Principibus.

Andronico seniore Paleologo, cum Andronico iuniore nepote, Orient. seu Græcorum Imp.

Carbanda Tartaro Persidis.

Ottomano an. 28. & Orchane an. 22. ex ordine Turcorum Imp.

Ludouico 4. Bauario, siue Bauaro an. 32. Occid. Imp.

Ludouico Vtino 12. dict. 10. an. 2. Philippo 5. Logo an. 5. Carolo 4. Pulchro an. 7. filii Philippi Pulchri, & Philippo 6. Valesio cogno. Catholico, an. 22. per ordinem successionis Francorum Regib.

Aindizeone Aethiopiæ deinde Seipharad, an. 28.

Alphonso 11. Hispaniæ, Eduardo 5. dicto. 2. Angliæ. deinde Eduardo 6. dict. 3. an. 50.

Vladislao Loetico Poloniæ.

Dionysio Portugalliæ. deinde Alphonso 4. an. 31.

Roberto Brusio Scotiæ an. 24.

An
mundo

rus Petrus Aquensis Archiepiscopus, Conradus Sancto-georgianus, Augustinus Anconitanus, Guilelmus Ochā Anglus (cōductus Pape oppugnator, ait Pighius) Guilelmus Abbas Pietauensis, Martinus pœnitentiarius Episcopus, Guido Majoriēsis episc. Alpharus Minorita, Guilelmus à Petra alta, Adamus Goddamus, Astafanus siue Astefanus, Monaldus, Lupoldus Carthusianus, Ioan. de tenera munda Carthuf. Guido montis Rocherij, Petrus Episcopus S. Paulj Theologiae scriptores.

Petrus Cunerius aduocatus regius in Senatu Parisiensi conatus labefactare Ecclesiasticorum iurisdictionem temporalem, Ecclesiasticamque libertatem infringere, sibi perpetuam ignominiam accersuit, Petro Bertrando Episcopo Heduoꝝ, & tituli S. Clementis Cardinale, pro Ecclesie iuribus apud regem Philippum Valesiū perorante, & Sigillo sumo deformique illi per ludibrium in Chori cathedralis parietem infixo, quod etiā hodie stylis suis scriptoriis, pugnisque prætereuntes in perennem impietatis memoriam confodere solent.

Refuratio erat facilis, etiam si Cunerij causam impij quidam Principum consiliarij, veneno haud dubie Centuriatorum & Calvinico tincti, restaurare studeant. Contra quos hæc pauca annotabo. Prima iuridictio in fideles, etiam in causis civilibus est Episcoporum. Nam Christus fundamentum Iurisdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, si se aliqua in re læsos putent, vt adeant non Curiam, sed Ecclesiam. Matth. 18. Et Paulus 1. col. 6. de determinandis in Ecclesia causis præceptum dat, id est apud Episcopum, vt intellexerunt & interpretati sunt veteres & concil. 3. Carthaginense præsentē August. cap. 9. Et 1. Timoth. 5. aduersus presbyterum, accusationem recipiendam à Timotheo episcopo sub duobus aut tribus testibus.

Constantinus Mag. apud Nicepho. lib. 7. cap. 46. iudiciū & iurisdictionem in clericos episcopis mandat, & apud Sozom. lib. 1. cap. 9. appellandi è civilibus iudiciis ad episcopos potestatem facit.

Theodosius Mag. leges tulit, vt liceret cuique siue is actor esset, siue reus relicto foro sæculari, etiam lite contestata forum Ecclesiasticum adire.

Patrem secuti Arcadius & Honorius dant optionem actoribus & reis, vt causas sæculares ad Episcopos deferant. si quas ex consensu, Cod. de Episcoporum audiētia, & h. Episcopale, iidem Imp. tantam vim tribuunt Episcoporum iudiciis quantam præfecti prætorio. Tantam abfuerunt sanctissimi illi Imp. vt Ecclesie iura abolerent, vt ea auerent fori sæcularis detrimento.

Carolus & ipse Magnus in constitutionibus ex Chalchedonensi & Carthaginensi Synodo clericorum & Ecclesiasticorum lites inter Ecclesiasticos, & non apud sæculares componi debere decernit.

Iustinianus §. si quis contra, 123. Nouel. Monachos & clericos liberat à Iurisdictione magistratuum & coram Episcopo citare iubet.

Sic apud Hebræos, Deut. 17. & alibi, ad Tribunal Ecclesiasticum fontes citari iubentur, & Numer. 5. c. Mulier de adultertio suspecta, quàm & adiuret (inquit) Sacerdos, &c.

Quin imo apud eos nulla fiebant iudicia, nisi duobus Leuitis assidentibus, è Iosepho Anton. libro 4. cap. 8. *εὐαγγελιστῶν (ait pa. 107.) δύο ἀδελφοὶ ὑπηρέται δὶ δούλοισιν ἐκ τῆς τοῦ λαοῦ φύλης.* Quæ legē secutus Iosaphat 4. Reg. 3.

1517

CONCIL. Moguntinum Provinciale, præside Matthia Archiepiscopo Moguntino, presentibus eius suffraganeis, Abbatibus & multis aliis sacerdotibus. In eo multa constitutiones ad Ecclesie vilitatem sunt edita. Trib. in Chron. Monast. Hirsang. & Continuatio Nargiac.

5414

1441

[Faint, mostly illegible text in the left margin, possibly bleed-through or a separate column of text.]

1351

1335

5422

& 2. Paral. 19 vt idem refert initio lib. 9. κατέσπευχε ἰς τοὺς κριτὰς ἐκ τῶν ἱερέων καὶ ἐκ τῶν λειτῶν.

Quare Synedrion etiam tempore Christi, de quo Talmudici in Tract. Sanedrin, ferè totum Sacerdotibus constabat. Et Phariseorum iurisdictione explicatur à Iosepho Ben Gorion Hebraico lib. 4. cap. 6.

Sic apud Paganos Ius Pontificium, iuxta quod Cicero pro Domo sua apud Pontifices contra Clodium perorat, & de Aruspicum responsis eosdè quandam habuisse ciuiliam iurisdictionem testatur.

Tertium Conc. Carthag. cap. 9. prohibet, ne Clerici in Iudicio Laicorum de re ciuili litigent, cum Priuatorum (id est Laicorum) causas Apostolus etiam Ecclesiæ deferri ibi determinari præcipiat. *Nota vim argumenti.*

Vnde Augustinus testatur se audiuisse multorum lites, & Chrysostomus lib. de Sacerdotio quartam officij Pontificij partem in eo positam docet. Et epistola 1. Clementis, apud Presbyteros Ecclesiæ negotium fratrum (quoslibet Christianos intelligit) quæcunque illa sint, iudicentur. Et lib. 2. Consti. ca 47. Fiant iudicia vestra secunda feria, vt si fuerit discessum à sententia, possit is liberè vsque ad Sabbatum sedare controuersiam, & pacare disceptantes in diem Dominicum (tam breui tempore iudici Apostoli volebant.) Denique extat non tantum epistola 1. Clementis de iurisdictione Ecclesiæ in sæcularia. verum etiam Anacleti prima. Hæc contra nostri æui Cunerianos.

Ioannes de Columna auctor libri, cuius titulus est Mater historiarum. Guido Parpinianus & Ioan Andræas Canonistæ, Dantes Aligerius Florentinus insignis poëta in lingua Hetruscorum, obiit anno Christi 1321. & ætatis 56. vel, vt alij volunt. 91. Gëtilis Fulginas, & Dinus Florentinus medici. Franc. Petrarcha & Bocacius.

Durandus de Vualdach in Arragonia Hæresiarcha, inter alia enomebat matrimonium esse occultam scortationem. *Bernard. Lutzemb. in catal. hæretic. Tandem comburitur.*

Complures Manichæi cum suo doctore ad ecclesiam Catholicam se conferentes, sacrum baptisma suscipiunt. *Niceph. Gregoras lib. 8.*

Petrus Ioannes Biraensis seu Pyranensis hæreticus, per Babylonem Meretricem magnam (*Apocahyp. cap. 17.*) intelligebat Catholicam ecclesiam, & Papam per Antichristum. *Berna. Lutzemb. Sententia Clementis 6. exhumatus, flammis traditur.*

1321. Lothardus Vualterus magister & princeps sectæ, de quo paulo antè, Colonia comburitur. *Chron. Hirsaug.*

Carolus Pulcher fertur primus Regum Francorum permisisse Papæ decimas, ex suis subditis, vt eius quæstus fieret particeps. Vel vt Pontifex Ludouicum Bauarum Imp. hostem Ecclesiæ iudicatum bello persequeretur. *Chron. Franc.*

Gottfriedus Plessæus Lutetiæ Gymnasij Plessæi conditor.

Ordo militum Iesu Christi exortus est tunc primum in Lusitania an. 1326. *Plat. confirmatus est à Benedicto 11.*

Guilielmus Occamus Imperatoris stipendiarius, & à Papa ob aliquos errores excommunicatus. *Truh. Ioanem 22. maledictis lacerat. Ae myl. lib. 8. in eum multa blasphemando conscribens. Trin. in Chron. Hirs. & de Script. Eccles.*

Anni
Christi.

Anni
mundi

Schisma 20.

1327

Nicolaus 5. antea dictus Petrus, ordmis Minorum, contra Ioannem 22. (quem acerrimè oderat Ludouicus Imperator) in schismate ab Imper. Pseudopontifex Romæ creatus sedit. an. 3. m. 3. d. 4.

Auenione in carcere moritur.

544

Anni
Christi

1315

Anni
mundi

5402

magna impudentia. Nam etsi Ioannes Papa probabilius putaret sanctos nondum clara Dei visione frui, quæstione de hac re orta, quod ira sentire viderentur Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Ambrosius, Augustinus, Prudentius, Bernardus, & ex Græcis Iustinus Martyr, Irenæus, Orig. Chrysof. Theodorit. Oecumenius, Theophylactus, Euthymius, apud Sixtum Senensium in Biblioth. libro sexto annot. 345. *tamen morte præuentus (inquit Benedictus Papa successor) istud perficere nequiuit. lege Bonifacii constitutionem libro tertio Alphonsi de Castro contra hæres. Verbo, Beatitudo. Quin & Occamus ipse fatetur Papæ Ioannis verba hæc fuisse. Nunquam tamen mea intentionis sui dicere aliquid contra fidem. Et si aliquid diximus, totum ex tunc reuocamus.* Dialogo primo part. 2. c. 9. & 10.

Impudentius Caluinus Instit. primarum ca. 3. num. 233. Ioannem 22. Palam asseruisse animas esse mortales, vnâque cum corporibus interire vsque ad diem resurrectionis, & neminem Cardinalium huic se tantæ insanix opposuisse. Nam nemo Christianus vnquam sensit animas esse mortales, nedum asseruit, & tota quæstio in eo versabatur, an sanctorum animæ à Dei facie siue essentia ante diem Iudicij clarè cernenda retatdarentur. Vt etiam pontificis Maluoli consentitur.

HUMAN A.

Cum bella inter Ludouicum Bauarum & Fredericum Austriacum pro imperio exarsissent, Heluetij, præsertim Vri, Syluani & Suitenses soli. (Nam reliqui Imperio subditi Frederico studebant) Bauaro adfuerunt. Quare hic rebus bene gestis remunerationis loco, *avropaidu* ab Henrico septimo antecessore impetratam confirmauit, additis immunitatibus & potestate sese perpetuo fœdere, defensionis causa, coniungendi. Quoniam verò initium confœderationis factum est in oppido Suitensi, Suitensium siue Suissorum nomen omnibus confœderatis est tributum. Hic ergo incipit Heluetiorum respub.

Henrico 7. mortuo interregnum imperij fuit mensum 14. Quatuor electores Ludouicum Bauarum, tres reliqui Fredericum Austriacum elegerunt. Vnde bellum ciuile in octennium, donec victus & captus est Fridericus.

Ludouicus Bauarus Guil. Occam scholasticum stipendiarium sibi fecerat, vt se tueretur aduersus fulmina Apostolica, Innoc. 22. & Benedicti 11. vt eius scripta restantur.

Orchanes filiorum Ottomanum minimus cæsis fratribus, Tyrannidem adipiscitur. Mysiam, Phrygiam & Cariam domuit, Prussiam vi cepit, regiam olim Bithyniæ, vbi accepto vulnere interiit, anno Imperij sui 22.

Niceam & Nicomediam obsidione fatigatas fermè, tandem domuit.

Ludouicus Vtinus viuo patre per matris obitum coronatus est Pampelone & appellatus Rex Nauarræ annis 9. *Vasas in Chron. Hisp.* Engerranum Marinium Longæuillæ comitem filci summum præfectum, tanquam grauissimi tributi imperandi auctorem, ob quod Campani, Atreabates, Bellouaci, Burgundi, multique alij populi in se conspirauerant, furcæ suspendit. Papiotum magnum laqueo sustulit, Claudiam sortilegam, ob cæreū

1335

5422

figillum effectum, vt eo paulatim ad ignem liquecente sensim actabe lenta deperiret, igne consumpsit. Iudæos in Galliam reuocauit. Parlamentum prius motorium statarium fecit.

Philippus Longus exclusa filia Ludouici Vtini regnū Navarra tenuit ann. 6. atque ex eo tempore, dicunt apud Gallos filias non esse hæredes regni. *Idem.* eius vltimoli, 1323. Iudæi propter suspicionem yeneri in puteos sparsi, in regno Gallico vexati sunt, vt deinceps in eo mansisse non videantur. A Philippo Aug. sub ann. 1190. pulsifuerat. Reuersi à Phil. Pulchro spoliati & exacti sunt iterum, ann. 1295. quam exactiōnem Hebræi notant. $\eta\lambda\iota$ id est, ann. 55. post quinque mille annos orbis conditi, & 177. i, anno 136. post illam primam, in qua fuisse R. Selomonem aiunt, postea à filio Ludouico Vtino reuocati quidem sunt, ac post quinquennium aut sexennium vltimo Philippi Longi. i. 1323. vti dictum planè, sedes mutare non tam Principis iussu, quam Plebis eiectione coacti sunt. Atque hæc quarta est & postrema eorum exactio, cuius ipsi tamen, non meminere, quod illam Vtini attingeret. Vnde & eam Symbolo $\eta\lambda\iota$ notant, non solum quia annum designat, verum etiam quia significat, *Desit, Consummatum est.*

Philippus quintus nunquam ab Ecclesiasticis, & populo decimas sibi a Pontif. concessas & tributa impetrata impetrare potuit. Eius vxor Ioanna comitis Burgundorum filia collegium Burgundum Parisiis extruit, fundatque.

Carolus Pulcher an. etiam 6. rex fuit Navarra.

Ducatus Borbonius initium habuit à Ludouico Charomontensi Comite, qui munificentia Philippi Valesij Regis Francorum nominatus est Dux. *Gagu. lib. 8.*

Carolus Franc. Rex, offensus, quod Eduardus 2. Anglorum Rex, vt Beneficiarius, non iurasset, nomine possessionis Aquitaniæ & Pontini, in verba Ludouici Regis, deturbatis Anglis, ferè totam Aquitaniam occupauit, exceptis tribus ciuitatibus, Burdegala, Baiona, & S. Severo. Verum biennio post ann. 1323. iureiurando, per Eduardum 3. adhuc iuuehem 12. annorum dato, renouatōque fœdere, omnem Aquitaniam reddidit Anglo, precibus Isabellæ sororis Reginæ Angliæ. *Gagu. libro 8. Amyl. libro octauo. Polydorus Vv. Angliæ histor. lib. 18. & Chron. Franc.*

Vltimus Philippi pulchri f. etiam ad regnum peruenit. Nempe norandum oraculum, vt cæteri hoc exemplo caueant, *Nolite tangere Christos meos.* Episcopus Morianensis vir sanctissimæ conuersationis, coram multis, ait, postquam Bonifacius 8. insidiis Philippi Regis esset captus, Hoc nuncium magnam afferet lætitiā Regi Franciæ, sed notabile propter tantum facinus irruet in eum & eius progeniem. Quod totum impletum est, non multo post tempore. Nam rex intercurrente apro inter equi sua crura, mortuus est. Tres autem eius filij vnus post alium breui spatio regnarunt, eorumque omnium vxores in adulterio deprehensæ sunt. *Antoninus part. 3. tit. 20. §. 20.*

Isabella Philippi quarti Franc. regis filia Eduardum Anglorum regem maritum suum cepit, & custodiæ mancipauit vsque ad mortem, propter desolationem, vt dicebat, quam cum seruis in regnō fecerat. *Chron. Hirsang.*

1324. Agitur conuentus nobilium Londini in Anglia,

Ani
Christi.

1315.

Ani
mundi.

5492

Anni
Christi

Anni
mundi

vbi inter alia statutum est, vt deinceps suspendio sti-
gulandi statim sepelirentur : qui mos etiam nunc durat
in Anglia. *Polyd. lib. 18.*

Mortuo Carolo Pulchro absque virili stirpe an. 1327.
orta est quæstio (quam adhuc Angli dicunt esse sub iu-
dice) inter Francum & Anglum , de regno Franciæ.
Eduardo tertio Rege Angliæ, quod esset filius Isabel-
læ filiæ Philippi Pulchri iure proximioris gradus cogna-
tionis , contendente regnum sibi deberi : contra Phi-
lippo Valesio filio Caroli Valesij, fratris Philippi Pul-
chri decreto legis Salicæ , qua fœminæ à regni succes-
sione excluduntur, illud sibi vendicante. At Franci Va-
lesium regem decernunt , Eduardus verò Regis Galliæ
solum titulum & insignia assumpsit, quibus eius poste-
ri in hunc vsque diem vsi sunt. *Polyd. lib. 19. Aemil. lib. 8.*
Hinc ortum est funestum & cruentum bellum Anglicum
quod cœpit in Aquitania, sæpius intermissum & renoua-
tum.

Vuladislavus impetrato à Pontifice Diademate regio,
qui illud olim ademerat post cædem D. Stanilai , cum
Hedvigi vxore Cracouiæ coronatur solenni ritu an. 1320.
Ex eo tempore ius coronandi Reges Polonos atque ipsa
insignia Regum Gnesna Cracoutiam translata sunt *Her-
bertus lib. 9. Histor. Pol. cap. 8.*

1326. Comes Geldriæ in Ducem sublimatur à Ludoui-
co Imperatore , Comitatus de Zutphania titulo vsque
in hodiernum diem retento.

Alphonfus II. Hispaniæ rex adiutus auxilio Alphonfi
4. Portugalliæ regis soceri sui infinitas Barbarorum co-
pias vicit, & bellum gerens contra Allibo-hacen Maro-
chi regem & Banamarim & alios 4. reges quadringenta
quingenta Saracenorum millia occidit, Christianis
duntaxat 20. desideratis. *Vasem. Ibid.*

d E Cisterciensium ordine Papa Confirmavit ordinem
Militum Iesu Christi.

Reformavit ordines Benedictinorum & Cisterciensium
condita constitutione, quæ Benedictina dicitur,
lectæque est in comitiis Sancti Germani à prato , ann.
1337. 26. Iunij, celebratis à ducentis circiter Abbatibus
Diocesum Remensis & Senonensis. Nam nondum pro-
fana erant Monasteria, vt eis sæculares passim præfice-
rentur.

Hunc esse aiunt, qui Benedictinis & Cisterciensibus
relaxavit perpetuum vsum piscium. Et certè cap. 26. con-
stitutionis decernit, vt per totam feriam quartam, & à
prima Dominica Aduentus, vsque ad diem Natalis Do-
mini, & à Dominica Septuagesimæ vsque ad diem Pas-
chæ, ab esu carniū abstineant, nisi obstiterit infirmitas.
Quasi voluerit licere cæteris temporibus ab Ecclesia non
prohibitis.

Censuras in Bauarum à Ioanne, vt in vsurpatorem Im-
perij, factas confirmavit. *Plar.*

Vir sanctissimus omnibus collachrymantibus sepeli-
tur.

Auenioni sedens collegium & templum Bernardi-
norum Parisiis fundavit, cuius Bibliothecam Cardinalis
quidam Tolosas Ordinis Cisterciensis libris exornauit,
& sedecim operam Theologiæ dantes alumnos perpe-
tuos instituit.

Decretalem edidit, determinans, animas sanctorum
nihil habentes expurgabile, statim vt decedunt, ante diem
iudicij faciem Dei cernere. *Lazius in Episto-*

203.

d BENEDICTVS II.
dict. 12. Tolosas, an. 7.
mens. 3. di. 17.

Vacat dies 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Esaias, dein-
de Ioanne 13. an. 16.

Principibus.

Andronico iuniore Paleolo-
go an. 13. Græcorum Imp.

Carbanda Tartaro Persi-
dis, deinde filio Carbandæ.

Orchane Turcorum Imp.

Ludowico 4. Bauaro Occid.
Imp.

1335

1442

5422

5429

ma vniuersalis historia. id est, decidit, quod Innocentius morte præuentus non potuit perficere. *Paulo supra.*

Confirmavit gymnasium vniuersale Heilbergense à Ruperto Palatino Rheni primum fundatum, vt & Urbanus 6. cuius primus director & moderator fuit Marsilius de Ingen doctor Parisiensis & Canonicus, Thefaurarius Colonienfis. *Truh. Chron. Hirsaug. & de Script.*

Indulfit præfectis Mediolani, Veronæ, Vicentij, Mantuæ, Rhegij, Cararij, Patauij, Ferrariæ, Mutinæ, Argentæ, certo illis imperato tributo: vt Marchionum & Ducum titulos præferrent, & à iure imperij propter assiduas Imperatorum tyrannides, rebelliones, & impietates, exirét. *Idem.*

S. Lupoldus Babembergensis episcop. qui de veterum principum Germanorum erga religionem Zelo scripsit,

Petrus 4. Aragoniæ rex obiit citatus in sexagesimū diē ad tribunal Christi, à procuratoribus Ecclesiæ Tarraconensis, quod eius patrimonium tyrannicè vellet vsurpare. *Vasæus in Chron. Hisp.*

Increbuerē tunc per vniuersum fere orbem Christianum greges virorum pariter & mulierum nudis vmbilico tenus corporibus obambulantium & flagellantium sese diuinam clementiam miserabilibus vocibus implorantium, vexillis præuntibus. Hi in Poloniam quoque, tunc venēre ex Vngaria. Sed cum ea superstitio à flagitiis & hæresibus non penitus immunis esse deprehenderetur, pœnis coercita & extincta est. *Herbuius libro decimo cap. 6.*

Custodia Sepulchri Christi ann. 1336. Hierosolymis octo Fræiscanis committitur à Sultano Ægyptio. *Munster. in Cosmog.*

R. Leui ben Gersom Theologus & Philosophus magnus Hebræorum scribebat in Pentarheucum anno mundi 5093. i. Christi 1334. *Ipse in Leuit. 2. sectio.*

Hermanus de Schildis Augustinianus Eremita, Simō de Cassia, Ioannes Baconthorpe, Bartholomeus Sanctoordius Pisannus, Ioan. Hassalanus, Theologici scriptores.

Aluarus Pelagius. *Ipse in proœmio libri de Planctu Ecclesiæ.*

HVMANA.

Puella 9. tantum annorum peperit filium in quadam regione prope Mosellam fluitum. *Mater Historiarum.*

Andronicus senior post multas contumelias obiit in monasterio (in quo fere biennium agere coactus est) anno ætatis 74. & ex quo Imperium susceperat 50. an. verò Christi 1335. *Niceph. Gregor. lib. 5. & 10.*

Matthias Golaceus gente Toporus tunc Vladislauensis Episcopus, qui solus è 12. quos mater vno partu edidit, vixit reliquis, mox vt nati fuerant, mortuis. *Herburtus lib. 9. histor. Polo. cap. 10.*

Cazimirus 2. meruit Magni cognomentum, non tam virtute bellica & victoriis, quam magnificis operibus & plurimarum arcium & oppidorum munitione, & erga tenues munificentia & liberalitate. *Cromer. lib. 12. Pol.*

Ludouico 4. Cæsare, in plerisque vrbibus Italiæ noui tyranni extitere. Qui postea Ducum & Marchionum titulis, indulgentibus Pontificibus, sese cohonestarunt. *Cromer. lib. 12. de reb. Polo.*

Per idem tempus Ludouicus Vngarorum rex regnum

Anni
Christi.

1335

Philippo 6. Valesio Fræc.
Reg

Seipharad Æthiopiæ an. 28.

Alphonso 11. Hispaniæ.

Eduardo 6. dict. 3. Angliæ.

Cazimiro tertio (dicto. 2.)
cog. Magno Polonorum re-
ge, annis 37.

Alphonso 4. Portugalliæ.

Roberto Brusio Scotiæ,
deinde Dauide secundo. an.
41.

1341

CONCIL. Anglicanum, in
quo multi suo officio abuentes, turpi-
ter deponuntur. *Polyd. Virg. lib. 19.*

1342

Anni
mundi.

5422

5418

5419

Anni
Christi

Anni
mundi

1242

1255

204.

e Clemens 6. Lemdui-
ccnsis.an. IO.

mens. 6. di. 28.

Vacat dies II.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne
decimo tertio.

Principibus.

Andronico Iuniore, &
post eum Calo Ioanne Paleo-
logo eius filio an. 30. Græco-
rum Imp.

Filio Carbandæ Tartaro
Persidis, inde Gempsa Par-
tho an. 48.

5329

5340

Neapolitanum armis receptum in ultionem Andrea fra-
tris Neapo. regis à Ioanna vxore strangulati, annuente
Pont. Max. Ioannæ restituit. Illa verò Auenionem Nar-
bonensis prouinciæ urbem Pontifici loco mercedis iure
sempiterno donauit. *Ibid.*

Philippus Valesius Philippo Eburonicum Comiti ea
lege regnum Navarra restituit, vt posteri eius reges Frã-
corum patronos suos agnoscerent. *Annales Franc.*

Catholici cognomentum retulit, quòd adiectionem
Petri Cunerij irritam iudicavit, iura Ecclesiarum augere
se potius, quam imminuere velle prædicans. *Ibid.*

Longobardos & Italos trapezitas ob immodicas vsu-
tas expulit & proscripsit. *Ibid.*

Stephanus Burgolus Turonensis Archiepisc. collegium
Turonense Lutetiæ posuit.

1340. Rex Benamerim, Rex Granatæ, & Alliboha-
cen, Marochiorum, cum duobus alijs regibus, dum
Tarifam ciuitatem regni Castellæ obsident, ab Alphon-
so II. Portugallensium auxilio delentur, quadragintis
quingenta Saracenorum millibus confossis, vix
tantæ cladis nuntius superfuerit, cum tamen è Christiana
acie viginti duntaxat milites desiderati sunt. *Garibay p. 4.
lib. 34. c. 34. Vasius pag. 175.*

e V I R pius & doctus Monachus S. Benedicti. *Chron.
Hirsaug.*

Depositionem Ludouici Imp. confirmat, ac princi-
pibus mandat, vt nisi ius electionis velint amittere, in
eius locum alium eligant, qui mandatis Ecclesiæ, vt fi-
lium decet, pareat. Alioqui se necessariò curam, vt
supremum Christi vicarium, de Imperio habiturum.
Atque hinc Carolus 4. Ioannis Boemiæ regis primo-
genitus eligitur, & Bonnæ à Coloniensi Archiep. inungi-
tur. *Ibid.*

Inscripsit catalogo sanctorum S. Iuonem, qui sub Ho-
norio 4 floruit in iure Canonico. *Sabell.*

Missis in Germaniã legatis fecit prædicare bellum cõ-
tra Turcos infideles, his qui suis bonis subuenirent ultra
solitas condonationes, indulgens esum ouorum & la-
cticiniorum in sextis feriis & quibuslibet ieiunijs, præter
Quadragesimam: quod Treuerensis & Coloniensis Ar-
chiepiscopi in perpetuum impetrarunt, sed Moguntino
Archiepiscopo recusante ad aliquid contuere ad Cru-
ciadam, vt vocabant etiam in hodiernum diem mansit,
vt in tota diocesi non liceat ouis vti tempore cuiuslibet
ieiunij, sicuti permittitur in alijs duobus diocesis. *Trith.
in Chron. Hirsaug.*

1350. Iubileum de centesimo Bonifacij ad 50. ann. retul-
lit, atque ita Romæ annus indulgentiarum, videlicet iu-
bileus secundus celebratus est, multis vndique concu-
rentibus.

Emit Auenionem urbem Gallia à Ioanna filia Roberti
Sicilia Regis: vnde in perpetuum Pontificij iuris facta
est. *Plau.* Erant igitur qui putant ipsi datam esse à Phi-
lippo rege Francorum.

Hæresim flagellatorum in Vngaria extinguendam
curauit, resipiscentes admittendo ad pœnitentiam pu-
blicam, pertinaces sæculari magistratui tradendo. Sic au-
tem appellabantur quidam Rustici & imperiti, qui præ-
textu pœnitentiæ, utroque sexu mixtim seminudi ince-
dentes, cruces ligneas in manibus portabant, capitibus
caputio & pileo opertis, pudendis lineo velamine, fla-
gellis in cuspide tres nodos & aculeos habentibus, se-

metipfos publicè & intra & extra Ecclesiam cruentabât. carmina quædam fidei partim contraria, partim suspecta cantabant, sæpius in terra procidendo in modum crucis orantes clamabant *Chron. Hirsaug.*

Carolus 4. Boëmus Imp. auctor aureæ Bullæ, sigillo quodam aureo roboratæ, multas in Boemia fundat Ecclesias *Ibid.*

HUMANANA.

Vir bonus, sapiens, doctus, quinque linguarum cognitione ornatus, qui Parisiis diu literis operam dedit, & in auxilium Regi Francorum cum patre suo Rege Boëmiæ aduersus regem Angliæ venit. *Ibid.*

Cernens superiores aliquot Imperatores ab Henrico 4. propter insectationem sedis Apostolicæ infelices fuisse, pacem cum eius Pontificibus perpetuam firmat. Maxima autem laudè meruit ob auream bullam, in qua multa ad pacem publicam pertinentia est complexus. Hinc Imperium in eius posteritate adhuc permanet, Deo eius virtutem, & in sanctam Sedem obseruantiam fœlicitate.

Nâ Vuenceslaus, deinde Sigismundus, ipsius filij per ordinem diu imperarunt, donec Sigismundus, cum sine virili sobole decederet, Albertum Austriæ Ducem filia suæ maritum, hæredem Imperij. A quo Imperium deinceps ad posteros deriuatum per Fredericum 3. Maximilianum Frederici F. Carolum 5. Maximiliani nepotem, Ferdinandum Caroli 5. fratrem Maximilianum 2. denique Rudolphum 2. qui hodie imperat.

Vniuersitatem Pragensem ita instituit, vt breui tempore cunctas totius Germaniæ gloria & numero doctorum hominum superauerit, quousque tandem post annos ferme 50. multis commaculata hæresibus, in nihilum redigitur. *Chron. Hirsaug.*

Andronicus iunior Græcorum Imperator ann. ætatis 45. & Imperij 21. post mortem autem aui 9. ex hac vita decedens an. Christi circiter 1344. reliquit Imperatorem Calo Ioannem fil. natum 12. ann. tutoremque ei assignauit Ioan. Cantacuzenum. *Laonibus Chalcocondilas libr. 1. de reb. Turc. Niceph. Gregoras lib. 11.*

Ioannes Cantacuzenus, Ioannes Paleologi tutor annis 16. non se pro tutore, sed pro vero Imperatore gerit, donec armis eiceretur. Paleologus Genuensibus, qui sibi in eo bello affuerant, Lesbium insulam dono dedit, qua sunt potiti vsque ad annum 1464. Turca eam eis eripiente,

Nicephorus Gregoras descripsit libris 11. Græcam historiam annorum 145. nempe à capta vrbe Constantinopoli à Latinis, vsque ad obitum Andronici Iunioris, qui contigit anno, vt ipse computat, Orbis conditi 6849. hoc est, (numerâdo secundum vulgarem morem Græcorum. quibus primus annus Christi est, ab orbe condito, 5505. vt liquet ex Nicephori Calixti libro 1. cap. 10. anno Christi. 1344.

Angli deditioe cæperunt Caletum, post arctam obsidionem 11. mensium. *Polyd. lib. 19.* Eam circiter 210. annis retinuerunt, vsque ad annum Domini 1558.

* 2. Iunij 1346. Collegium Cardinalis Bertrandi in vi-co S. Andreae de arcubus Parisiis constituitur, & dotatur à R. in Christo patre D. Petro Bertrando Cardinale de quo copiosius paulò post.

1349. Delphinatus Viennensis (cuius caput est Vienna

Anni
Christi.

1342

Orchane (& iuxta quosdam Salaimanio) & Amurate an. 23. ex ordine Turcarum Imp.

Ludouico 4. Bauario, & post eum Carolo 4. Imp. ann. 32.

Philippo Valefio, & Ioa-ne an. 14. ex ordine, Franc. Regibus.

Seipharad Æthiopia.

Alphonso 11. Hispaniæ, deinde Petro cog. crudeli an. 19.

Eduardo 6. dict. 3. Angliæ.

Cazimiro Magno Poloniae.

Alphonso 4. Portugallia.

Dauide 2. Scotiæ.

1352

Anni
mundi.

5429

5439

Anni
christi

1342

Anni
mundi.

5429

Allobrogum) vili 40. mille aureorum pretio venditur (ei testamento relictum falso ait Polyd. lib. 19.) Philippo Valesio Regi Franc. ab Humberto Principe, post amissum filium vnicū, ordinem Prædicatorum professio, ea quidem lege, vt primus Regis filius Delphinus vocaretur, Delphinatusque eorum esse diceretur (quod etiam nunc obseruatur) sibi que, quoad viueret, florenorum decem millia quotannis penderentur. *Amsl. lib. 8. Gagui. lib. 8. Mater histor.* Lutetiæ in eorundem templo sepultus est. Hinc Carolus Regis Ioannis filius, Normaniæ Dux primus Delphinus, an. 1354. dictus est.

* 24. Iunij eiusd. an. 1349. obiit diem suam R. in Christo Pater D. Petrus Bertrādus loci de Columbario, prope Annoniacum, in Viennensi diocesi, doctor in vtroque Iure, lector in studiis, & vniuersitatibus Auenionensi, Montispeffulani, Aurelianensi, & Parisiensi: consequenter occupatus certis temporibus in officiis Ecclesiasticis, & secularibus Prælatorum, & principum, consiliaris que Domini nostri Francorū Regis Philippi 6. in sua curia, & magna camera parlamenti Parisiis, & in consilio suo secreto. Vnus de quatuor clericis tunc sequentibus Dominum nostrum Regem. Cancellarius inclytæ Ioannæ Burgundiæ Reginae Franciæ, Cōmissæ Burgundiæ, Palatinæ, & Attrebatensis, clementiæq; diuina Niuernensis, & deinde Heduenfis Episcopus, & demum permissione diuina tituli S. Clementis presbyter Cardinalis, fundator Collegij quod suo nomine & cognomine appellari voluit Lutetiæ è regione Ecclesiæ S. Andreæ de Arcubus: necnon cœnobij Diuæ claræ apud Annoniacum, vbi etiam erexit & dotauit duo sacella, vnum in Templo Franciscanorum, alterum in prioratu dictæ vrbs, in templo Beatæ Mariæ. Præterea in eadem vrbe vnam Domum Dei ad perpetuū pauperum. Itē in eadem Diocesi, nō procul à dicta vrbe erexit & dotauit Monasterium Cælestinorum dictum de Columbario, & iuxta Auenionē Prioratum Diuæ Mariæ de monte alto. *Ex antiquis tabellis in Archiui Collegij Parisiensis supradiçti existentibus.*

1346. Comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, ad Baiariæ Duces peruenerunt, morte Vuilelmi Ducis vsque ad annum 1425. Tunc enim ad Burgundiæ Duces deuoluti sunt. *Chron. Hirsauig.*

1348. propter absentiam Pontificum Nicolaus Remtius Romæ scriba publicus, in spem restaurandæ veteris Monarchiæ elatus, se Augustum Senerum, Clemenrem, libertatis, pacis, iustitiæque Tribunum ac sacræ Rom. Reip. vindicem nominat, armis Capitolium occupat, Ciuēs Romanos ac ferè totius Italiæ principes ipsius successibus permotos sibi vel subiicit vel adiungit. Pontificem interpellat vt vel intra certum tempus redeat, vel se pontificatu priuandum sciat, Ludouico, deinde Carolo Imp. cæterisque Germaniæ principibus & Electoribus diem dicit, se alioqui aduersus eos, vt rebelles progressurū. Verū is tandem, dum tyrannus paulatim efficitur, mense septimo Italia pulsus, fugit ad Carolum Imp. qui vincitum Auenionem ad Pontificem misit. A quo post dimittitur Romam, vt Francisc. Baroncello ciui Romano, qui similē tyrannidis stultitiam mouerat, resisteret. *Volater. lib. 22.*

Ioannes Franc. Rex ordinem equitum Stellæ est auspiciatus in antiqua & nobili domo S. Audoeni ad Lutetiam. Illi stellam aut in caputio aut alio loco conspicuo vestis pro insigni gestabant. Tessera erat, Monstrant regibus astra viam.

1352

5439

Eduardus Rex Angliæ adductus æmulatione ordinem Garteriorum equitum numero sex & viginti D. Georgio factum instituit. Horum princeps eques, est Rex Angliæ: vtuntur pallio cœruleo, & crus sinistrum infra genu loro (à quo nomen datum est toti ordini, quòd *garter* lingua Anglica significet periscelidem) fibulato gemmis & auro ornato cingunt eique inscribunt Gallicis verbis, Vituperetur qui male cogitat. *Polyd. lib. 19. Angl. hist.*

Vectigal falis Francis imponi cœptum est à Philippo Rege ad belli necessitatem. *Gagu. l. 8.*

Ioan. Cantacuzenus fraude eiusdem Apocauci familiaris Imperatoris missus in exilium, iniuriæ impatiens bellum quinquennale gessit contra Ioannem Imperatorem, & Turcorum arma Europæ inferens (non quidem primus, vt vulgò putant, sed tertius, sicuti constat ex Gregoræ lib. 7. & Chalcond. lib. 1.) capta Constantinopoli, & filia data in vxorem Orchani Turco. Imp. Imperio Constantinopolitano est potitus per aliquot annos, donec Carlo Ioanne Genuensium, & vt ait Egnatius, Turcorum (quibus primus tradidit in Europa locum ad habitandum, vt idem ait) ope imperium recuperante, coactus est eo se abdicare, & ingredi monasterium, vbi vnà cum Achæmide Meletio quodã è Saracenis ad Christum conuerso, scripsit cõtra legẽ Mahometicam pro religione Christiana. *Chalcondylas lib. 1. de reb. Turci. Egnat lib. 2. & Cuspinia.*

Salaimanium tertium siue Solymanum, Turcorum imperatorem nominat Chalcondylas li. 2. quem ait aliquot annis regnasse. Nostri eius non meminerunt.

Eo interfecto, Amurathes auo & patre excellentior, à Ioanne Palæologo vocatus Callipolim occupat: in ipsum quoque Palæologum impetum facit. Postea, Seruiã, Vngariamque ingressus, occupata Adrianopoli, ab Lazaro principis Seruiæ seruo interficitur, regni 23.

1349, magna per vniuersum orbẽ pestilentia fuit, ab India incipiens, passimque per prouincias omnes irrepens, trium annorum spatio, vsque in Alemaniam, Galliam, Angliam, inque omnes gentes miserabiliter sæuiens, mediam hominum partem consumpsit. *Cron. Hirsaug.*

Cuius calamitatis causa Iudæis fuit ascripta, quod fontes & aerem veneno inferissent, vnde in diuersis mundi regionibus fuerunt suffocati, submersi, combusti, &c. per integrum biennium.

Hanc plagam excepit sanguinis profluium, inaudito genere cruciatus infinitos absumens, denique sacri ignis adustio, carnem ad vsque ossa penitus conficiens: adeo vt etiam mortuorum inuadens cadauera insepulta, carnes, antequam sepeliri possent, consumeret. *Ibid.*

1351. Margareta Imperatrix, olim Ludouici Imp. vxor, ab Hollandis, vt vnica terræ illius hæres, inuocata contra Vuillelmum filium eos crudeliter opprimentem, expeditionem mouit. Commisso autem navali super Mosam prælio, victa cum paucis in Angliam fugit.

1350. Filius Carbandæ Tartarus, Rex Persidis, auctore Gempsa Parthorum Sultano, exutus est Persidis regno. Sic Tartari in Asiã regnarunt & Perside ab an. 1222. vsque ad 1350. per annos 128.

Vuladislavus Dux albus Poloniæ, qui è monasterio D. Benigni Diuionensis, dispensatione Papæ, pro successione Regni Poloniæ reuocatus est ad Regni administrationem, obiit in ciuitate Argentina an. 1388. 10. Cal. Maij, & vt iusserat, sepelitur in Ecclesia D. Benigni Diuioni, vt constat ex eius epitaphio: quod miror historias Poloniæ

Anni
christi

1342

Anni
mundi.

5429

1352

5439

Anni
christi

265.

Anni
mundi.

1352

f INNOCENTIVS 6.
Lemouicensis an. 9.

5439

1363

mens. 8. di. 6.

5450

Vacat an. i. m. 5.

Patriarcha.

Constantinopoli Joanne
decimo tertio, deinde Calix-
to an. 2. Phileto an. 13. mēf. 6.

Principibus.

Calo Ioanne Paleologo
Græcorum Imp.

Gempsa Partho Rege
Persidis.

Amurate 1. Turcorum Imp.

Carolo 4. Occid. Imp.
Joanne 1. Franc. Rege.

Seipharad Æthiopiæ, de-
inde Vdina Asfan an. 10.

Petro cog. Crudeli His-
paniæ.

Eduardo 6. dicto 3. An-
glie.

Cazimiro magno Poloniae.

Alphonso 4. Portugalie,
deinde Petro, cog. Justitiario
an. 10.

1363

Dauide 2. Scotie.

5450

subtrahisse.

Parthi Duce Gempsa Turca, qui aliquandò ante Sara-
cenorum iugum expulerat, an. 1350. Persiam pulsus Tarta-
ris subiugarunt. A Gempsa deinde descenderunt Persa-
rum reges vsque ad Maiouchrem, quem Vsumcastianus &
familia Assambeorum Turcarum in Capadocia & Arme-
nia minore regnantium interfecit. Hinc cœpit Tartaro-
rum potentia declinare. *In Epistolis Asiaticis.*

f V I R bonus, amator religiosorum, Canonista maxi-
mus, qui Carolum Imperatorē coronauit. *Chron. Hirsaug.*
Pacem inter Anglorum & Francorum Reges sanxit.

Præbendas Ecclesiasticas non nisi probatissimis dedit,
fecitque vt omnes Pastores ad suas Ecclesias proficisce-
rentur.

Ægidium Carillam Hispanum Auenione ad res Italiae
componendas misit *Volat. lib. 22.*

Bernardus Abbas Môtiscassini, Michael de Massa, Fifi-
chatus, Ioannes de Bachone, Gregorius Arimensis,
Petrus Berthorius, Thomas Argentiniensis, Henricus à
Balma. Ioan. de Tambacho, Armacan, Heluicus Germa-
nus, Henricus Constantiensis, Omnes hi circiter hæc
tempora de Theologicis quæstionibus scripserunt.

1354. Balduinus Archiepiscopus Treuerensis obiit, qui
ordinarium totius anni breuiarium emendans, in eam
formam, quæ nunc est, restituit. *Chron. Hirsaug.*

1361. Guilelmus Latinorum tertius an. 10. contra Ca-
lixtum Patriarcham Constant. & Philetum sedit.

Bertholdus de Borach Begardus comburitur Spiræ an.
1355. quòd inter alia Blasphema diceret Christum in passio-
ne derelictum, adeo vt etiam de salute dubitaret. *Continua-
tio Ab. Vespergensis & Naucler.* Idem sentit Calvinus libr. 2.
Institutio. cap. 16. sect. 11. & sæpe alibi.

Pragensis Academia & Archiepiscopatus in Bohemia
instituitur per Carolum 4. Imper. *Truhem. in Chron. Mor-
nast. Munster. in Cosmog. Naucler. in Chron.*

1355. Obiit celebris ille iuriconsultus Bartholus de Sa-
xoferrato, Mathematicum & Hebraicarum quoque litera-
rum peritus, an. ætatis 56. *Palmer. alij aiunt. 46.*

1358. in Aragonia in conuentu Valentiano à rege Pe-
tro sublata est temporis per æras numerandi ratio. *Vasens
cap. 22. Chron. Hissp.*

Et in Castella paulo post, nempe, 1383. à Ioanne 1. Reg.
Et in Portugalia à Ioanne 1. sub an. 1415. à quibus iussum,
vt à natiuitate Domini in posterum numeraretur. *Ibid.*

Ioannes Vuiclesus hæresiarcha, quia non potuit con-
sequi Episcopatum Vigoriensem, cœpit tunc sua dogma-
ta euomere in Anglia, & composuit plusquam 200. Vo-
lumina librorum, quibus præter suos immiscebat. Mar-
tionis & Manichæorum errores. *Aneas Sylu. histor. Bo-
hemi cap. 35.* In 8. sessione Concil. Constantiensis damnati
sunt 45. articuli ex eius libris colecti, quorum nonnulli
nostra ætate recruduerunt.

HUMANÆ.

1358. Albertus Dux Austriae Alberti Romanorū quon-
dam regis F. obit. Ab eo Rudolphi qui hodie imperat, &
rotius domus Austriacæ genealogia continuatur. *Chron.
Hirsaug.*

Albertum Ducem Austriae filium reliquit, qui Vniuer-
sitatem Viennensem in Austria fundauit. *Ibid.*

Et Rudolphum, qui Comitatum Turolis Austriae Du-
catui continxit *Ibid.*

Ludouicus eodem anno, Vngariæ Rex, propter regnum

Dalmatiæ, Venetos, qui illud multis annis possederant, aggreditur, ac primùm quidem ciuitatem Iardensem, deinde maritimas vrbes, postremò Dalmatiam totam occupat. *Ibid.*

Tunc primum in Anglia an. 1361. in conuentu principum anno ætatis Eduardi 50. decretum est, vt deinceps in foro actiones, sententiæ & cætera acta fierent lingua Anglica, nec amplius Gallica vel potius Normantica, vt antea fiebat. *Polyd. lib. 19. Histor. Angli.*

Eodem anno Eduardus Angl. Rex in similitudinem iubilei Christiani, celebrans iubileum suæ ætatis, exules quosdam reuocauit & custodias omnes dimisit, condonatis malefactorum pœnis. magnas immunitates præcipuè quas vocant Magnæ Chartæ, de integro populo concessit. Hinc Reges iubileum ætatis celebrare consueuerunt, vt scilicet Rex vel regina in annos singulos tot pauperes die suo natali vestiât, eisque largitiones faciat, quot illo die annos ætatis compleuit. *Polyd. Ibid.*

1360. fœdus inter Anglum & Francum initur, & auctoritate Innocentij Papæ ratum habetur. Eius summa erat, vt Anglus Franco cederet omni iure, quod in Franciæ Regnum, in Normaniam, in Andegauenses & Cenomanos haberet: at obtineret Aquitaniam his finibus, ad quos iungerentur Vascones, Pictones, Santones Petragorij, Cadurci, Lemouices, Engolismenses, Caleti, Ginarû & Pontium Comitatus, ipsèque nullum deinceps vestigal vel iusiurandum daret Franco. Francus verò redemptio- nis nomine ad certam diem tricies centum millia aureorum persolueret, & interea datis obsidibus liber è captiuitate rediret in Franciâ. *Polyd. 19. Chro. Franc. Emil. lib. 9.*

Calo Ioannes Græcorum Imperator cum Amurate Turca, iniit societatem, contra Principes Græciæ Bulgaria- rum ope fretos, Theodoro natu minimo dato obside, factusque vestigalis filio suo Andronico natu maiori filiam Susmani Mysiorum Regis & sororem vxoris Amuratis, dedit in vxorem *Chalcond. lib. 1. de reb. Turci.*

Hæc fuere initia tristissimæ seruitutis, quæ nihil aliud, præter inane Imperij nomen attulerunt. Nam deinceps militare cogebantur per sese & filios contra quos Turcæ vellent, nec capeßere nec vsuipare imperium, nisi accepta ab eis potestate.

Amurates cum 60. milibus Turcarum an. 1363 vsus Genuensium tritemibus numerato in singula militum capita aureo nummo traicit in Europam, tanquam socius vel inuicti Cæsaris ad reliquias belli persequendas & pœnas exigendas de defectoribus.

Mox Callipolim in Chersoneso & aliquot vicina Hellesponti oppida expugnat, Thraciam peruagatur, Philipopolim occupat, deinde Adrianopoli, frustra Paleologo initum cum infido hoste fœdus & res perditas deplorante, regni sedem constituit, nunquam deinceps de relinquenda Europa cogitaturus.

g VIR doctus & sanctissimæ conuersationis, qui crucem prædicari fecit contra Turcos. *Chron. Hirsang.*

1362. latrunculi de Anglia exeuntes ad 40. millia (societas magna Anglicana dicebatur) per Hispaniam, Galliam, indeque fines Treuirensium discurrunt, mox Alsatiam & alias Germaniæ regiones depopulantur, suam ducem Archipresbyterum appellantes. *Ibid.*

Anno circiter 1368. Romam venit Nestorianus quidam, Maraus nomine Patriarcha designatus, quem summus Pont. consecratum ad suos remisit. Nani Nestoria-

Anni
christiAnni
mundi.

106.

1363

g V R B A N V S 5. Le- 5490
mouicensis an. 8-
mens. 4-

1371

Vacat d. 10. 5498

Patriarcha.

Constantinopoli. Phileto.

Principibus.

Calo (sive Carolo) Ioanne
Græc. Imp.

Gempsa Partho Persidis.

Amurate 1. Turcorum Imp.
Carolo 4. Occid. Imp.

Anni christi

Ioanne I. & post eum Carolo s. Sapiente an. 16. Franc. Rege.

Udma Asfan an. 10.

Petro cog. Crudeli Hispania, deinde Henrico 2. an. 10.

Eduardo 6. dict. 3. Anglia.

Cazimiro 2. magno Polonia.

Petro Portugallie, deinde Ferdinando an. 17.

Davide 2. Scotia.

207.

1371

h GREGORIUS II. Lemouicensis an. 7.

5438

1378

mens. 2. di. 27.

5465

Vacat. d. II.

Patriarcha.

Constantinopoli Phileto, deinde Macario an. 2. mens. 7. di. 6.

Anni mundi.

Christiani quorum Patriarchalis sedes est in Mozal. id est. Seleucia Parthorum, suū Patriarcham non nisi à 4. Metropolitanis initiari posse sentiant, aut si numerus hic desit, a solo Rom. pontifice. In profess. fidei Suid. quam transtulit à Syro And. Masius.

Romanum enim Pontificem Apostolorum principis successorem appellant. Iacobus Nauaricus in epist. Asiana, qui & superiorem historiam recenset.

Contra Vuicleffum cōplures viri docti scribunt, Ioannes Kyningam Stroodus, Richardus Lauinham, Guilel. Bertho, Ioannes Gascoyn, Simon Sothray, Thomas Alcheborn, Thomas Vuynterton, Richardus Maydeston, Calterus Disla, Robertus Humbleton, Ioannes Tyffington, Ioan. Maronis, Ioan. Mark, Gulielmus VVodfordus, omnes Angli.

Ordo montis oliuarum instituitur anno 1370.

S. Brigitta (altera ab Scotica) Regina quondam Suetiæ Neritiæ, veniens Auenionem (Alij, Romam) ab Urbano 5. confirmationem regulæ ordinis à se instituti impetrauit. Chron. Hirsaug. & Polyd. lib. 6. de Inuent. cap. 4. & Volater. lib. 21. Geograph. Palm. in Chron.

H V M A N A.

Baldus, Angelus, & Petrus fratres, ex Petro de Vbaldis medico Perusino insignes iurisperiti.

Baldum leuiter morsum in labro à sua canicula post quartum mensem rabiem concepisse & hydrophobicum (id est, aquas metuentem) interiisse narrat Mattheolus in Dioscordem.

1366. Ioannes Auentinus libros Annalium Boiorum scribit.

Bellum inter Anglos & Francos renouatur, sed cuius culpa non satis constat. Itaque Cadurci, Lemouicenses, & alia plures Aquitaniæ vrbes, quia nimis vectigaliū exactionibus ab Anglis premebantur, Carolo Regi Francorum se dederunt: sed paulò post Angli diripiunt Lemouicum principem urbem illius defectionis, & sibi resumunt in Franciæ Regnum. Polyd. lib. 19. histor. Angl.

Ioannes Rex Franc. Burgundiam Ottonis & Philippi nepotis principum interitu desolatam inuasit atque eam Gallia regno coniunxit, excluso Carolo Nauarra rege. Eam enim sibi hæreditario iure deberi, quod Iohanna mater esset Ottonis, Ruperti filij filia, nec Philippus sobolem reliquisset.

Eam post Carolus 5. Philippo Audaci fratri Turonum duci donauit, vt ei nuptias Margaritæ Flandricæ conciliaret.

Caroli 5. cog. sapientis studio maxima pars Latinorum classicorum in Gallicam linguam conuertitur, eademque opera veteres Romani prosa editi fuere, qui vetere Rhythmo constabant.

Petrus Portugallia Rex, cog. Iustitarius, quod iuris esset obseruantissimus, vt litibus pabula subduceret, caudicos, procuratores, fori rabulas, à regno eiecit. In hist. Portug.

Lymiam ciuitatem condidit cum ponte obliuionis Hispaniensium celeberrimo. Ibid.

Henricus 2. Parrum cog. crudelem Regem Hisp. occidit, sicque successit: Vasaus.

h S E D E M Pontificiam post septuagesimum annum Romam Auenione retulit suasionem & literis S. Cathari-

næ Senensis, & Baldi Perusini Iureconsulti. *Plati*. Cum oronia in Italia Pontificatus opida defecissent, Tifernatibus Perusinisque initium facientibus, ac Florentinis sollicitantibus. *Volauer. lib. 22. Ambro.*

Anni
Christi

1371

Et Amurates traiecto nauibus Genuensium Helleponto pluitimas Græcorum & Constantinopoli. Imp. (à quo fuerat contra rebelles Despotas ex Asia in auxilium euocatus) vrbes cepisset, magnaue strage Bulgaros, Serbos, & Alanos profligasset, Italiam terrens. *Cromer. lib. 13. Polo.*

S. Catherina Senensis, & Baldus Perus. vrgebant Romam propriam esse sedem summi Pontificatus, quòd eam D. Petrus suo sanguine consecrasset &c. Dominicus tamen Soto dubitat, nùm successor Petri possit vel sedem suam mutare in aliam Ecclesiam, vel nullibi omnino residere, sed manere duntaxat Vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, vt quondam Apostoli per totum mundum obambulantes. *4. sentent. to. 2. q. 1. ar. 1.*

Turelupini Cynicorum sectam suscitantes de nuditate pudendorum, & publico coitu. *Bernard. Lutzemb.*

Petrus Bercorinus mandato Ioannis Francorum regis conuertit Titum Liuium in Gallicum sermonem.

Richardus Notinghamius, Maximus Planudes Græcus monachus, Iacobus Lausanensis, Nicolaus Oresmus Gallus, Guilelmus Anglus, Himbertus abbas Pruliacensis, Matthæus Cracouiensis, Pelbartus Pannonius, Gualtherus Hunte Anglus, Bartholomeus Pisanus, Richardus Lavinham Anglus, Ioannes Thaulerus Coloniensis, Gerardus Magnus Dauentriensis, Paulus Venetus, Theologiæ scholasticæ præsertim scriptores,

HVMANA.

Carolus 5. Franc. Rex secundus à Carolo Magno iussit Sacra Biblia fideliter verti in Gallicum sermonem, cum Vualdenses & alij pro libidine ea transferrent. *Ioannes Tili.*

Iohanna Neapolis regina adoptat Ludouicum Andegauensem fratrem Caroli 5. deinde an. 1415. Alphonsum Ferdinandi regis filium. Quo postea exhæredato regnum promittit Ludouico Andegauensi superioris Ludouici nepoti. Hinc bellum inter Alphonsum & Ludouicum, qui Iohannæ consensu hæredem instituit fratrem Renatum Lotharingiæ ducem, propter Isabellam vxorem Lotharingici ducis filiam. Quoniam verò Renatus ius suum in fratris Caroli filium transtulit, qui solus restabat ex Andegauensi stirpe, & is vicissim in Ludouicum 11. Carolus 8. expeditionem Neapolitanam postea suscipiet.

Carolus Sapiens Senatoribus promulgantibus sanxit vt filij regum Franciæ anno suæ ætatis 14. vngerentur & coronarentur. *Annal. Franc. continuat. Nangiac.*

Oresmum libenter audiebat, qui multos Aristotelis, Ciceronis, aliorumque auctorum libros in Gallicum diligenter transtulit. *ibid.*

Quicquid patri ablatum fuerat, id omne ferè per fratres & præfectos togatus recepit. Quin & regium ærarium, licet initio regni exhaustum, copiosum reliquit ad duodeuicenas millia nummum aureorum. *Emil. lib. 9.*

Eduardus Anglorum Rex in conuentu principum Regni primus indixit pœnā immanem his, qui in posterum vlla Anglicana sacerdotia impetrarent à Romano Pon-

1378

Anni
mundi.

5438

Principibus.

Calo Ioanne Græc. Imp.

Gemsa Partho Persidis.

Amurate I. & post eum
Baiazete I. siue Paiazite
siue Paizete (varie enim le-
gitur) an. 26. Turcorum Imp.

Carolo 4. Occid. Imp.

Carolo 5. Sapiente Franc.
Reg.

Vdma Asfan Æthiopiæ
mox Dauide an. 33.

Henrico 2. Hispania.

Eduardo 6. dicto 3. An-
glia, deinde Richardo 2. an.
23.

Ludouico Vngaro Polo-
niæ rege an. 12.

Ferdinando Portugallia.

Dauide 2. Scotiæ deinde
Roberto 2. Stuardo an. 19.

5469

Anni
chrjsti

Anni
mundi

1378

1389

208.

i VRBANVS 6. Neapolitanus an. II. mēf. 8.

Vacat d. 17.

Patriarcha.
Constantinopoli Nilo an. 20.

Principibus.

Calo Ioanne cum Emanuele fil. Græc. Imp. postea Andronico 3. & Emanuele eius filius, ann. 3. ex ordine Græcor. Imp.

Gempſa Partho Persidis. Baiazete 1. Turcorum Imp.

Carolo 4. Occident. Imp. cum filio Vuenceslao Casare, postea solo Vuenceslao. Imperatore an. 22.

5465

5476

tifice, aut causas, nisi per appellationem, ad eum deferrēt. Polyd. 19. Angl. histor.

Amurates tertius Turcarum Imperator ex Ogoziorum siue Ottomanorum familia, qui plures in bello occidit, quàm vllus prædecessorum, post 37. bella in Europa Asiaque confecta tali fortuna, vt in nullo victus succubisset, à seruo quodam Seruiano siue Tryballo, siue Vngaro Seruix comitis Lazari Patroni sui necem vindicatur, vt Turcis & Latinis placet, vel vt volunt Græci, à quodā Miloe generoso milite interfectus est sub an. Christi 1373. & Imperij 23. (neque enim ratio temporū & historiæ ferre potest annos 57. quibus legitur apud Chalcondylam lib. 1. regnasse apud quem, vt obiter id dicam, numeri plerunque mendosi, aut obliterati reperiuntur) Jo. de rebus Turci. & Ioan. Egnatius Leonio. Chalcond. lib. 1. de reb. Turci.

Baiazethes Bulgaris Seruiisque deuictis cum Marco Despota & vniuersa nobilitate deleta, in extremam Illyriæ regionem & interiorem Macedoniæ & Epyti partem, quæ nunc Albanina, atque Hungariam penetrauit. *Idem.*

In Vualathiam excursiones fecit, totam ferè Græciã subegit. Constantinopolim obsedit ann. octauo quàm & cepisset, ni Tamerlanes è Scythia occurrens eum vicisset, atque in caueam detrusum per totum Orientem circumduxisset, donec in ea miserè se necaret, anno 1397.

Vuenceslaus Boëmiæ rex Imperator factus, Ioannem Galeacium Mediolanensem Vicecomitem, primum Mediolanensem ducem nominat, sceptro pileoque eius dignitatis insignibus, per legatos transmissis vbi ditioneque grandi pecunia vendita, additaque potestate, vt in hæredes eam transferre posset. Nam antea Imperatoribus eam præfecturam tribuere, quibus vellent, liberum erat.

Ioannes Galeacius dux factus Veronam & Vincetiam Scaligeris ademit. Carariensibus Patavium, Taruisium, montanaque oppida, cum Tridento, Perusinis, Assatiatibus, Senensibus, Lucensibus eius imperium minime detrectantibus.

Florentini contra eum Gallos euocant qui ad Alexandriam vincuntur, duce interfecto.

Per 900. plus annos vsque ad mortem Cazimiri Magni, semper Polonia sui generis reges atque principes habuit. i. vsque ad annum 1370. Vuenceslao Boemo excepto. Cazimiro nullos mares relinquente iam externi apud Polonos regnarunt, Ludouicus Vngarus & gener eius Vuladislauus Iagello Lituanus cum sua posteritate, quæ ad hunc vsque diem durat & regnat. *Crom. lib. 3. Paul.*

Ludouicus Vngariæ & Poloniæ rex apud Polonos an. 12. regnat, apud Hungaros an. 41.

Franciscus Petrarcha, insignis poeta, & Ioann. Bocacius, vir amœni ingenij, mortem obierunt: ille 72. anno ætatis hic 62. *Palmer. in Chron.*

i POST Gregorium ingens schisma oritur, Itali Italum pontificem Vibanum, Galli Gallum in Italia quem Clementem 7. appellarunt qui se Auenionem recepit. Alter in alterum censuris sæuiebat. Durauit hoc schisma an. 36. vsque ad Concilium Constantiense.

Tota Resp. Christiana duos tunc habebat pontifices ab Vrbano & Clemente. Nam Clementi Galli Cardinales, & qui cum eis sentiebant Beuedictum huius nomi-

nis 23. natione Arragonensem, qui Auenione sedit ann. circiter 30. Urbano verò Itali Bonifacium nonum, Innocentium 7. Gregorium 12. suffecerunt. Hos alij principes & populi, illum alij sequebantur. *Crom. lib. 16.*

Urbanus festum visitationis D. Mariæ, instituit. *Matth. histor. Annum Iubilei tertio celebrat. Plat.*

Satis infœliciter suum Pontificatum transegit.

Carolus 5. Francorum Rex fuit literarum & literatorum amator summus, ac Scripturarum sacrarum studiosus: iudicii frequenter aderat: Arma nunquam induit, ex quo rex creatus est, sed mansit rogatus: Quicquid patri ablatum fuerat, id omne fermè ab Anglis recuperavit: Reliquit post mortem decem & octo miliones aureorum, licet initio regni ipsius exhaustum fuisset regium ærarium. *Gaguin. & Chronic. Francor. Aynsius libro nono, ait duodevicies 100. millia nummorum aureorum.*

Iagello Lithuanix princeps cum octo fratribus suis, & tota Lithuania & Samagithia ad fidem convertitur, & Vladislavus nominatur. *Ola. Mag. lib. 2. hist. Septentr. cap. 1. Munster in Cosmog.*

Lithuani populi ultimi in Europa fidem Christianam consecuti sunt. *Munster in Cosmog. extirpatis Vilmæ idolis à Iagellone, &c.*

Ordo monasticus Iesuatorum (sic dicti sunt quod nomen I E S U frequens esset in ore eorum) Senis initium habuit à Ioan. Columbano, & Francisco Vincentio Senensibus. Gestabant pro insigni albam tunicam & caputium quadratum à ceruice ad humeros deiectum, cingebantur scortea zona, nudos pedes ligneis soleis in inferiore parte muniebant, proptereaque canusinum pallium tunicæ superiectum ferebant. *Sabel. Ennead. 11. lib. 9. Polydor. li. 7. c. 4. de inuent. rer. Alij referunt eius initium ad Urbani 5. tempora.*

Floruit tunc Bartholomæus Salicetus Bononiensis iurisconsultus.

Ioan. Hus pseudoeuangelista Bohemorum, hæreses Vuicelsuitarum spargit in Bohemia, sub Vuenceslao Rege. *Aneas Syl. histor. Bohem. cap. 35.*

HVMANA.

An. 1380. Bertholdus Schuartz siue Niger (dubium an fuerit monachus & Germanus) artis chemicæ peritus, apud Venetos excogitavit machinam æneam, quam à sono terribili (nempe à Bombo & ardeo) Bombardam dixerunt. *Plat. & Munster, in Cosmog. Herburus lib. 11. Polo. ca. 6. Alij ad Gregorium 11. reiciunt.*

Totus Occidens ciuilibus seditionibus agitabatur ob noua vectigalia. *Polyd. lib. 20. Angl. hist.*

1379 Vuenceslaus Boemix Rex, Cæsarum qui vnquã fuerunt, ignauissimus, imperium iniit, quem tribus antè annis Cæsaem pater designauerat. Quare & ei Imperium abrogatum ann. 1399.

Ortum est graue bellum propter successionem Regni Lusitanix inter Ioannem I. Regem Castellæ & Legionis, qui duxerat in vxorem Beatricem filiam Ferdinandi Lusitanix, & Ioannem Nothum ipsius Ferdinandi, qui exutus monastico habitu regnum paternum obtinebat. *Polyd. lib. 20. Angl.*

Carolus 6. Franc. Rex tantum tres flores liliorum pro insigni Regum Francix pingi instituit, Cum iam inde ab

Anni
christi

1378

8261

1389

Carolo 5. Sapiente, & post
eum Carolo 6. Beneamato
an. 42. Francorum Rege.

Daude Æthiopiæ an. 33.

Henrico 2. Hispaniæ, deinde
Ioanne primo an. 10.

Richardo 2. Angliæ.

Ludonico Hungaro Poloniæ,
deinde Interregno 4. annorum,
& Vuladislao Iagellone an. 48.

Ferdinando Portugalliæ,
deinde Joanne an. 50.

Roberto 2. Stuardo. Scotiæ.

Schisma 21. & omnium graui-
ssimum, quod durauit an. cir-
citer 50. alij volunt 30. alij 39. alij
40. nonnulli an. 52.

CLEMENS 7. Arelatenis, à
quibusdam Cardinalibus Gallis
pseudopapa electus, sedit Aue-
nionem contra Urbanum & eius
successorem Bonifacium 9. PP.
an. 15. mens. 11. di. 23.

Anni
Christi

Anni
mundi

Clementi adhærent Francia
& Hispania.

Vacat dies 11.

1379

Duo Concilia Gallicana Ecclesie,
ob electionem Clementis Antipape,
habita sunt Lutetia.

5466

Primum 3. Idus Septembris.

Aterum 16. Calend. Decemb.

1389

209.

5476

k BONIFACIUS 9.
Neapolitanus ann. 14.
mens. II.

5491

Vacat d. 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Nilo,
deinde Antonio 7. an. 4. con-
tra quem Latinis quartus
sedit Angelus Corarius.

Principibus.

Emanuele Paleologo filio
Calo Ioannis an. 30. Græcor.
Imp.

Gempsa Partho Persi-
dis, deinde Tamerlane an. 5.

Odone incertum liliorum numerum per insignia sua
spargerent & adhiberent Reges.

Nunquam aliâs Francia tam vexata fuerat, quam Ca-
rolo 6. iuvene & stulto imperante. Nam præter alia ve-
ctigalia tunc primum ablata sunt vi & armis sacrae deci-
mæ ad necessitates belli. *Chron. Franc.*

Græci dum inter se miserè certant de Imperio, fiunt
sub potestate Turci Imperatoris, & totam ferè Græciam
amittunt, Andronicus cum filio Ioanne contra Patrem
Calo Ioannem & fratrem Emanuelem à Baiazete pre-
cario Imperium obtinet, & eius ope Byzantium expug-
navit, quâ quatuor plus minus annis tenuit, donec Eman-
uel promissis tributi nomine tribus myriadis aureorum
Imperio restituitur à Baiazete, apud quem deinceps An-
dronicus & eius filius facti Ianissarij, vt vocant diu man-
serunt. *Chalcondyl. lib. 2. de rebus Turcicis.* Quamquam alij
institutum Ianissariorum Ammurathi secundo huius ne-
poti tribuunt.

Ioannes primus, Hispaniæ Rex memorabili victoria,
casu equi à Lusitanis occisus est. *Vasæus.*

Ioannes illegitimus Petri Regis F. ex magistro mi-
litiæ declaratus Rex Portugalliæ, regnum à Castellanis,
iam penè nobilium defectione, possessum recepit. Septâ
Africæ ciuitatem Mauris ademit, totius Hispaniæ por-
tum. Idem oppidum Almeirim extruit.

Scribarum consuetudinem, qua numerabant ab Au-
gusti Imperio sustulit, iussitque vt à Domini natiuitate
numeros suos deducerent.

Iagello Lithuanix Princeps, post Ludouici Vngariæ
& Poloniæ regis mortem anno quarto accepta eius in v-
xorem filia ann. 1386. Cracouiam venit, & suscepto Chri-
stianismo, Rex Poloniæ coronatur. *Chron. libro deci-
mo tertio.*

Cuius Poloniæ reges vsque ad nouissimum Sigismū-
dum fuere posterii. Huduingam, deinde Annam ea mor-
tua Polonici regni hæredes in vxores duxit. Regno Li-
thuaniam, in qua Borysthenis fluuij origo, Samagitiâ
& Russiam in perpetuum addixit. *Munster. Cosmog. li-
bro 4.*

Academiâ Cracouensem instituit, Professoribus è
Pragensi Academia accersitis, census è Salinis & Telo-
nio tribuens. *Ibid.*

Denique, quæ Cazimirus 2. de ea ordinanda, impe-
tratis à Pontifice priuilegiis, proposuerat, perfecit, ann.
1401. Tum duæ domus siue Collegia excitata. Alterum
Philosophis & Theologis, in platea, quæ Iudæorum tunc
fuit, nunc D. Annæ nuncupatur. Alterum Iurisconsultis
& medicis, qua ex vrbis ad arcem itur. *Herburtus lib. 13. Pol.
cap. 2.*

k FERTVR confirmasse festum Visitationis virgi-
nis Mariæ.

Ad onera belli contra infideles secundus indixit An-
natas beneficiorum vacantium, vt qui beneficium con-
sequeretur fructus vnius anni aut dimidiam eorum par-
tem fisco Apostolico persolueret. Illud soli Angli recu-
sarunt tantum in Episcopatibus & maioribus sacerdotiis
admittentes. *Platin.* Quidam hoc inuentum referunt ad
Ioann. 22. sed si credimus Polydor. lib. 8. de Inuent. cap. 2.
multò est antiquius, cum Hostiensis (quem diximus vi-
xisse circa an. 1260.) in cap. Inter cætera, de offic. ordina-
dicat de ea re sæpe reclamatum fuisse, & Francisc. Zara-
bella scribat in Concilio Viennensi statutum fuisse, vt

sublatis annatis vigesima pars vectigalium sacerdotaliū quotannis Romano Pontifici penderetur.

Hic annorum circiter 30. erat, cum pontificatum iniit. Ita tamen vixit in tanta peccandi licentia, vt nihil ei obiiici posset, nisi quod fortassis Annatarum vsum sacerdotiis imposuit. *Summa Cone.*

1390. Ecclesiam Olyssipponensem metropolim Portugalliæ fecit.

Hoc tempore, Albi per totam Italiam visi, quos Bonifacius compressit, eorum duce supplicio affecto. Quidam enim ex Alpibus descendens cum vexillo crucis & alba veste ingentem omnis ordinis, sexus ætatis cateruam secum specie religionis traducebat. *Vola. lib. 22.*

Ioan. Rusbrochius, Iacobus Peretz de Valentia, Simon Cremonensis, Conradus Ratisbonensis, Gallus Abbas Aulæ regiæ, Laurentius Iustinianus, Venetus, Dionysius Burgenfis eremita, Mattheus Episcopus Vuormaciensis, Ioan. de Hildinio Hospitalarius, Michael Angrianus Bononiensis, Gerardus Zurphanus, Renerus Pipernus, Henricus Boicius, Nicolaus Gorranus, Dominicanus, Philippus montis Galetij, Thomas Calensis, Alphonsus Thostatus Episcopus Abulensis, Hugo à Castro nouo, Iacobus Magnus Toletanus, Ioannes Bromiardus omnes Theologi scriptores.

An. 1391. in conuentu Regis & Principum Angliæ sancitum est, iurisdictionem Rom. Pontificis esse terminadā Oceano, itaque nemini Anglo licere in posterum sub pœna perpetuæ custodiæ pro quauis causa agere apud Rom. Pont. vt quispiam in Anglia eius auctoritate excommunicaretur, neue exequi aliquod tale mandatum, si quod ab eo acciperet. *Polyd. lib. 20. Angli.*

Exoriantur sectæ Hussitarum, Adamitarum & Orebitarum, siue Orphanorum in Boëmia Albanorum in Italia. *Aneas Syl. Histor. Boem. capite trigesimo quinto, quadragesimo primo & quadragesimo tertio. Bonf. dec. 3. lib. 2. Polydorus de inuentione lib. 7. cap. 5.*

Boëmica hæresis tam multiplex & diuersa, vt contrariis semper fluctuet opinionibus. Hic Adamitas cum mulieribus nudos incedentes sine pudore pudenda ostendentes cernere erit. Hic Iacobitas, hic Paulinos, hic Taboritas, hic Hussitas, ac varias hæreticorum formas quisque spectabit. *Matthias Vngaria Rex apud Bonf. lib. 2. dec. 4.*

Benedictus 13. Antipapa fertur à nonnullis, primus Eucharistiam ante se gestasse ad sui custodiam.

HVMANA,

Emanuel Chrysoloras Byzantinus Græcas literas in Italiam quasi postlimio reduxit, quæ per 700 annos fetè exulauerant. *Platin. Palmer. A Ioanne Paleologo missus, vt regum opem imploraret, perfunctus munere in Italia substitit.*

Blondus Foroiulienfis historicus seriem temporum ab an. Christi 407. vsque ad 1400. rexit.

Ioannes Frossardus canonicus & presbyter historiam Franciæ, Scotiæ, Hispaniæ, Britannæ, Vasconiæ, Flandriæ ab ann. 1326. ad an. 1400 est persecutus.

Academia Erfurdienfis instituitur anno 1392. *Kram. libro decimo cap. 15. & Cracouiensis anno 1400. Munster. in Cosmogr.*

In Lutetiana multa collegia ext ruuntur, inter ea For-

Anni
Christi

1389

Anni
mundi

5476

Baiazete, (deinde iuxta quosdam Iesu siue Iosue, Musulmane seu Mulsmane) Turcorum Impp.

Vuenceflao, & Ruperto an. 10. ex ordine Occident. Imp.

Carolo 6. Franc. Reg.

Dauide Æthiopo.

Henrico 3. cog. Valetudinario an. 16.

Richardo 2. Angliæ, deinde Henrico 4. an. 14. mēf. 6.

Vuladislao Iagellone Polonia.

Ioane Notho Portugalliæ.

Roberto 2. Stuardo Scotiæ, deinde Roberto 3. an. 16.

Anni
christi

Anni
mundi

1394

Clementi 7. Pseudopontifici
successit Petrus de Luna, dictus
Benedictus 13. vir doctissimus, à
Cardinalibus rati schismatis au-
ctoribus electus Papa contedit
Auenione annos plus minus 30.

5481

1394

alij

1398

CONCIL. Gallicanum omnium
prelatorum Francia, iussu Caroli 6.
hab. tum Lutetia 23. Januarij contra
schisma, in quo Benedictus Antipa-
pa deponitur, qui nihilominus noluit
cedere, Chron. Franc.

5481

5485

1400

ANNVS Dom. M. CCCC.
quando Tamerlanes mundi terror e-
mergit, & Chrysoloras studia Græca-
rum literarum in Italiam reducit, è
qua 700. annis exulauerant.

5487

teticum ann. 1391. à Petro Fortet. Aurilacensi Aruerno.
Paulò antè regnante Carolo 5. Sapiente collegium
Prælleum à Rodolpho Prælleo, Dormanum, seu Bello-
uacum à Ioanne Dormano Cancellario Franciæ, Cardi-
nali & Episcopo Bellouaco, Damuillæum à Ioanne Dan-
uillæ, Amanuensi Regum Ioannis & Caroli 5. cum fratre
Morinorum Episcopo.

Sigismundus Vngariæ seu Pannoniæ Rex post vnum
aut alterum prælium contra Baiazetem cum Gallorum &
Vngarorum copiis feliciter gestum, ann. 1395. solenni
legatione missa ad Principes Christianos, à Rom. Pon-
tifice summam vim pecuniæ præter exercitum, & à Ca-
rolo 6. Franc. Rege 8. millia militum cum præcipuis Re-
gni Principibus, quorum Dux erat Ioannes Niuernensis
Comes, obtinuit. Iraque ducens exercitum in Bulgariã
cepit Orizum & Biolinium vrbes: sed cum post 18. diem
quo Nicopolim obsidebat, cum Baiazete acie congres-
sus esset, temeritate Gallorum magna clade affectus, fu-
giens Veneta classe seruatus est, & 300. nobiles Franci ca-
pti sunt, quorum 24. redempti sunt 200. millibus aureo-
rum, cæteris cæsis. Chalcond. libr. 2. Gaguin. lib. 9. Egnat. &
Volat. Chron. Francorum.

Ioan. Niuernensis, post patrem Philippum Audacem
principatum Burgundiæ obtinuit. Domum è captiuitate
Baiazetis reuersus equites instituit, quorum symbolum
esset torquis aureus angulosis nexibus, & quasi annulis
concatenatus, ita inter se aptatis, vt figuram crucis S.
Andræ exprimerent, silice annexo & subtus aurei vel-
leris effigie dependente, quòd in his locis exulasset, in
quibus Iason aureum vellus quæsiuerat, ac S. Andreas
concionatus fuerat.

Baiazetes (qui à celeritate cognominatus est lingua
Turcica Heldrin, & à Græcis Lælaps, quasi, turbo ven-
ti seu procella) Turcorum Imperator totam ferè Græciã
& magnam Bulgariæ partem sibi subegit. Ignatius & Io-
nius. Indignatus quod Emanuel Constantinopoli. Im-
perator nollet apud eum fungi munere Ianizarij, Byzan-
tium decennio (Egnatius ait octennio) oppugnauit. Quo
tempore Emanuel Imp. venit in Italiam & Franciam à
Rom. Pontifice, Veneris, Italiæ Ducibus, & Carolo sex-
to 6. Pau. Iouius falsò putat eum fuisse 7.) tunc phreneti-
co & furioso suppetias petiturus. Sed cum moras aliquã-
diu traxisset in Francia, donec rex Carolus curaretur. (nã
ex Gagui. libro nono circa an. 1399. duo Eremitæ Diui
Augustini se eum sanaturum receperant, licet frustra, vn-
de supplicio capitis perierunt) coactus est redire Con-
stantinopolim re infecta (si enim Græcis & Gallis hi-
storicis credimus, decipitur Paul. Iouius, qui exercitum à
Francis antea concessum Sigismundo regi Vngariæ non-
dum Imperatori, huic datum refert.) Chalcondylas libr. 2.
de reb. Turci.

Tamberlanes seu Tamerlanes (quem Demetrius Mos-
cus Temirculum, Græci Temirem vocant) Scytha, ex
latrone & priuato homine factus Imperator, & Del fla-
gellum, incurfione in minorem Asiam facta Baiazetem
ab obsidione Constantinopolis (quam alioqui expugna-
turus fuisse creditur) retraxit, & cruentissimo conflictu ca-
ptum catenis aureis ligauit, & in ferream caueam intru-
sum secum per omnes Asiæ & Syriæ expeditiones circũ-
duxit, atque si nonnullis credimus, eo vsus est pro
scabello, si quando equum conscenderet ann. 1402. Chal-
condyl. 2. & 3. de reb. Turci. Egnati. Sabel. Pius 2. lib. 2. descripti.

1174. Regnavit Baiazetes an. 25. Chalcondyl. li. 23.

In numerandis Turcorum & Græcorum Imperatoribus sequor Chalcondylam, qui erat natione Græcus, rem propius attigisse videtur. Nam propter Tamerlanem victorem fuit hic Turcorum perturbata successio. Alioqui Latini aiunt Baiazerem habuisse regni successorem filium Cyriscebelem (quem vulgò nominant Calepinum) qui regnarit ann. plus minus 6. cuius filios faciunt Mahometem & Orchanem. *Paul. Iovius.* Alij eos duos faciunt filios Baiazetis, & volunt Orchanem eum esse qui dictus sit Calepinus. Sed in rebus alienis facile est hallucinari. Earum autem cognitio necessariò est ad multa loca Apocalypseos intelligenda. Vel fortassis Iosue Chalcondylæ, est aliorum Cyriscelebres filius Baiazetis qui è manibus Scytharum fugiens, paternum Imperium recuperat, Græcis coniuventibus Sigismundū Vngariæ Regem fugat: Denique victor Despotam bello lacessens moritur in ætatis flore, postquam annos sex imperasset. i. an. 1413.

Secundum Baiazethis filium Mozem fuisse dicunt, qui superiore fratre mortuo interfecerit Orchanem nepotē, & Imperium rapuerit, donec à Mahomete primo necaretur.

Isabella 8. annos nata filia Caroli regis Franciæ Richardo Anglorum regi desponsata, inter Francos & Anglos induciæ in 30. annos pactæ sunt an. 1396. *Polydorus lib. 20. Ang. historia.*

1395. Iudæit se eiectos quarto & extremo exilio è Francia afferunt. i. ante annos 188. centum ferè annis antequam pulsi sunt ex Hispania.

nysy c. 3. de Synaxi & lib. 4. & 5. hist. Niceph. Calix. lib. 1. c. 28. lib. 12. c. 41. lib. 11. cap. 14. lib. 13. cap. 7. & 19. Alvarus lib. 2. de Planctu anima. cap. 52. Occam libello de Sacramento. Altaris. Hervæus in cap. 7. ad Heb. Corpus & sanguis Christi permanent in Ecclesia in æternum. Propter ista recte dicitur Melchisedech manere sacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus instituetur per quem eius oblatio mutetur, & quia Christum designat perenniter pro nobis interpellantem. Durand. libro quarto Sent. dist. 10. q. 1. à principio Ecclesia fuit articulus fidei ab omnibus concessus quod verum corpus Christi esset realiter in hoc sacramento, & non figuratiue. nec sicut in signo tantum, nec per solam communicationem Idiomatum. Scholastici huius aui omnes libro quarto sent. dist. 10. & seqq. Ioan. de tenera munda libro de Sacramento altaris.

Baptismi effectus, Necessitas, aliena fides, ceremoniæ. *Pachym. ibidem c. de Sacramento Illuminationis. Nam sic Dionysius vocat baptismum. Cantacuz. Apol. 4. Niceph. Calixt. lib. 7. c. 33. lib. 14. c. 12. 17. lib. 16. ca. 35. Scholastici fusè lib. 4. sent. & aliis libris.*

Pœnitentia & eius partes tres *Pachymeres paraph. in Epistolam Areopag. ad Demophilum & lib. 4. histor. Niceph. Calixtus lib. 11. c. 34. & lib. 12. cap. 28. Scholastici in eundem lib. 4. Sent.*

Claues Ecclesiæ absolutio. *Ibid. Pachim. in Eccl. Hierarchiam c. 5. & epist. ad Demophilum. Niceph. Calixt. lib. 12. cap. 28. & 41. Niceph. Gregoras lib. 10. c. ult. Cantacuz. en. Apologus. Occam in Dialogo.*

Confirmatio, extrema vnctio, & reliqua alia sacramēta, & eorum vsus. *Pachym. lib. 11. Historia, Michael Andronici Imp. filius è desperato morbo sancto oleo recreatur, & c. 4. & 5. Eccl. Hierarch. Scholastici huius sæculi in totum 4. Sententiarum.*

Primatus sedis Apostolicæ. *Pachymeres historiarum lib. 5. recitans capita Græcorum ad Latinos. Principatus sit Romana sedis. Ad eum appellare liceat Græcis. Et memoria Romani Pontificis una cum Patriarchis celebretur. Nicephorus, Calixtus Rom. Pontificem gloria ceteros anteire li. 4. c. 38. Primariā Apostolorum sedem li. 9. c. 37. Niceph. Gregoras lib. 5. è libro de ea re Nicephori Blemmydis, & c. ult. li. 10. in suo contra Latinos alioqui consilio. Occam in Dialogo. item in prologo libelli de sacramento Altaris, de illo protestor me nihil asserturum nisi quod Romana tenet & docet Ecclesia. Guido Carmelita in summa de heresib. de Valdensibus. Alvarus in proœmio li. 1. de Planctu Ecclesiæ & c. 6. 13. 36. 37. 68. Durandus in 4. sentent. dist. 14. q. 5. Aug. de Ancona libr. de potestate Ecclesiastica. Hervæus lib. de potestate Pape. Bartholus in constitutione extrauagatè, qua incipit, Ad reprimandū. verb. Totius orbis. Post Christi aduentum, sublatis monarchiis omne imperiū est apud Christū & eius vicarium, & transferuntur per Papam in principem secularem, de quo prophetauit Daniel c. 9. Ipsemet Vniclessus epi. ad Vrbanum 6. apud Ioannem Foxum Caluinitam lib. 1. com. rerum gestarum. Romanus Pontifex summus Christi vicarius in terris,*

Liberum Arbitrium, bona opera. *Cantacuzenus contra Mahometem Nice. Calixtus li. 1. c. 3. Occam in Cati-*

Anni.
christi

1389

DECIMO quarto seculo permā-
fisse veterem doctrinam per Scripto-
res illius ostenditur.

MISSA Continuatut iisdem ritibus & solemnibus quibus antea, ut è scriptoribus de diuinis vel Ecclesiasticis officiis liquet, ut Radulpho Tigrēnsi, Ioan. de tenera munda, Gul. Antisiodorensi, & Scholasticis huius sæculi, Pachymere Græco in Ecclesiasticam Hierarchiam Dionysij.

Gratia Dei, fides, iustificatio. *Cantacuzenus Apol. 1. & 4. Pachymer. lib. 12. hist. Solus Dei & vestras illustrare conscientias, & c. Niceph. Calixtus lib. 1. c. 5. ex quo capue possit intelligi quid sibi veli Pauli illa conclusio Rom. 3. Arbitramur fidem iustificare hominem absque operibus legis Occam in Cantilogio cõcl. 60. Sententiarij in 2. dist. 26.*

Eucharistiæ veritas, Sacrificiū, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. *Nicephorus Calixtus multis locis, qui & libro 16. c. 36. demonia ex adibus, quas infestant, abigi celebratione Missæ testatur, ut Augustinus longe ante lib. 22. de Ciuil. ca. 8. Pachymeres in Eccl. Hierarch. Dio-*

1404

legio. Sententiary in 2. sent. dist. 25. & 26. & 28. ubi de heresi Pelagianorum. Paulus Brugensis in Biblia passim. Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiae, Imagines, festa. De iis extant auctorum huius saeculi sermones & tractatus pene innumeri, testimonia etiam non pauciora, ut Niceph. Gregora lib. 9. cap. vlt. Cantacuzenus Imp. Const. integra Apologia tertia contra Mahometanos & orat. 3. contra eosdem. Pachym. lib. 4. hist. & 6. ubi D. Nicolai cura è maris periculo Antiochenus Patriarcha liberatur, item 9. & 11. 12. & in Eccles. Hierarchiani Dionys. Niceph. Calixt. lib. 7. c. 33. & 34. lib. 14. cap. 2. Sententiary lib. 4. dist.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Pachymer. in Eccl. Hierar. cap. 7. de dormientibus. Niceph. Calixtus lib. 8. c. 31. ubi & nocturna defunctorum memoria. Doctores in 4. senten. dist. 21. & c.

Non hic possumus Centuriarum testimonium proferre, quando non sunt ultra decimam tertiam Centuriam, quod sciam, progressi, sed quid ipsi sentiant, quid concipiant, non difficile est animare ex eo, quod posteriorum saeculorum doctoribus acerbius irascantur, quodque laudent Marsily Patavini, Flagellantium Lothardorum & Ioannis Vuicleffi apostasiam, qui de iis tragediis hoc saeculo exciuarunt. Verum vii memini non modo ab eius scriptoribus refutati sunt, sed etiam ab omnibus Synodis, qua non fuerunt paruo numero, demique ab historicis, qui Ecclesia cursum secundum non plane extitisse docuerunt.

Anni
christi.



DECIMUM
QUINTUM
saeculum.

210.

1404

a INNOCENTIVS 7.
Sulmonensis an. 2. d. 22.
Vacat dies 23.

Anni
mundi



D VOBVS annis infelicitè pontificatu administrato moritur. Iuris peritus comis ac blandus. Contra hunc quoque Antipapa Auenionensis Petrus luna fuit, præter quàm quod multis procerum Italicorum bellis affligebatur.

Creauit multos Cardinales. Eo mortuo vehementius inualuerunt bella Italica.

Diffidium Galliae & Italiae ob diuersos Papas.

5491
5494

HVMANA.

1407

Patriarcha.
Constantinopoli Antonio
quarto.

Principibus.

Emanuele siue Manuele
ann. 30. ut dictum est, Con-
stantinopolitano Imp.

Tamerlane Tartaro Per-
fidis, deinde Tzochio eius fi-
lio, an. 22.

Mulsumane Turcorum
Imp. deinde Mose fratre
paucis mensibus.

Ruperto siue Roberto Oc-
cident. Imp.
Carolo 6. Beneamato Fran-
corum Reg.

Daude Aethiopiae, dein-
de Theodoro mens. 2. Isaac
ann. 17.

Ab anno 1399. imperabat apud Tartaros siue Barba-
ros Tamerlanes, humili quidem loco natus, verum scien-
tia rei militatis & foelicitate eò prouectus, vt duodecies
centena millia hominum haberet in exercitu, ad Stellam
montem memorabili Pompeij magni victoria, & Mithri-
datis calamitate celebrè Turcis profligatis Imperatorq;
eorum Baiazete capto & in ferrea cauea feræ in modum
circumuecto, Iberia, Albania, Armenia, Persia Mesopo-
tania, & Aegypto incredibili triu annoru celeritate va-
statis, orbem terrarum, nominis sui terrore impleret. Cù
hoc Lithuani duce Vitoldo cum multa nobilitate Polo-
nica & Germanica confligentes vincuntur. *Herburtus lib. 12. hist. Pol. cap. 10.*

Baiazetem captum in caueaque duos annos & semis
detentum, donec sibi acuto piscis ossè iugulum perfora-
ret, & extingueret, non vt regem, sed parracidam, vt qui
fratrem natu maiorem occidisset, se digna pœna plectere
dicebat. itè se Dei esse iram, quæ deprauati saeculi mor-
tales vlcisceretur. In eo prælio caesa narrantur supra cen-
tum quadraginta hominum millia. *Ionius lib. 2. virorum
Illust.*

Primo die tendebat alba, secundo nigra, tertio rubra
vexilla quod primi diei deditioe obsessis esse vellet in-
noxiam, secundi luctuosam & pœnis mixtam, tertij pla-
nè cruentam, & citra veniæ spem, & delectu, dicatâ rui-
nis, igni, cædibus.

Tandem spoliis vniuersæ Asiæ onustus Samarcandam
rediit, vbi fato functus dicitur an. 1402. *Ibid.*

Cuius duo filij hæredes sic à paterna virtute degene-
rarunt, vt imperium tueri nequiverint, breuique tempo-
re maximum Imperium collapsum defecerit.

b ANGELVS Corarius antea dicebatur. Contra hunc etiam sedit Petrus Lunensis, qui Benedictus 13. appellatus est. Itaque extinguendi schismatis causa, quod supra 40. annos, binis ac ternis interdum de summo pontificatu contendentibus, valde Ecclesiam afflixit, Pisanum Concilium in Herruria coit. Sed non modò non oppressum est schisma, verum etiam auctum, cum duobus frustra depositis, tertius Petrus Cretensis de ordine Fraciscanorum creatus sit & Alexander 5. Appellatus. *Chron. lib. 16. Pol.*

Poloni secuti sunt Concilij autoritatem, cum antea Gregorium pro Pontifice habuissent. *Ibid.*

Hinc Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis Boemia inficere hæresibus cœperunt. *Ibid.*

Hugo Ambriotus prætor, vel iuxta alios præses (non autem Episcopus, vt male quidam censent) Parisiorum, Iudæorum sectator, osor clericorum (quod aliqui de Scholasticis interpretantur) & Eucharistiæ contemptor, vt hæreticus à Parisiensi Episcopo perpetuo carceri adiudicatur. Ipse est, qui Bastildum ad D. Anthonij portam munitissimum propugnaculum, & Pontem D. Michaelis extrui curauit, cū Ponticulo & Castello ad propulsandos Scholasticorum noctu vagantiū impetus. *Gagun. lib. 9.*

Ordines Montolijetensium auctore Bernardo Ptolomeo, Canonicorum S. Georgij de Alga auctore Laurentio Iustiniiano, & Mendicantium D. Hieronymi (quos Ion. 23. confirmavit) instituuntur an. Domini 1407.

Iesus siue Iosue minimus filiorum Baiazetis Christianæ religioni initiatus mox moritur. *Chalcon dyl. lib. 4. de reb. Turci.*

HVMANA.

Ciuilebellum in Gallia ob contronesias duarum familiarum Ioannis Burgundiæ, & Ludouici fratris regis Aureliani Ducum, quod magnum multorum annorum malum inussit Gallia. Burgundio dum rerum est potitus, Carolum regem suo arbitrato regebat, Regina & eius filia huc illuc pertrahebat & vexabat. *Polyd. lib. 22. Angli.*

c CVM Gregorius 12. promississet se cessurum pontificatu, si Benedictus itidem non recusaret, & fugiente Benedicto in Cathaloniam, relicta Auenione, promissum suum reuocasset, Concilio Pisis à Cardinalibus vniuersis habito, vterque est depositus & in locum suffectus tertius, hic Alexander quintus Sanctus Dei. *Crom.*

Qui aded fuit munificus in pauperes, vt de se ipso sæpe per iocum diceret, se diuitem fuisse Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. *Plati.*

Ordo Scopetinarum, siue S. Saluatoris originem habuit à Stephano Bononiensi anno 1410. *Volat. lib. 21.*

Ioannes Gerson, qui Concilio Constantiensi interfuit, quem indoctè, vt cætera Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. sect. 28. sub Ioanne 22. vixisse affirmat,

HVMANA.

Mediolanensem Ducatum Franci armis repetunt diuturno & atroci bello. Valentinæ scilicet, quam nuptui dederat Ioan. Galeacius pater Ludouico Aureliano Principi Caroli 5. fil. cum eius fratres sine legitima prole decessissent, debebatur.

Galeacij filij ingeniis & fortuna patri dissimiles vrbius Italicis exciderant. Duces enim Galeacij Validis præ-

Ann
christi.

Henrico 3. Hispania.

Henrico 4. Angliæ.

Vuadislao Iagellone Polon.

Ianne Notho Portugaliæ.

Roberto 3. Scotia.

211.

1407

b GREGORIUS 12.
Venetus Theologiæ doctor celebris an.

1409

mens. 7. di. 5.

Vacat dies 10.

Patriarcha.

Constantinopoli Calixto an. 13.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Isaac Aethiopia.

Ioanne 2. Hispania Rege an. 50.

CONCIL. Pisanum plurimorum prelatorum, indictum à Cardinalibus contra Schisma. In eo ambo Pontifices Benedictus 13. & Gregorius 12. accusari de collusionione, abrogantur, & Alexander eligitur Papa, sed illud nullius ferè fuit profectus, nam nenter voluit cedere, sed nec ad concilium venire, varia causans. *Palm. Platin.*

212.

1409

c ALEXANDER 5.
Cretensis, Theologiæ doctor. mens. 10. di. 8.

1410

Vacat dies 11.

Patriarcha.

Constantinopoli Calixto.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

213.
 d IOANNES (aliis 22.
 aliis 24. Neapolitanus
 an.5. di.15.
 Vacat an. 2.
 Patriarcha.
 Constantinopoli Calixto.
 Principibus.
 Emanuele Constantino-
 politano Imp.
 Tzochio Tamerlanis Tar-
 tari F. Persidis. Moses Filio
 Baiazetis ex ordine Turca-
 rum Imp.
 Sigismundo an.28. Oc. Imp.
 Carolo 6. Franc. Reg.
 Isaac Aethiopia,
 Ioanne 2. Hispania.
 Henrico 4. Anglia. deinde
 Henrico 5. an.9.
 Uuladislao Iagellone Polo.
 Ioanne Notho Portugal.
 Interregno Scotia 13. anno.
 DECIMUM sextum uniuers-
 sale Conciliū Constantiense in Germa-
 na Patriarcharū 4. Cardinaliū 29.
 Archiepiscoporum 47. Episcoporum
 60. (aly) 270. Abbatum & Doctorū
 564. preside me inuio Ioanne Papa,
 & presente Sigismundo Imp. celebra-
 tum fuit contra schisma trium Ponti-
 ficum, Ioannis 23. Bononia Gregorij
 12. Arimini, & Benedicti 13. in His-
 pania, qui tres priuati fuerunt electi.
 P. Martino 5. Fuit etiam contra he-
 reses precipue Ioan. Vicleffi. & Ioā.
 Hus, & ad schisma tollendū. Deniq;
 contra vim Laicorū quam clericorū.
 Liber Conc. Plati. Pal. Naucl. Dura-
 uit annos tres & aliquot mens. ab an.
 1414. die 5. Nouemb. ad an 1418. in
 choatū, ut liquet ex actis ipsius Concilij.
 Mirum est quod narrat a die Pasche
 ad Pēecoste numeratas fuisse 60500.
 exteris personas quæ ad Concil. con-
 fluxerant. confirmatur a Martino 3.
 Platin. Onuph.
 214.
 e MARTINVS 5. Romanus,
 vir optimus & doctissimus, an-
 nos.14. mens.3.
 Vacat di. 12.

Ann
mundi

5497

5504

5501

5504

5548

fidis subnixi passim vrbium dominatum arripuerunt.
 d VNVS de tribus contendentibus de Pontificatu
 Crom.lib.17. Pol.

Bononia mansit, vt Gregorius 12. Arimini, Benedictus
 13. in Hispania, vsque dum Sigismundi Imp. opera Con-
 stantia Synodus cogeretur, vbi sunt tres pariter deiecti,
 & electus Martinus 5. Idem.

Petrus Aquillanus, Thomas Campensis, Jordanus
 Magdeburgensis, Thomas Haselbachius, Henricus Hes-
 sus, Reinhardus Fronthoniensis, Petrus de Aliaco Car-
 dinalis & Episcopus Cameracensis, Ioannes Capreolus S.
 Vincentius Valentinus (hic semel in die tantum mandu-
 cabat, & a Calixto 3. in numerum Sanctorum relatus est.
 Volater. lib. 21.) Franciscus Zarabellus, Ioan. Dominici Car-
 dinalis: omnes hi Theologiae professores.

Nicolaus Clemangis doctor Parisiensis, & Archidia-
 conns Baiocensis, qui de corrupto Ecclesiae statu scripsit,
 & alia permulta.

Florent tunc Laurentius Valla doctus Grammaticus,
 Alphonfus Rex Arragonum, Antonius Panormitanus,
 Ioannes Imolensis, Paulus Vergerius Iustinopolitanus,

H V M A N A.

Alphonfus 5. cog. Magnanimus Arragoniae regum
 primus, fuit rex Neapolitanus. Vasaus in Chron. Hisp.

In Synodo Constantiensi Adolphus 2. Cluie & Ame-
 deus Sabaudiae comites donati sunt iuribus amplioribus,
 ducisque imperij constituti.

e DECREUIT vt singulis decenniis celebraretur Co-
 cilium vniuersale. Plati.

Pater patriae salutatus, sectis Boemicis valde iniquus.
 Huius pedes Sigismundus Imperator est exosculatus.

Volater. qui duos & triginta regulos Mariae Ludouici Pa-
 noniarum regis filiae aduersantes securi percuti iussit.
 Egnat. lib. 3. Rom.

1416. Amedeum octauum, decimum sextum Sabaudiae
 Comitum Ducis titulo insigniuit. Munsterus.

Antonius a Rampegolis, Ioannes de Turrecremata
 Hispanus, Ioanes Fouentinus, Antonius Parmensis, Tho-
 mas de Kempis, Hermanus Studtorpius, Henricus de
 Consuela, Nicolaus Dunkelspuglius Viennensis, Hen-
 ricus Hesus, Poggius Florentinus, Thomas Vualdenfis,
 Raymundus Sebeidius, Hermannus Petra Carthusia-
 nus. Hi omnes illius temporis insignes Theologiae scri-
 ptores.

Paulus de Sancta Maria (ita dictus est postquam ex Iu-
 daeo Hispano Christianus factus) Theologus Episcopus
 Burgenfis & Archicancellarius Ioannis Regis Castellae, ab-
 soluti suas additiones ad postillas Lyrani super Biblia
 Sacra, an. 1429. vt est in eius prologorum inuio Glossa ordi-
 naria.

R. Moses Gerundenfis in Hispania tractatu aduersus
 hunc Paulum Burgensem scripsit, vbi pressus authorita-
 te testimoniorum Talmudicorum, dixit non esse incom-
 modum, si nonnulla interdum Talmudicorum dicta mi-
 nimè admittatur. Ritus sub finem lib. 2. de caelesti agricul.

Sub Martino quinto Boemorum haereticorum duces
 post mortem Zisca Cæci orphanos sese dixere, Qui cum
 Lusitiam, Silesiam &c. diuexissent, in tépla atque mona-
 steria, in sacerdotes & monachos barbarico furore de-
 bacchabantur. Zisca autem ducis sui immanitatem se-

quebantur qui quasi viuens parum insanisset, moriens cutim sibi detrahi, eamque tympano induci iussit, fore pollicens, vt ad eius tympani sonū, animis ipsorum aduersarij conciderent. *Cromer. lib. 20. Polo.*

Non est hic dissimulandus error auctoris Summę Angelicę, cuius occasione Canonistę futiles quæstiones excitauit, & Petrus Martyr. in 2. Samuel. cap. 13. calumniam inussit huic Pontifici: nam quod ille auctor ait in verbo, Papa, Martinum s. relaxasse alicui matrimonium, cum sua sorore Gormana, impudentissimum esse commentum facile conuincitur ex ipso Antonio, quę idem citat. Ille enim in summa, *tomo. 3. tit. 1. cap. 11. de affinitate in fine* scribit Martinum s. post longam Theologorum & Canonistarum de ea re consultationem, dispensasse cum quodam qui consummauerat matrimoniū cum quadam Germana eius, quam (vt loquitur) cognouerat fornicarię, Germanam propinquam, non sororem vocans.

HUMANANA.

Mahometes Turcorum nonus (Ioui. 6.) Imperator, post recepta omnia loca, quę Tamberlanes in Asia minore occupauerat, Imperatoria insignia ex Prusa quę hodie Bursa dicitur) In Græciam transtulit, & Adrianopoli vbi Thraciæ collocauit, *Iouius lib. de rebus Turci.* Vt erat moribus tranquillus & placidus perpetuam habuit amicitiam cum Græcorum Imperatoribus: cum regnasset 12. annos (Ioui. ait 14.) & Imperij successorem designasset Amuratem filium, obiit anno circiter 1420.

Patrum Mosem Imperium paternum vsurpantem interfecit. Inde Bulgaros & Valachos afflixit, tributo magno Imposito. Complures principes Turcas è Galatia & Capadocia extirpauit, de cuius linea iam reliqui succellere.

Primus traiecit Dambium, & afflictis Valachis dominatum Bosnię est consecutus.

Ann. 1425. vsus Bombardatum tum primum à Gallis agnosci cępit. Thoma Montacuto Sarisberienſe Comite Anglo, Cænomanorum urbē illis tormentis oppugnate. *Polyd. lib. 23. Angli. Histor.*

Lutetia à Ioanne Burgundię Duce occupatur, & Rex Carolus 6. cum rota aula in eius potestatem recidit: postea Philippus Burgundię Dux cognita cęde Patris (qui paribus insidijs, quibus antea Aurelianum Ducem sicarijs, Lutetię necandum præbuerat, ad Monſteriorum oppidum perierat) iniens societatem cum Henrico 5. Anglię Rege in patris sui vltionem regem, reginam, Lutetiam, & quicquid suę factionis habebat ei tradidit an. 1419. eoque tempore apud Trecas Catharinam Caroli filiam illi nubere coegit, ea lege vt ij eorūque liberi Franciã Regno succederent, & Henricus interea viuente Carolo Regens Franciã cognominaretur. *Polyd. lib. 22. Aemil. Gagui. lib. 9. & 10.*

Interregnum anni vnus.

Ioana Darcia Puella siue virgo, inope pastore in Lotharingatū Damprenio pago orta, anno ætatis circiter 20. Aureliam urbem obſidione Anglorum, qui Lutetiã magnamque Gallię partem possidebant, liberat an. 1429. eius auspicijs multa prælia feliciter à Francis gesta sunt. *Gagui lib. 10. Baptiſt. Fulg. lib. 3.*

Trecas Lutetiamque cepit, inter primos milites in muros ascendens ab Anglis tandem capta Rhotomagi, vt inaga combuſta est, *Ibid.*

Ann
christi.

1431

Patriarcha.

Constantinopoli Calixto
deinde Euthymio 2. ann. 5.
mens. 5. Iosepho an. 15.

Principibus.

Emanuele Paleologo, &
post cum Flavio Ioanne eius
fil. & abnepote Andromici
2. an. 4. & Iean. Paleogo
an. 24. ex ordine Constanti-
nop. Imp.

Tzochio Tamerlanis F.
Persidis deinde Trochio 2.
an. 18.

Mechmete sue Mabo-
mete 1. fi. Baiazetis Turcorū
9. (iuxta alios 5.) Imp. an.
17.

Sigismundo Occide. Imp.

Carolo 6. & Carolo 7. Vi-
ctore cog. an. 38. ex ordine
Franc. Rege.

Isaach Æthiopia, & per or-
dinem Andrea an. 4. Hef-
binaam & Ande filijs Iesu.
Ioanne 2. Hispaniæ.

Henrico 5. Angliæ. deinde
Henrico 6. an. 38.

Vuadislao Jagellone Po-
loniæ.

Ioanne Notho Portugal-
liæ.

Interregno Scotiæ, deinde
Iacobo Roberti 3. filio, an. 13.
Continuatio Schismatis.

Anni
Christi.

Ann
mundi

1424

Clemens 8. Hispanus, à quibusdam anticardinalibus factione Alphonſi Regis Arragonum poſt Benedictum 13. in Antipapam creatus eſt, ſed poſt reconciliationem Alphonſi cum Martino Ro. Pontifice, coactus eſt ſe abdicare Pontificatu an. poſt quam ſediſſet ſerè quinto.

Sic finitum eſt tam ingens & diuturnum ſchiſma, & Martinus 5. manſit ſolus verus Pontifex Maximus.

CONCIL. Senenſe Onuph.

215.

1431

f EVGENIVS 4. Veneratus, an. 15. mens. II. di. 21.

1447

Vacat. d. 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Iosepho, deinde Gregorio 3. an. 13.

Principibus.

Ioanne Paleologo Constantinopolitano Imp. an. 24. denique Constantino Ultimo an. 8.

Amurate 2. Turcorum 10. (aliis 6.) annis 34. Imp.

Trochio 2. Tartaro Perfidiis, denique Tranire an. 12.

Sigismundo, Alberto an.

2. Friderico 3. an. 54. ex ordine Occid. Impp.

Carolo 7. Franc. Reg.

5511

* Aurelianenses accepti beneficij, ex tantæ fortitudinis memores, edito in loco ad Pontem quem Ligeris subterlabitur, statuam puellæ locauere quam anniuersariis laudibus, singulari pietate cõcelebrant. Pius 2. Pontifex max. & Antoninus Florentinus Antistes, puellæ supra sexum virtutem admittantur. Sedatis tandem Francicis rebus, Iudicio quo damnata fuerat, nullius patrocinio defensa, & hoste Iudice retractato, omnium sententia famę restituitur Ioanna Darcia, anno 1456. die 7. Iulij, vide Iudicium ipsius In libello Aureliæ excuso apud Aegidium Gibier an. 1583. sub hoc titulo. Ioannę Darcę obſidionis Aurelianæ liberatricis res gestæ, Imago, & Iudicium Leone Tripaullio autore.

Tum duæ erant in Gallia factiones, Burgundionum, & Armeniacorum, à Comite Armeniaco, qui Carolo Delphino, deinde Regi contra Anglos operam nauabat.

Louaniensis Academia an. 1427. erigitur à Ioanne 4. Brabantia Duce Munster in Cosmog.

Hesbinaam & Amde filij Iesu in Æthiopia imperarunt vsque ad an. 1431. i. Eugenium, per annos quinque. Post hos duobus regie curie simul cum populo aduersus Dauidicam sobolem rebellantibus, puer quidam in regia sede positus fuit an. 2. Verum diuino aliter disponente consilio auctores rebellionis capti fuerunt, regnumque consecutus est Zara Iacob. Victorius de regibus Æthiopia.

1424. Rheti (Grizones vocant) ad suæ libertatis propugnationem primo fœdere sese inter se coniungunt. Chron. Heluet.

Gentiles erronei (quos Germani Heidem, nos Bohemos vocamus) primum an. 1417. per Germaniam visuntur, qui excocti sole, immundi veste, intentique furris, homines falsa sua chiromantia passim decipiunt. Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 7. Krant. lib. 11. cap. 2.

5518

f AB EVGENIO 4. Georgius Trapezontius Romæ Gymnasio præficitur, & multis annis Rhetorica ac Philosophiam docet. Deinde è Nicolao quinto Eugenij successore scriba fit Apostolicus. Præ morbo etiã sui nominis memoriam amisit. Æmulos habuit Ioan. de Mõte regio ob Ptolomæi opus de magna Construct. versum, & scholis illustratum, Theodorum Gazam, ob librum de animalibus Arist. quem quoque verterat, & Ioan. Episcopum Aleriensem.

Eugenius in Æthiopiam legatos Theodorum Petrum, Didymum & Georgium mittit ad Zerah Iacob Abyssinorum Imp. significans Ioannem Palæologum Imp. & Græcos conuenisse in Ecclesiæ vnitatem, & ad eandem illum Inuitans, quod reuerenter præstitit. David Æthiopia Imp. Epistola ad Clementem 7. apud Damianum Goes lib. de Æthiopum moribus.

Zerah Iacob, pius & fidelis (vnde & recte fidei cognomentum retulit) duobus principibus contra posteritatem David rebellantibus, cæsis, sub an. 1431. imperium Æthiopiæ adipiscitur. Marius Victor.

Ad Concilium Florentinum legatos misit. Nam illius actus Æthiopes & interfuisse constat.

Gregorius Constantinopolitanus Patriarcha in Concil. Florentino obiit, sentiens cū Catholica Ecclesia: cui successit Bessarion: deinde eo non recepto, Gënadus post captam Constantinopolim.

Ioannes Gritus Carolus Aretanus, Gerardus Carthusianus Nicolaus Burgundio Dominicanus, Nicolaus Amici, Ioannes Niderus Dominicanus, Ioan. Segonius

Ioan, Noblet Carmelita, Thomas de Corfellis, Ioan. à Spina, Bartholomeus Carthusianus, S. Bernardinus minorita Remensis (hic factiones Guelphorum & Gibellinorum seie repressit *Sabel.* & eum Nicolaus 5. inter sanctos numerat an. 1450. *Platin.*) Ambrosius Camaldulensis, Ioannes Episcopus Leodiensis.

In Concilio Basiliensi edita est Pragmatica sanctio, apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iulij an. 1438. probata & in Senatu Parisiensi publicata 3. Idus Iul. *Gagui. lib. 10.* Damnatae sunt annatae Beneficiorum, & deambulationes in templis dum sacra celebrantur. *sessio. 21.* Cautum est ne numerus Cardinalium 24. excedat, ac ne quis nepotum Pontificis, aut Cardinalium ad Cardinalatū admittatur. *sessio. 23.* Festa Conceptionis & visitationis D. Mariæ confirmata fuere. *sessio. 36. & 44.*

In eo indultus est Boemis usus Calicis, quod is iam apud eos inoleuisset. Ea tamen lege, ne diuersum usum improbatet, neu se ab Ecclesia Catholica in cæteris ritibus dogmatibusque sciungerent. *Chron. lib. 21. Pol.*

Per id ferme tempus Sigismundus, Imp. ab ea gente rex appellatus est, ingressusque Boemiam ad pacandas res animum intendit. Sed diu non postea vixit. *Ibid.*

Iacobini & Armenij Ecclesiae reconciliantur.

Græci ferè omnes cum Ioanne Imperat. Constantino-polim è Florentina synodo reuersi, sunt infensi Rom. Pontifici, quod ab eo tantum auxilij quantum erat pollicitus non acciperent: & conuentioni, quam cum Latinis de religione inierant, non stâtes, iterum ad vomitem redeunt, auctoribus Marco Episcopo Ephesino, & Scholario, Græcorum doctissimis. Quibus motus Eugenius, misit viros doctos Constantinopolim, qui rursus disputationes de eadem re cum Græcis haberent: sed ipsi re infecta discedere coacti sunt. *Chalcondyl. lib. 7. de rebus Turci.* Paulò post Iuliorus Ruthenus, qui erat ex iis Græcis qui ad Conciliū accesserant, Cardinalis, ad Græcos missus, ipsos cum Romano Pontifice reconciliauit, sed serò nimis. *Chalcond. lib. 8.*

Metropolitanus erat Kionensis. Quare vnione Ecclesiae Romanae percepta in Russiam redit. Sed eum Mosconitè obedientiam Romanam illis prædicantem spoliauerunt, & in necem extremam impulerunt. *Matthias Michou lib. 2. de Sarmatia.*

In Russia plures sectæ, Græcorum videlicet, Armeniorum & Iudæorum. Vbi etiam est regio Christiana Romano Pontifici subiecta, quæ regit ac præualet, quanquam sit exigua numero. *Ibid.*

H V M A N A.

Amurates Turcorum 10. (Latinis 6.) Imperator Mustapham patrum delet, ordinem institutum iam ante ab Ottomano primo rege (*Chalcondylas lib. 1. de reb. Turci.*) peditum militum, quos Ianuas seu Ianizaros vocant, ad sex seu decem milia auxit, & eos ex Christianorum filiis eligendos iussit, quorum viribus, qui succedere, totum deuicere Orientem. Duos vniuersæ suæ Monarchiæ præposuit Imperatores seu Bassas, vnum Europæ (quem Bassam Romaniam vocant) alterum Asiæ, qui Bassa Natoliæ dicitur. *Chalcond. lib. 5. Callimachus in hist. Vngaria.* Ipse obiit ann. Christi 1450. & sui Imper. 32. vel vt ait Iouius, 31. *Chalcond. lib. 7.*

Fallicita Imperij proferendi cura, ita regno se abdicauit, vt Hali purpurato Mahometis filij nutritio relinque-

Anni
christi.

In Aethiopia interregno duorum annorum, inde Zara Iacob rege, an. 34.

Ioanne 2. Hispania.

Henrico 6. Angliæ.

Vladislao Polonia. an.

11. & interregno annorum 4. usque ad an. 1447.

Ioanne Notho Portugaliæ rege undecimo, deinde Eduardo an. 5. Alphonso 5. Africano an. 43.

Iacobo 1. Scotiæ, deinde Iacobo secundo an. 24.

1431

DECIMUM. septimum generale Conciliū Basiliense contra Hussitas, primum à Marino 5. indictum Papiæ, sed ob pestem ibi grassantem, Senas translatum & inchoatum, deinde interruptum ab Alphonso Arragonum rege, continuatur Basilea, ubi interfuit Sigismundus Imperator, præside Iuliano Legato sedis Apostolicæ, & post eius renouationem, Ludouico Cardinale Arelatensi, & presentibus multis prelatibus, ad reformationem Ecclesie, & componendos mores iam laicorum quam clericorum. Ea demum ad ea que ad censuras & causas beneficiale autem confirmata sunt à Nicolao 5. Papa fuit etiam contra Hussitarum seu Bohemorum hereses. *Plati. li. Concil. Aeneas cap. 49. & 50. histo. Bohemi.* Perductū est usque ad an. 1442. vt constat ex ultima sessione 45. durauitque an. 11. mens. 9. di. 27. In eo damnata fuerant annata beneficiorum & cautum ne Cardinalium numerus 24. excedat. Ac ne quis nepotum Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur.

558

Anni
Christi

Anni
mundi

1439

Schifina 23.

Fœlix 5. Antea Amedæus olim Sabaudia Dux, in concilio Basiliensi contra Eugenium 4 Pontifex electus liberè se Pontificatu abdicavit postquam sedisset an. 9.m.6.di.7.

1438

CONCIL. Gallicanum apud Bituriges omnium Episcoporum Franciæ, pro approbatione Pragmaticæ Sæctionis. Ioan. le Maire.

1438

DECIMUM OCTAVUM (Græci vocant octavam Synodum) œcumenicum Concilium Florentinum inchoatum quidem Ferraria 5. Idus April. sed inde ingruente peste, translatum Florentiam, præside Eugenio 4. præsentibus Iosepho Constantinopolitano Patriarcha (qui Florentia obiit. Chalcond. lib. 8.) Ioanne Paleologo Orientis Imperatore, multisque Græcorum & Latinorum Cardinalibus & Episcopis. In eo Græca Eccl. ultimo convenit cum Romana, item cum ea Armeni & Indi unitatem fidei redintegrarunt, recipientes Sacramentum Confirmationis. Platina. Volæter. Palmer. Naucler. Chalcond. libro sexto de reb. Turc. Bessarion Trapezuntinus

5526

ret, & in nemorosum Bithyniæ specum cum paucis sacerdotibus ad contemplationem rerum cœlestium (si tamen aliquam præbere potest impuritas Alcoranica) abderetur. Iovius lib. 3. viror. Illust. Sed pœnitens resiliit. cum certior fuisset factus, de Ladislai regis Hungariæ & Poloniæ, Christianorumque principum aduentu, terra marique. Tandem Mahometem secundum ea lege hæredem reliquit, ut esset perpetuus Christiani nominis hostis Idem.

Thessalonicam Venetis eripuit an. 1444. Qua clade notus Theodorus Gaza Thessalonicensis & alij viri docti relicta Græcia in Italiam se contulerunt, & linguam Græcam propagare illic cœperunt.

Mustahapa Patruo & Mustapha fratre, quos Græci contra eum adiuuabant occisis, peragrata Thracia & acceptis in deditioem urbibus, Phocidem, Atticam, Beotiam, Ætoliæ, Acarnaniam & omnem intra Peloponnesum regionem vsque ad sinum Corinthiacum perdomuit.

Ladislauum Vngariæ regem vicit.

Ioannes Castriotes in Epiro & ea Macedonia parte regnans, quæ Albania dicitur, ab Amurate pacem impetravit cessione Croiæ oppidi & filijs tribus obsidibus datis, inter quos Georgius Scandeburgius, qui magna calliditate post patris mortem euadens, per adulterinas literas Croiam, Epiri & Macedoniae populos recepit, suumque regnum per multos annos tutatus est.

5525

Eduardi 5. Portugalliæ regis ex filia Leonara nepos exitit Maximilianus Augustus Caroli 5. Imp. auus.

Alphonfus 5. eius successor Africani titulum meruit, multis magnisque victorijs in Africa contra Mauros potitus. Nam Arzillam ciuitatem & Tingitanam Mauritaniam Lusitanis domuit.

Carolo septimo Franc. Rege Burgundioni omnia, quæ petebat, & aded. plus quam posset, concedente, factiones diuturnæ sunt sopitæ an. 1435. & ex quo cœperant an. circiter 29. Aemyl. Anno sequente Lutetia à Francis virtute Ioannis Villarij recepta est post 16. an. quam in Anglor. ditionem venerat Polyd. libro 23 Gaguin. lib. 10. Anno 1440. sedatæ sunt inimicitia Burgundionum & Aurelianensium.

5525

Parlamentum Tholosanum à Philippo Pulchro institutum an. 1320. à Carolo 7. renouatur, qui pulsus è Francia Anglis, regnum bellis attritum præsidij munitionibusque firmare statuit. Vnde & Centenarias & Quinquagenarias militum turmas instituit, & ut sine externo pedite regni fines tutaretur, quinque millium peditum cohortes descripsit, habito delectu Peditum Agrestium, qui vulgo, Franci Arcuarij dicti sunt, quia liberi omni tributo arcu sagittaque in militia utebantur.

Ioannes Gutenbergius Argentinenfis Artem IMPRESSORIAM, seu excursoria nouum scribendi genus primus excogitauit au. 1440. in vrbe Argentinenfi; inde veniens Moguntiam eam sceleriter perfecit. Iacob. Vvimpfelingius in Epitom. Germanor. cap. 65. & Fulgosus lib. 8. cap. 11. Platina & ferè omnes tale inuentum referunt ad Ioannem (Polyd. vocat Petrum) Faustium Moguntinum sub annum 1452. Infra. at Paul. Iouius à Cataynis Indiæ populis per Schyras & Moscos illud ad nos peruenisse scribit. Adde Temistitanos, quorum urbem patrum memoria Castilij in nouo orbe occuparunt. Ferunt libros Angustini de ciuitate Dei, & Lactantij Firmiani de Diui-

nis institutionis fuisse primos, qui typis excussi sunt.
Volat.

Ladislaus siue Vuladislaus 3. Poloniæ Rex cum magnam partem Hungariæ occupasset, Iohannem Huniadem Transylvaniæ siue Daciæ præfecit, vt se intestino bello distento, Turcos ab ea parte arceret, Georgium Seruiæ Despotam Principatu & liberis ab Amurate spoliatum ad limites contra Belgradum collocauit, Carambeum Bassam Phrygiæ Huniadis concilio agreditur & obruit. Pacem dat in annos decem, his conditionibus vt Amurates totam Seruiam redderet Georgij Despotæ liberis, Moldauiam non repeteret, ab iniuriis abstineret in posterum.

Huniades multos Turcorum exercitus delet, Seruiæ partem & Moldauiam recipit. Maximam Seruiæ & Bulgariæ partem victricibus armis percurrit. Anatoliæ Bassam Amuratis affinem cum 30. Turcorum millibus occidit.

Ladislaus Poloniæ & Vngariæ, siue Pannoniæ Rex, in non dubiam recuperandi Bizantini Imperij spem elatus, Iuliani Cardinalis exitalibus consiliis fœdera rumpens, prope Varnam urbem cum Amurate Turco ad pugnam cõgressus, post maximam suorum stragem, à Turcis occisus est anno 1444. cum esset certatum totos tres dies noctesque, & victoria primum ad Christianos inclinasset, primis Turcorum ordinibus disturbatis atque in fugam dilapsis. *Chalcond. li. 7. de rebus Turci. Bon. dec. 3. li. 6.*

Cum eo occisi sunt Iulianus Cardinalis & Varadiensis & Agriensis Episcopi, qui cruce pro vexillo vrentes, voluntariorum militum numerum duxerant.

Amurates hac victoria elatus Pelopõnesum petiit, vbi fratrem Imperatoris Const. cum Græcorum exercitu repentina clade obruit, captisque aliquot oppidis, reliquam tributariam fecit.

In prælio quod gerebat aduersus Vuladislaum regem Vngariæ, cum valde timeret, vouit si incolumis & victor euaderet, se commissurum filio Imperium & secessurum in monasterium monachorum Turcicorum. Sed post victoriam cum aliquandiu mansisset monachus, mutato consilio imperium recepit, industria Chatitis Principis, qui tunc Mechemtem eius filium venatum abire iusserat. *Chalcondyl. lib. 7.*

Fl Blondus Eugenij secretarius 30. libros ab inclinatione Imperij, ad sua vsque tempora, & libros 10. de Roma triumphante scribit.

Antonius Bonfinus Asculanus.

Hic fuit linguæ Latinæ & bonarum literarum illustrator, doctis viris tam in humanioribus quam in diuinis literis magna stipendia assignauit. Vaticanam Bibliothecam erexit missis quoquouersus viris doctis ad comparandos libros. Quid de veteri factum sit, nescio. Nam Bibliothecæ Romanæ mentio apud D. Greg. lib. 7. epit. 19. Iubileum quintum celebrauit. *Plati. Volat. lib. 22. Anthr.*

Electus supplex rogauit Cardinales, vt maturiùs Ecclesiæ cõsulerent, se enim esse indignum tãto magistratu. Tandem inuitus assumpsit Pontificatum.

Officium nullum seu magistratum vendidit. Quinque ducatorum millia ad se Euangelium Diui Matthei Hebraicum afferenti promisit. *Ekius homil. de Sancto Mattheo,*

Ludouicus Cardinalis ex bonis Ecclesiasticis primus

Anni
christi.

Nicenus Archiepiscopus & Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus Rutenorum, doctissimi Græcorum in Latinis perinde ac Græcis literis, quod in eo Concilio fuissent auctores Concordiæ Ecclesiarum, in Cardinalium ordine cooptantur. *Chalcond. lib. 6. Durauit partim Ferraria, partim Florentia fere an. 1. mens. 3. de primatu Romani Pontificis tunc in Concilio tractatum fuit, toto hoc fere tempore propter Græcos (Nam hoc antea nunquam in questionem venerat) & tandem definitum Romanum Pont. in vniuersum orbem tenere primatum, esseque successorem B. Petri, & qua sequuntur in Decreto.*

Anni
mudi.

216

1447

g NICOLAUS 5. Sacracenensis an. 8. di. 19.

Vacat dies 4.

1455

Patriarcha.

Constantinopoli Gregorio 3. deinde Genadio 1. post captam Constantinopolim an. 8. (alij nouem) ann. Dom. 1452.

Anni
Christi

1447

Principibus.

Constantino 11. Dragose cognomento, fratre Ioannis & ultimo Christiano Constantinopolitano Imperat.

Trause Tartaro Persidis, deinde Ussumcassano Turca an. 28.

Amurate 2. & eo mortuo, Mechemete seu Mahomete 2. eius filio Turcor. 11. (aliis 7.) an. 32. Imp.

Friderico 3. Occid. Imp.

Carolo 7. Franc. Reg.

Zarah Iacobo Aethiopum pretioso.

Ioanne 2. Hispanie, deinde Henrico 4. an. 17.

Henrico 6. Anglorum.

Cazimiro 4. dicto 3. an. 45.

Alphonso 5. Africano Portugallie rege duodecimo.

Iacobo Scotie.

1455

Anni
mundi

5534

fui ordinis canes & equos alere cepit. *Voluer in Anthropol.* Quo tempore Turca Mahometes res gerebat in Græcia.

Moguntia, qui limes est superioris & inferioris Germaniæ inuenta est laudabilis illa ars Typographica circa an. 1453. per Ioannem Faustum. *Petrus Appia. 2. parte Cosmog. de eo proxime antè fufius.*

Nicolaus Iaquerius, Ioannes Huxarus, Bernardus Parentinus, Nicolaus Aufimius, Hugo Parisiensis Tusculanus Episcopus, Oliuerius prior S. Bauonis, Ioannes Vuesfalia Erfordiensis, Leonardus Vtinentis, Ioannes Capistranus, Ioannes Varenaskrius, Bartholomeus Chânius, Ioannes Raulinus, Felix Malleolus Theologici scriptores,

Matthæus Palmerius Florentinus suum Chronicon vniuersale ab anno 449. in quo desierat Hieronymus, ad an. 1449. deduxit, postea conuictus de hæresi ob librum, quem de Angelis ediderat, comburitur apud Cornam. *Trithe de scriptorib.*

Friburgensis Academia in Brisgoia instituitur, an. 1450. *Munster. in Cosmog.* Alij id accidisse ferunt an. 1463.

Bosina gens infesta Manichæorum hæresi. *Sabel. Enead. 10. lib. 6.*

Leo Baptista Albertus, Nicolaus Perotus Episcopus Sipontinus, Franciscus Philelphus, Theodorus Gaza Thessaloniensis, Gregorius Triphemus, Georgius Trapezuntius, qui oblitus omnium literarum in extrema senectute obiit Romæ, anno 1486. Victorinus, in Latinis & Græcis doctissimi.

Constantinopolis (quæ hodie Czarigrad. i. regia vrbs appellatur) à Mahomete Turcorum Imperatore an. ipsius tertio & Christi 1453. quarto Calend. Iunij, die Martis & 60. die obsidionis expugnatur, & Cõstantinus huius nominis 11. Imperator Constantinopolitanus, vltimus Christianus & ex familia Paleologorum, in illa expugnatione ad vrbs portam fortiter pugnans occiditur anno octauo & Mens. tertio Imperij. *Paul. Ioui. Chalcondyl. lib. 8. Egnati. lib. 3. Gaguin. lib. 10.* De hinc Orientis seu CONSTANTINOPOLITANVM Imperium cepit esse penes Turcicos & Ottomanicos Imperatores. Tantam crudelitatem in ea exercuit vt nulla id queat oratione explicari. **vide & narrationẽ Christophori Richerij Thorignei Senonis de Expugnata à Mahomete Turcarum Tyranno Constantinopoli. Ea est digna lectu.*

Tunc labente illo imperio ceptæ sunt Græcæ literæ à Chrysolora, Bessarione, Gaza, Trapezuntio, Chalcondyla, Musuro, Gemisto Plethone, Lascate & alijs in Italiam è qua 700. annis ferè exulauerant reduci, ac deinde in alias Europæ Latinæ partes ferri. Nam post annos circiter septuaginta Andronicus Cantoblaca Basileæ, & Hermotinus Spartanus Lutetiæ ludum istarum literarum primi aperuerunt.

Gregorio tertio mortuo Gennadium primum an. 1452. post captam Constantinopolim Patriarcham Græci creant, & sic deinceps suam Hierarchiam ad hæc vsque tempora perducunt. Omnes autem ex eo tempore fuêre monachi, numero vndecim, vsque ad Hieremiam, qui hodie sedet. Cardinalis quidem Bessario ann. 20. beneficio Nicolai PP. Constantinopolitanus Patriarcha nominatur, sed titulo tenus, sicut ij, qui deinceps è Latinis Romæ hunc titulum ferunt. Imperatoria & Despotarum species illic penitus aboletur. Sic inter Turcas &

5542

Saracenos Regum & Principum status, non Ecclesiæ peritne quis hanc ex illis pendere putet.

Nescio autem an is sit Gennadius Scholarius, qui Synodo Florentinæ interfuerat & pro Latinis contra Græcos de capitibus quinque scripserat è Græcorum Patrum testimoniis.

Nam is Patriarcha creatus iterum retraxit omnes Græcos ab Ecclesia Latina, à Marco Ephesino persuasus, qui noluit Concilio Florentino acquiescere, etsi interfuisset, & contra Latinos disputans, cunctorum, & quidem Græcorum, qui aderant iudicio victus fuisset: Unde secuta est totius Græciæ perniciēs, & iugum Turcicum.

Scholarius dicitur, vt apparet ex confessione, quam ipse Mahomero secundo statim post captam Constantinopolim postulanti obtulit, quæ translata fuit in Arabicum ab Achomad Cadde Berrhænsi patre Mahometis Tselepe Scribæ.

Eligitur autem Patriarcha à confratribus sine Principis interuentu, & post consecrationem Canonicam in demortui cathedra sufficitur. Spiritualem habet iurisdictionem in Græcos, præsertim in montem Athos, in quo 45. monasteria, aliquã itē civilem Iurisdictionem ad quam etiã Mahometanis appellare, & Christianos citare licet. Moschi, Bulgari, Russi & plerique alij populi cum pro summo Patre agnoscunt & obtemperant. Benedictinorum habitu se ferè induit, vt reliqui Calogeri, Tria Sequinorum millia pendit, vt Turca crucem auream in Patriarchatus pinnaculo tolleret, quam alioqui publicè in suis ditionibus non fert. Est autem Patriarchatus situs in antiquo monte, vbi Palatium Constantini Imp. *Hæc è D. Ioanne Maumontio, amico meo, qui eo profectus, isthac partim vidit, partim ab ipso Patriarcha accepit.*

H V M A N A.

1450. Carolus 7. prætextu recuperandæ Normaniæ, primus tributum quod deinceps perpetuum sit, atque adedò auctum, imposuit. Nam Antecessores reges dignitatem suam antea tuebantur solo domanio. Sic autem auctum est, vt cum Carolus duntaxat septemdecim librarum millia imposuisset, offensionem & motus populi metuens, filius Ludouicus II. augetet vsque 43. millia. deinde Carolus octauus nonnihil adderet, donec Ludouicus II. (Pater populi proinde dictus) ad primam originem reduceret, id est, ad septemdecim millia. Quisecuti sunt reges, nullum illorum æmulantur. Nam ratione negotiorum sine modo totam ferè Normaniam (nam restabant Caletum vrbs & aliquot vicina loca) recuperauit anno 1451. post annos 30. quàm Henricus 5. Henrici 6. qui tunc regnabat, pater Anglorum Rex eam occupauerat. Anno sequenti capta primum Burdegala & Bationa ciuitatibus, Franci vniuersam Aquitaniam recipiūt, post annos circiter 299. ex quo Henricus Andegauenſium Comes, & mox Angliæ rex eius nominis 2. illam nomine dotis Aleonoræ vxoris (vt diximus) acceperat ann. 1153. & post annos 222. quàm Henricus tertius eandem à Philippo Augusto Francorum Rege Ioanni eius Patri paulò ante ademptam ræceperat. *Polydorus lib. 23. histor. Angl.*

Ann. 1453. Burdegala & aliquot vicina oppida ad Iohannem Talbotum Anglum Comitem Salopienſem

Anni
christi.

Anni
mundi.

1449

CONCIL. Gallicanum Lugduni celebratum iussu Caroli regis ad tollendum Schisma inter Nicolaum & Fælicem, qui rogatus à Concilio & Frederico 3. Imp. liberè cessit Pontificatu: unde vulgo de eo ferebatur carmen.

Lux fulsit mundo, cessit Fælix Nicolao. Ioan. le Maire.

5536

Anni
Christi

Anni
mundi

1455
1458

5542
5545

217-
h Calixtus 3. Hispanus
Valentinus an. 3.
mens. 3. di. 16.
Vacat dies 17.

Patriarcha.
Constantinopoli Geminadio
Monacho.

Principibus.
Vsumcassano Turca Persi-
dis Reg.

Mechmete siue Maho-
mete 2. Turcorū & Constan-
tinopolitano Imp.

Friderico 3. Occidē. Imp.

Carolo 7. Franc. Rege.

Zerath Iacob Æthiopiæ,

Henrico 4. Hispaniæ:

Henrico 6. Angliæ.
Cazimiro 4. Poloniæ.
Alphonso 5. Africano Por-
tugalliæ.
Iacobo 2. Scotiæ.

deficiunt, sed eodem anno recuperantur à Carolo 7. post
cædem Talboti & multorum Principum Anglorum, qui
in pugna ad Castellionem apud Petragorios occiderant.
Polyd. Ibidem. Gagui. lib. 10.

Ita cessavit per multos annos bellum inter Francos &
Anglos, qui tunc ita exacti sunt e Francia, vt nihil possi-
derent in Gallia, præter Caletum & aliquot vicina loca
De hinc ciuilia bella per annos aliquot in Anglia & Gal-
lia regnauit.

Tranifes Trochium Tamerlanis nepotem regno Per-
sidis exiit. Idem postea patitur ab Vsum cassano Turca.
Sicque pulsus Tartaris, imperium Persarum iterum ad
Turcas peruenit.

h FESTVM transfigurationis IESV CHRISTI in-
stituit ad 8. Idus Augusti ob victoriam de Mahomete
Turca, anno 146. eo die acceptam ad Belgradum vel ad
Taurinum oppidum (quod, nunc Albam vocant.) *Mabiac.
Palmer.*

Ad Vsumcassanum Persarū & Armeniæ principem
misi, ad eum in Turcam excitandū. Ferunt Vsumcassa-
num rescripsisse, se ob eius preces victoriam de hoste re-
portasse. *Plati.*

Renouauit extrauagantem Martini. 5. de conditioni-
bus, quæ necessariæ sunt ad emendos annuos census,
cum pacto retrouendendi, &c.

Nicolaus Dorbellanus, Ioannes Bononiensis Archi-
diaconus, Ioannes Hagen de Indagine, Ioannes Cap-
traue Anglus, S. Antonius Florentinus Archiepiscopus,
S. Laurentius Patriarcha Venerus, Ioannes Sabinensis
Episcopus, Godeschaldus Hollensis, Iacobus Chryso-
politianus Episcopus, Ægidius Cameracensis Decanus,
Theologi.

Ioannes Behaim tympanista (& pecorum pastor vi-
tam Cleri accusans, decimas deinde vterius progressus
telonia, vestigalia tributa persoluēda esse negabat: quin
& aquas & nemora omnibus esse libera volebat. *Mun-
ster. lib. 3. Cosmog.*

HUMANANA.

Ioan. Huniades, Coruinus expeditionem in Turcas cō-
tinuo sumpsit, 12. triremes instruit, Lesbum cum aliquot
castellis per classis præfectum expugnat, Vsumcassanū
Regem Persiæ & Armeniæ per oratores contra eosdem
induxit. Quare ille victoria potitus, gratulatum ad pon-
tificem legatos misit, quod eo impulsore hæc felicitas
sibi contigisset. *Volat. lib. 12.* Dictus est fulmineus Turco-
rum terror.

1456. Mahometem à Belgradi obsidione fortissime
depulit, cæsis 40. millibus. Vbi dierum duorum præliis
fessus mortem placidam & gloriosam obiit. *Antonius
Bonfinius*

Post hanc cladem Mahometes cogitans de inuaden-
dis maris Aegæi insulis, Vsumcassani bello reuocatus est,
in quo duobus prioribus conflictibus attritus est, ter-
tio Victor euasit, Persis insolito Bombardarum fragore
territis, vnde Vsumcassanus sese ad suos recipere co-
actus est. amisso filio Zucalde, qui globo traiectus occi-
derat.

Vsumcassanus ex Assumbeia Turcica stirpe, Cappa-
dociæ, Armeniæ & aliquot vicinorum locorum Domi-
nus, interempto Malaonchee siue Demitio Persarū re-

ge, ex vetusta stirpe Gempſæ magni apud Parthos Sultani, Perſiam inuaſit. Alij malunt regem Perſarum Trauiſem è Tamerlanis ſtirpe.

Præter Sarochum nepotem magni Tamerlanis apud Caſpium mare Samarcandæ regnantem, Hiemeſem Babylonæ regem, Ægypti Sultanum, Georgianos, Meſopotamios, finitimosque populos vicit, cum eſſet iam Parthorum, Medorum, Perſarumque Dominus. An. 1470. magnas victorias de Sagataianis retulit. Moritur an. 1478. ætatis 78.

Cazimirus Polonorum rex, 14. annis bellum geſſit contra milites Theutonicos, tandemque eis totam Pruſſiam ademit. *Munſter. lib. 4. Coſmog.*

i P R I V S dicebatur Æneas Syluius, fuitque vir bonarum artium peritiſſimus, ſcripſit enim complures libros: perfectionem contra Turcos cum indixiſſet, præuentus morte non potuit perficere. *Plat.*

Scribarum breuiatores primus creauit, qui poſtea à Paulo 2. exauctorati, à Sexto 4. denud recipiuntur. *Polydor. de inuent. lib. 8. cap. 2.*

Subactarum à Turcis Chriſtianarum gentium miſertus, & à cæteris propulſare cupiens Chriſtianos principes atque populos ad pium bellum, crucis vexillo propoſito cohortabatur dux belli ipſe futurus. *Cromerus & Herbartus hiſt. Polo. lib. 16. c. 14.*

Ladonicus de Bononia minor à Nicolao 5. & Calixto 3. in Aſiam & Orientis partes miſſus, vt pro ſua prudentia, rerum, locorum hominumque noticia Chriſtianos Orientis & alios Chriſtianorum amicos excitaret contra Turcam, ad Pium hunc 2. redit, ſecum adducens Michaelẽ Imperatoris Trapezundarum, Nicolaum Regis Perſarum, Coſtopam Ducis Georgianæ Maunethem Aſſembech. Sultani Meſopotamiæ, Morathum Verbrecht in Armenia Dominum oratores ac nuntios, qui ſuorum Dominorum literas Pontifici attulerunt, exprimentes fauorem contra Turcam. *Pius ad Ducem Burgundia epiſt. 376.*

Stephanus Bruſſeferius, Nicolaus de Cuſa Brixienſis Epiſcopus & Cardinalis, Albertus Bambergeniſis canonicus, Henricus, Herphius, Theologi.

An. 1461. Trapeſus à Turca capitur, ducentis annis poſt eam Imperij caput conſtitutam. Nam Alexius Comnenus Trapezuntinum Imperium complectens Capadociam & Colchidem relicta Europa condidit, ſub an. 1261.

Laonicus ſive Nicolaus Chalcondylas Athenienſis hiſtoriam de origine ac rebus geſtis Turcorum, quæ ab anno Chriſti 1300. ad hæc ſua tempora. i. ad annum 1462. contigerunt, libris decem eſt complexus. Quos gallicos fecit Blaſius Vigenerus anno 1577.

Ludouicus Francorum Rex per legatos miſſos ad Piũ 2. liberam Eccleſiæ & Pontificis Regno obedientiam præſtitit: Abrogationem Pragmaticæ Sanctionis, & magna in Turcos auxilia pollicetur. *Matthias Palmer. in Chron.* At Senatus Pariſienſis non potuit adduci, vt pragmaticam legem tolleret. *Gagni. lib. 10.*

Petebat Pius vt eam tolleret, vt pote, quæ Schiſmatis tempore atque per ſeditionem mota eſſet. *Ipe epiſtola trecentiſima ſeptuageſima quinta ad Regem Francia.* Cui Rex ſe obtemperaturum promiſit literis datis Turonis ſub magno Sigillo ſuo die 27. Nouemb. an. Dom. 1461. Regni ſui primo.

Anni
Chriſti.

1458

1464

218

i P I V S 2. Senenſis an.
5. menſ. II. di. 26.
Vacat d. 16.

Patriarchæ.

Constantinopoli Gennadio, deinde Sophronio an. 11.

Principibus.

Mahomete 2. Turcorum
& Conſtantinopolitano Imp.

Vſumcaſſano Perſarum.

Friderico 3. Occid. Imp.

Carolo 7. & Ludouico 11.
ann. 23. per ordinem Frac.
Reg.

Zarah Iacob Æthiopiæ.

Henrica 4. Hiſpaniæ.

Henrico 6. Angliæ, deinde
Eduardo 7. dict. 4. an. 23.

Cazimiro 4. Poloniæ.

Alphonſo 5. Africano Portugalliæ.

Iacobo 2. Scotiæ, deinde
Iacobo 3. an. 22.

HUMANANA.

Anni christi

Anni mundi.

1464

1471

K PAVLVS 2. Venetus an. 6. mens. IO.

Vacat d. II.

Patriarcha.

Constantinopoli Sophronio.

Principibus.

Mahomete Turcorum & Græcorum Imp.

Usumcaßano Persarum.

Friderico 3. Occidēt. Imp.

Ludouico 11. Franc. Reg.

Zara Iacob Æthiopia.

Henrico 4. Hispania.

Eduardo 7. diē. 4. Anglie.

Cazimiro 4. Polonia.

Alphōso 5. Africano Portugallie, rege duodecimo.

Iacobo 3. Scotia

5551

5558

Gregorius Schanderbegius Epirotarum Rex vir bellicosus, strenuè in Græcia Turcis resistit, *Aeneas Sylvius in descriptione Europæ, cap. 15. Volat. lib. 8.* Barletius libros 13. de eius vita reliquit.

Multas victorias de Amurate & eius filio Mahomete retulit. Nec tamen vnquam auctis copiis maius militiæ robur, quam sena equitum, ternaque peditum expeditorum millia hostibus opposuit. Delectu veterani militis, non numero victorias parari prædicans. Vnde & eorum nomina factaque memoriter tenere consueuerat, &c. *Iou. lib. 3. viror. Illust.*

k GEORGIVM Pogebtaciū Bohemiæ regem publico consistorio hæresi damnatum an. 1466. regno priuauit *Palmer.*

Matthiæ Hungariæ regi regnum illud donat, qui proinde ante 1468. Georgium vicit, eius filium cepit & tantam regni Boemiæ partem possedit, quantam in eo bello occupasset, Hæretici posteritate regno exuta. Nam Morauæ Slesitiæque interdicto promulgato deterenti, Georgij partes deseruerunt, Senatus populusque Brunensis, Olomutij, Catholicæ denique omnes ciuitates Bohemiæ & Morauæ illum regem Boemiæ eligunt, eumque Orthodoxæ fidei vindicem perpetuo se habituros profiterentur ac iurant. *Bonfin. dec. 4. lib. 1. & 3.*

Cardinalatus insignia multa excogitauit.

Omnia, sacerdotia ipsius tempore Romæ erant venalia, officia & beneficia episcopatus his committebat, qui Officium aliquod haberent venale, vnde elici munus posset, *Summa conc.*

Apoplexia solus in cubiculo, nemine vidente, secunda hora noctis moritur. *Ibid.*

Gaza scribit librum de mensibus an. 1470.

Ordo Minimorum IESVS MARIE (quos Franci vocant Bonos homines) sumit originem à S. Francisco de Paula (quæ Leo PP. adscripsit inter sanctos) Siculo. *Volat. lib. 21.* postea confirmatur per Sixtum & Iulium.

Henricus Gorricanus, Landolphus, Dionysius Ricelius Carthusianus, Nicolaus de Vuachenheim Hedelbergensis, Guilielmus Vorillonius, Theologiæ professores.

Baptista vel Bartholomeus Platina historiam Pontificum in hoc Paulo 2. à quo in carcerem trusus est terminauit. Reliquos Onuphrius persecutus est.

Poli in Æquicolis quidam hæretici dicentes, nullum verè Christi vicarium fuisse post Petrum, nisi qui Christi Paupertatem essent imitati. *Platina.* Pantaleo peruersa fide & verbis hæc recitauit. Sed sic habet historia.

Hermanus Rissiuch Apostata. Nam à fide Christiana penitus deficiens, eam totam velut stultam dānauit, Aristotelis doctrinam ei præferens. *Bernard. Lutemzæb.*

HUMANANA.

1470. Capnion Aureliis Pictauique iura discens, linguam Græcam, quam ab Andronico Contoblaca Græco Basileæ didicerat, seminat. *Ipsè Epist. in suum Heb. lexicon.*

Aliquot annis post Eberhardus probus in Vangionum Comitibus à Maximiliano Romanorū rege, vno Imp. consensu, Dux primus Vuirtembergensium auctoratur. *Ibid.*

Mahometes 2. Turcorum 11. (iuxta Latinos nonus) Imperator duo Imperia Constantinopolitanū & Trapezuntinum euerit: Regna 12. Christianis ademit: cepit 200. vrbes Chalcidem insulam armis, & Scodram deditione Venetis extorsit: Rhodum oppugnauit: Italiam capta Hy-

Arante inualit: in bellis, quæ gessit, plusquam 300. hominum millia peruisse compertum est. *Egnat lib. 3. Iouius hist. de rebus Turc.* Obiit cholice: dolore anno 1481. & Imperij ferè 32 ætatis 53. à capta Constantinopoli anno 27. mense 11. die 5. *Iouius & Palmer. in Chron.*

Subiecto sibi Radulone Palatino Transalpinæ Moldauicæ à Stephano Palatino siue Vaseuoda, qui vix 30. millia producebat, omni quo memorabili clade apud Barladum annè & Racouetiâ paludem profligatus est. Centum viginti millia in eo exercitu fuisse dicuntur, neq; prius fugam ititère Turcæ, quâ Danubium transmiserunt, persequentibus fugientes Vualachis & vsque ad lassitudinem trucidantibus, vel in paludem ac Danubium impelleribus. Bassæ quatuor in eo prælio desiderati, signa militaria capta centu & amplius. *Cromer. & Herburtus hist. Pol. l. 17. c. 7.*

Natus matre filia Georgij despotæ Beruicæ, à qua cum esset ad Christiana instituta a teneris assuefactus, ad Mahometismum ita se contulit, vt matri addictus, Atheum se ageret nullum nisi bonæ fortunæ nûmen reueritus.

Ann. 1480. à Rhodi oppugnatione post cruentissima prælia, ductu Petri Dambuson summi Magistrî natione Gallicæ repellitur.

Ludouicus II. Franc. Rex ordinem Equitum D. Michaëlis instituit an. 1469. cuius aureum insigne quod Franciscus Dux Britannicæ recusasset, ipse exercitum mittit contra Britones, sed mox reconciliato duce cum Ludouico omnia inter ipsos fuerunt pacata. *Gaguin. lib. 10.*

Diuersoria equis cursoris primum in Gallia constituit, sublatis sagittariis, Helueticis ad quinque millia stipendium dedit. Fuit ferox, omnium impatiens, literarû orator, vnde volebat filium plus Latinè discere, quam illa quinque verba, *qui nescit dissimulare, nescit regnare.* Populo formidabilis, vect galium & tributorum maximus exactor, primus emancipasse reges fertur.

Parlamentum Gratianopolitanum instituit: Diuionense in Burgundia a Philippo Duce institutum restituit.

LIBELLE VM ad annos 25. reduxit. *Ca. 4. de pœnitiis et remis. in Extrauag. Comm. Festum Conceptionis D. Virginis confirmauit, cum approbatione officij eius diei. Cap. 1. de reliq. in Extrauag.*

Bibliothecam Vaticanam libris auxit & restituit.

Principes Bosniæ, reginas Cypri, Andrea Paleologum Peloponnesi & Leonardum Toccum Epri Despotas aluit. Templâ, Xenodochia, opera publica restituit, denique Romam ex lutea Lateraniam, sicut olim Augustus ex Lateritia marmoream reliquit. *Valater. lib. 22. Anthro.*

SIXTO 4. Platina vitas Romanorum Pont. dicauit, cuius libro à Sixti Pontificatu quatuordecim sequentium Pont. in Pio 5. desinentium vitam subiecit *Onuphrius.* In Paulo 2. cuius iussu in carcerem coniectus est, terminauit.

Eidem Andreas Trapezuntinus Patris sui Georgij versionem de magna constructione Ptol. dicat. scribens Patrem suum Roma ob æmuloꝝ inuidiam Neapolim. discessisse, comiterque ab Alphonso illic susceptum & educatum cum tota sua familia.

1481. Fratres Boemi siue Picardi à Matthia Rege Vngariæ eiiciuntur è Morauia, sicque fugiunt in Vualachiam.

Petrus Oxoniensis Theologiæ professor in Academia Salmantica libellum confessionis edit, qui per Alphonsum Toletanum & Theologos damnatur & comburitur.

Summa Conc.

Antonius Florentinus Archiep. fufam historiam ab or-

Anni
Christi

1471

1484

220.

I SIXTVS 4. Saouonen-
sis an. 13. d. 5

Vacat. d. 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Simeone
ann. 9. deinde Maximo an.
10.

Principibus.

Mahomete & post eum
Baiazete 2. ann. 31. Turcico
Imp.

Usumcassano Persarum,
deinde Iacuppo cog. Chior-
zeinal. an. 7.

Friderico 3. Occid. Imp.

Ludouico 11. Franc. Reg.

Zarab Iacob Æthiopum
pretioso, mox Bethemariam
an. 10. mens. 2. die. 14.

Ferdinando 5. cog. Catho-
Hispania an. 30.

Eduardo 7. dict. 4. An-
glie, deinde Richardo 3. an. 2.

Cazimiro 4. Polonia.

Alphonso 5. Africano
Portugalia, deinde Joanne
2. an. 14.

Iacobo 3. Scotie.

Anni
mundi.

5558

5571

Anni
Christi

1471

Anni
mundi.

5558

orbe condito vsque ad an. 1470. deduxit.

Auctor Fasciculi réporum peruenit vsque ad an. 1484. Guilelmus Hilacensis, Rodericus Samorensis Episcopus Iacobus Gruytrodius, Ioannes Tinctorius, Ioan. Betsius, Alexander Ariostis, Nicolaus Denisius, Michael Mediolanensis, Henricus Arnoldi Carthusianus, Paulus Cortesius, Bernardus Decanus Moguntinus, Theologi.

Tubingensis Academia auctoritate Apostolica instituitur à Comite Vuitembergensis. *Naucler.*

H V M A N A.

Ioannes de Monte regio summus Mathematicus auditor Purbachij, Rudolphus Agricola, (qui obiit an. 1485.) Pomponius Lætus, Ambrosius Calepinus auctor Latini lexicæ, in literis humanioribus excellentes.

1472. Alphonfus 5. Rex Portugalliæ auream mineram in Guinea aperuit, è qua paruis cû Nigritis mercibus auri plurimum in Occidentem importauit.

Initium illarum nauigationû cœperat Henricus eiusdem loci rex.

1473. Dauid Calo Ioannes Trapezontinus Imp. captus à Mahomete cum vniuerso regio sanguine necatur, qui in suum caput contractam ab eo affinitatem cum Vssumcassano Persarum rege hoste suo interpretabatur. Dauid enim Vssumcassano filiâ suâ Despinâ Catonê elocauerat.

Vssumcassano successit Iacuppus, qui nulla re memorabili gesta impudicæ vxoris dolo periit. Scilicet vt regnum Ismaeli Sopho sororis filio inuadendum obiiceret.

Post mortem Iacuppi, Alenante & Morath Chamo eius filiis contendentibus, in antiquam Gempfæ familiam regnum sub an. 1500. rediit.

1474. Isabella & Ferdinandus 5. reges verè Catholici in annos 30. regnare incipiunt. Hi expugnato regno Granatensi Saracenos Hispania penitus exterminant. Iudeos vel Christû agnoscere, vel regnis suis exulare coegerunt. Inquisitionis officiû instituerunt. *Vaseus Chron. Hisp.*

1479. Heluetij primum à rege stipendium accipiunt, sublato ordine Francorum sagittariorum (hos Carolus 7. instituerat. *Gaguin. lib. 10.*) quod latrociniiis & rapinis vacarent. *Naucler. in Chron.*

Ludouicus Fræcorum Rex instituit vt hora meridiana (sicut mos erat ad vesperam) ad pulsû campanæ quilibet è populo Virginem saluaret Angelica oratione obtinendæ publicæ pacis gratia. *Gaguin. li. 10.* Id primum fieri cœptum est anno 1472. primo die Maij. *Mater historiarum.* Fuit vir ferox, versatili ingenio, & osor literarum, vt qui nolet filium suum Carolum plus discere Latinæ linguæ, quam illa quinque verba, Qui nescit dissimulare, nescit regnare, Primus pressam nobilitatē seruire cœgit, se populo formidabilem præbuit: eum tributis & vestigalibus plus vexans, quam priorum Regum quisquam alius, ita posteris Regibus viam muniens ad nimiam potentiam & opes, vnde dicitur primus emancipasse Reges Franciæ: primus adsignauit equis cursoriis (quos postas vocamus) diuersoria & stathmos: Statuerat, nisi morte præuentus fuisset, morem & ius vnum lingua vulgari & breui libello comprehensum per totâ Galliam constituere, ad hæc pondus vnum & mensuram. Vide eius historiam, quam Scandalosam vocat, & Philip. Comineum. Calixtus PP. fertur antea statuisse, vt ad meridiem post pulsû campanæ fierent preces pro Christianis pugnantibus contra Turcos.

Carolus Burgundiæ vltimus Dux occisus est ad Nancium an. 1476. pride Id. Ianuarij (alij volunt Nonis) à

1484

5571

Renato Lotharingæ Duce fines suos recuperante. *Gaguin. lib. 10.* Is fuit exitus triumphorum & deliciarum domus Ducum Burgundionum.

Vnicam eius filiam Mariam Maximilianus Frederici Imp. filius sibi connubio copulauit, eiusque iura sibi tuenda & vindicanda contra Francos sumpsit. Ex eo matrimonio Philippus natus est, Caroli quinti Imp. pater.

Eodem an. 1476. Burgundia Ludouico II. se certis conditionibus, legibus & pactis dedit, quæ singuli Francorum reges singulis suis inaugurationibus se inuiolatè seruaturus iureiurando pollicentur.

1481. obitu Renati Siciliae regis, Andium Ducis & Prouinciæ Comitis, ac Caroli Cœnomanorum Comitis eius fratris, Prouincia ipsi quoque accessit, nec ab eo tempore ad hunc vsque diem parère Francis vnquam desit.

Facto Regum Franciæ & Angliæ congressu ad Pinguiacum oppidum Ambianorum ann. 1475. induciæ inter eos constitutæ sunt ad aliquot annos (*Gaguin. ait 7. alij 9. Polyd. in multos annos*) *Gaguin. lib. 10. Polyd. lib. 24. Anglic. histor.*

Iacuppus Persarum Rex fratrem maiorem interfecit, vt regnaret. ab vxore tandem veneno tollitur.

Ioannes Moschorum dux Tartarorum tributarius & seruus, vxore Græca magis etiam hominem incitante, sumptis armis iugum turpe excussit. Finitimos Russorum principes consanguineos suos astu magis, quam armis subiugauit, & longius ad Occidentem solem prouectus, Nouogrodum totius Septentrionis emporium celeberrimum Polonis & Lituaniis extorsit Nouogrodensis prædæ magnitudine tantus euasit, vt magno hodie sit terrori Tartaris, Turcis, Polonis & cæteris vicinis. *Cromer. lib. 29. de reb. Polo.*

in FERRVM lanceæ, quo Christi latus apertum est, dono Baiazethis per Mustapham Bassam est consecutus, *Ioñius de reb. Turcicis.*

Eius tempore inuentus Crucis Titulus in Basilica S. Crucis in medio tēpli pariete oclusus cum triplici lingua, Iesus Nazarenus Re. cætera deficiunt. *Volater. li. 22. Ant.*

Baptista Trouomala scriptor Rosellæ casuum, Gabriel Biel monachus Germanus, Angelus de Clauasio auctor Sümæ Angelicæ, Vuernerus Vuestphalus Carthusianus, Rupertus Episcopus Aquillanus, Guillelmus Textor, Nicolaus Salicetus abbas, Ioan. Lapidanus, Ioan. Tesseranus Theologi.

A Ioanne Lapidano Theologo Parisiensi rudimenta, linguæ Hebraicæ Reuchlinus Capnion didicit. *Ipsè in Apologia.* Reliqua à Iudæo, Abdia ben Jacob Spuono dum legatione fungeretur apud sequentem Pontificem Alexandrum. *Ipsè in Epistola in suum lexicon, ubi primum inter Latinos se Grammaticam & lexicon Hebr. emittere assenerat.* Vir magnus, nisi linguæ Hebraicæ mysteria Cabbalisticis nugamentis maculasset.

Albertus Krantius Bambergensis, Ioannes Trithemius Abbas Sphaheimensis, Matthias Palmerius Pisanus, insignes historici. Marsilius Ficinus, Baptista Mantuanus poeta & carmelita, Iouianus Pontanus Philippus Beroaldus, viri summa eruditione clari.

HVMANA.

1485. Ioannes decimus tertius Rex Portugalliæ, primus clallem misit ad quærendas nouas terras & promontorium Bonæ spei, vnde ingentia auri pondera aduecta & excussa.

Anni
christi

Anni
mundi.

221.

1484

in INNOCENTIVS 8.
Genuensis an. 8. di. 26.

1492

Vacat. d. 22.

Patriarcha.

Constantinopoli Maximo.
deinde Niphone an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. an. 31. Turcico
Imp.

Jacuppo Persidis, mox Iulauero an. 3. Baycingiro an. 2.
Rustano an. 7.

Friderico 3. Occident. Imp.

Anni
Christi

1484

Carolo 8. an 14. Franc.
Rege.

Bethe-Mariam Æthio-
pie deinde Schender an. 15.
mens. 6.

Ferdinando 5. Hispania,
cum Isabella uxore.

Henrico 7. Angliæ an. 24.

Cazimiro 4. Polonia.

Ioanne 2. Portugaliæ re-
ge decimo tertio.

Iacobo 3. Scotiæ. deinde Ia-
cobo quarto an. 25.

Anni
mundi.

5571

Zamoram Africæ civitatem tributo decem millium
Alofarum sponte à Saracenis oblato suam fecit.

Ferdinandus Magnus Hispaniæ Rex an. 1487. (alij
1462.) Mauris siue Saracenis, decimo post cœptum bel-
lum, ademit Regnum Granatæ, siue Beticum, quod, vt
dixi, ipsi 800. ferè annos occupauerant. Hinc sortitus est à
Roman. Pontifice cognomentum CATHOLICI.
Idem 124. (alij 120.) millia familiarum Iudaicarum Hispania
expulit, nec eis permisit aurum vel gemmas Regno
exportare. vide Pontanum de bello Ferdinandi.

In his fuit R. Isaac F. R. Joseph. Karn, cõmentator Pen-
ratheuchi, vt in Portugalensi exilio R. Abraham auctor
fasciculi Myrrhæ, qui se Fessam urbè Mauritanix recepit.

Guinea ab Hispanis 12. gradibus ab æquatore inuenta
est, circa quã complures insulæ postea ab iisdè exploratæ.

Tumque compertum est regionem torridam, quæ ap-
pellabatur, commodè habitari. Quod aute mille quingen-
tos annos Iubam Mauritanix regem probasse Solinus
narrat, & ante Iubam, referente Strabone, Polybius.

Paulò post nouus orbis veteribus incognitus præter
infinitas insulas exploratus est, & America siue Bresilia,
quarta terræ pars nominatus, cum ab incolis vocaretur
vnâ sui parte Peru, (quò naues singulis triennis misisse
Salomonem, exportandi auri causa, probabile est, cum
scriptura in Paralipomenis illam regionem nominet Par-
uam, duali numero. i. vtrumque Peru) altera Clobacana. R.
Joseph parte secunda sue historia.

Tertio Africæ Australis & Asiæ Orientalis siue Indiæ
vltimæ pars cognita est, & circumnavigata.

Quartò terra Australis vltra mare Æthiopicû & Indi-
cum inuenta est etsi nondum interius cognita quintaque
terræ pars appellata.

quo anno bellum Hispanorum perfectum est contra
Mauros, eorundem expeditio aduersus Indos Occidenta-
les cœpit, quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles
& Paganos.

Nam Ferdinandus Isbellæ Reginæ Castiliæ, Legio-
nis, Aragoniæ, Siciliæ, vxoris suæ suasu Christoph. Co-
lumbum Genuensem ad vestigandas nouas terras misit,
quas & Columbus aperuit an. 1492.

Quo auno 1492. in perpetuum Indæos suis Hispanicis
regnis expulit. 97. post Gallicanum eorum exilium. Et vt
hæreticos & Mauros penitus inde euelleret, Inquisitio-
nis officium instituit, cui etiam Rex ipse subesset. Grana-
tense, Neapolitanû, & Nauarreû regnum subegit. Vasaus.

Doriphori (quos Lantzne & hos vocant) tunc primùm
exorti sunt in Germania.

Ducatus Britannix Regno Franciæ accessit nomine
dotis Annæ hæredis Britannix, quam, repudiata Marga-
rita vxore, Carolus 8. vxorem duxit, licet ipsa per lega-
tum nupta iam esset Maximiliano Austria Archiduci.
Nauclet. Gaguin. lib. 11. Chron. Franc.

Mediolanenses mortuo Philippo Maria duce, vltimo
sefe in libertatem vendicant & ex Plebe 12. viros, Reip.
constituendæ causa creant. Verum post duram obsidio-
nem Franciscum Sfortiam, qui Blancâ Philippi filiam no-
tham duxerat, in urbem & ducem recipere coacti sunt, à
quo Carolus Aurelianensis competitor victus est. Frideri-
cus Imperat. suum ius neglexit, bellis domesticis deten-
tus, & multitudine competitorum absterritus.

Alphonsus rex Neapolit. quem Philippus hæredem
testamento instituerat, cum hereditatem longe à se diffi-

1492

5579

eam & à competitoribus vndique circumcessam videret, quieuit.

Anni
Christi

Thoma & Demetrio Paleologis fratribus inter se diffidentibus, Demetrius ad hostem. transit filia ei in vxorem data. Thomas rebus perditis Romam fugit. Sic Mahomeres Peloponesum subigit sublato illic Paleologorum & venetorum Dominatu. Lesbum, Lemnum, Euboeam, siue Nigropontum ponte admirabili super Euripum constructo recipit.

Per id tempus Vngari duce Bathoro ex Turcis quorum erant centum millia insignem & omni æuo memorabilem victoriã Matthiæ regi retulerunt. *Chron. li. 29. Polo.*

Cazimirus Cazimiri Regis Polonorum filius medicis cõcubitũ suadentibus si sanus, esse vellet, Ne se pollueret, maluit ille mori. *Chro. Ibid. Michaëli Verino poetæ Hispano vix 18. annos nato pauld post idem visum est. Politianus.*

Boemici motus ab hæreticis excitati, regi etiam periculosi, ita vt Rex de vita sua periclitatus ad Cuthnos montes fugere coactus sit, Senatus verò veteris & nouæ Pragæ contrucidatus sit & Monasteria direpta. *Herbertus lib. 17. Polo. c. 10.*

Ioannes Standon Theologus collegium Montis acuti Luteriæ fundauit, legauitque multa ad Pauperum, vulgo Capetarum, alimoniam.

Carolus 8. cum Cancellario & libellorum supplicum magistris septedecim cõsiliarios laicos & sacerdotes creauit, quia Cancellarius tot negotiis se implicare nõ poterat.

Henricus septimus, Rex Angliæ, ex Elizabetha coniuge tres tantum liberos superstites reliquit, Henricum octauum, Margaritam maiorem natu, quæ Iacobo quarto Scotorum regi nupsit, Mariam Ludouico duodecimo Francorum regi primũ, deinde Carolo Brandono Suffolkiæ Duci collocatam. *Ex historiis Angl. & Scot.*

Henrici ergo defuncta posteritate, de qua vnica superest Elizabetha, rerum hodie potiens, regnorum Angliæ & Hiberniæ, ius ad Mariam Scotorum Reginam, vnicam Iacobi 4. & Margaritæ suprã dictæ hæredem, siue ex Iacobo 5. patre, Scotorum rege eorum filio neptem, eiusque deinceps liberos, rectã aliis omnibus exclusis deuoluitur.

FAVENS auspiciis Ferdinandi & Isabellæ Hispaniarum regum, qui duce Columbo an. 1492. Indias Occiduas aperuerant, Bulla illos legitimos earum Dominos constituit, ita tamen vt præcones Euangelij illuc mittere tenerentur. Bulla ab Alexandro data est an. 1493. quarto nonas Maij sui Pontificatus 2.

1494. Correcta propter Hispanorum & Lusitanorum diffidia, ipsorum consensu, vt videlicet linea vtrosque separans ducta à Septentrione ad Meridiem per Occidentem distaret à Promontorio viridi 1080. miliaribus, non, vt antea, 400. duntaxat, vt quicquid ab ea versus Orientem acquireretur. Portugalensibus cederet, versus Occidentem Hispanis. Quod dræsertim factum est ne Hispani quicquam temptarent in interiore Africa, quam iam Portugalenses aperuerant.

Primus præco fuit Bueil Catalanus ordinis S. Benedicti, quem Alexander Bulla sacerdotibus duodecim præfecit, suumque vicarium apud illas regiones nominauit. *Fumens in historia Gallica Indiarum Occidentalium li. 1. cap. 2.*

Iosephus Indus patria Caragonorësis, vir Christianus, Romam venit, & Alexandro 6. narrauit, eorum populorum, qui circa insulam Ormum & reliquum Orientem

habitant

Anni
mundi.

222.

1492

ALEXANDER 6.
Valentinus Hispanus an.

5579

1503

II. di.

8.

5590

Vacat. m. i. d. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Niphone, deinde Pachomo (qui præfinitè sedit an. 1500.) an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. Turcico 12. Imp.
Rustano Persiæ, deinde
Agnato mens. 6. Carabe an.
1. Aluante. an. 4. Ismaële Sophi an. 34.

Friderico 3. & post eum
Maximiliano an. 25. Occid.
Imp.

Carolo 8. & Ludouico 12.
Patre populi cog. an. 17. ex
ordine Franc. Reg.

Schender Æthiopia, deinde
Amdezeon, qui & Alexander
mès. 6. Nabud. an. 14.

Ferdinando s. Hispaniæ.
Henrico 7. Angliæ.
Cazimiro 4. deinde Alberto an. 9. Alexandro an. s. Polonia.
Joanne 2. Portugalliæ, deinde Emanuele Magno an. 26.
Iacobo quarto Scotiæ.

Anni mundi

5579

An. Dom. M. D. quando Ludovicus 12. Pater Populi dictus, regnum Gallicum init, Sophus Persicum, nova terra aperiantur.

DECIMO quinto saculo continuatam quidem fuisse Doctrinam dubitari non potest, quod ideo Lutherus & innumerabiles hereticorum copia insurrexerint &c. Sed interim id mouere nostro demonstramus è certis Græcorum & Latinorum testimoniis.

Missa fisdem ritibus ac prius, è scriptoribus de diuinis vel Ecclesiasticis, Bessarione Cardinali, Marco Ephesio, Dionysio Carthuziano, Gabriele Biel in Canonem Missæ.

Gratia Dei, fides, Iustificatio, Græci in sua Apologia Basiliensi concilio exhibita. Bessario & Trapezuntius multis suorum librorum locis. Sic Gerson &c. Biel in can. Missæ lect. 23. §. E Sententiary in 2. dist. 26. & 27. & lib. 1. dist. 41. ubi disputatur. an Predestinatio sit aliquot meruum.

Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus, Bessario de Eucharistiæ sacramento. Marcus Ephesius libr. Quibus verbis conficiantur diuina munera. Laonicus Chalcondylas, Eucharologium, in quo tres liturgiæ Chrysostomi cap. 2. Basilij cap. 3 c. 4. & 7. cum eius interpretatione cap. 5. & 6. Thomas Waldensis in tomis de Sacramentis contra Vnicléffistas, Biel in Canonem Missæ Sententiary multis distinctionibus libri 4. Gerso parte 1. tractatu de Communionem sub utraque specie & part. 2. in Compendio Theologia tract. 3. de Sac. Eucharistiæ & alibi.

Baptismi effectus necessitas, aliena fides ceremoniæ In Eucharologia Græcor. c. 15. 17. 79. Sententiary

5590

habitant, magnum quendam esse Antistitem, qui Catholicus appelleretur, cui assent Cardinales duo decim, Patri archæduo, Archiepiscopi & Episcopi complures. Ipse in sua nauigatione c. 33. Oforius de Emanuele.

1494. Ordo pœnitentium mulierum ex prostitutis cepit Parisiis prædicatione Ioannis Tisserani Minoritæ. Continuatio Palmerij Volater.

Ioannes Mederus, Ioannes Dalburgius Georgius Florus Baldinus, Guilelmus Pepinus, Baptista à Saris, Ioannes Keiserpergius, Hieronymus Sauaranola, Ioan Ludouicus Viualdus, Theologi. Ioan. Trithemius, qui suum librum de Scriptoribus Ecclesiasticis (nongentis & septuaginta, quorum volumina gradus, conditiones, dignitates, ac tempora potuit reperire) absoluit an. 1494.

HUMANNA.

1497. Americus Vesputius Florentinus sub Zona torrida, vltra citraq; terras Occiduas nauigationibus quatuor aperuit, & Americam de suo nomine appellauit, quarum duas versus Occidentem mandato Ferdinandi Regis Hisp. suscepit, duas alias versus Austrum Emanuelis Lusitanæ regis iussu. Propter eius magnitudinem quarta pars orbis nominatur, nescitur continensne sit, an insula, nisi quod est probabilius versus polum quodam Isthmo cum Groetlandia iungi. Quoniam sæpius quidem tentatus est per Septentrionem ad Mare Moluccarum transitus, verum nunquam repertus, per Austrum ad Moluccas transitum Magellanus reperit, & fretum Magellanicum de se nominauit.

An. 1501. Petrus Auarus Cabralus Brasiliam in torrida Zona extra æquinoctialem versus meridiem adinuenit.

Emanuelis Regis Portugalliæ auspiciis sub ann. 1500. aperta est nauigatio in Indias, circumnavigata tota Africa & repertis multis nouis regionibus & insulis. Prima illa nauigatio fuit vsque ad Callicutium, deinde Cochinum, vbi magnum Christianorum numerum S. Thomæ videre licet, quorum sacerdotes in magna degunt abstinentia: in templis crucem tantum habentes. Sacrificant pane Azymo, & vino ex vua passa & aqua expresso, quod alio careant. Apostoli corpus hinc procul 350. milliariibus situm est apud oppidum Mailapar, etiam Saracenis & Paganis venerabile. Volateran. lib. 12. Geographic.

1493. cepit expeditio Francorum pro acquirendo Regno Neapolitano, contra Alphonsum regem: Carolus Rex Francor. statim illud regnum obrinuit, sed ann. proximo ab eo ad Ferdinandum Alphonsi filium defecit.

Morbus sacer sub primum descensum Francorum in Italiam primum cepit agnosci in Europa, & propterea dictus est Gallicus, & Neapolitanus, Hispani Arragonenses vocant eum morbum S. Sementi Granatenses Curialem, Franci grossam verolam.

An. 1494. obierunt tria literariæ reipublicæ lumina, Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiensis, Angelus Politianus vir eloquentissimus, & Ioan. Picus Mirandulæ Comes, summus Philosophus. Continuat. Palmerij.

Ioan Nauclerus Tubigenis, cuius historia à Surio, Carthuf. continuata est. Philippus Bergomensis, Hermānus Schedellius, Baptista Egnatius, Raphaël Volaterranus, Frācisus Irenicus, Iacobus Vuimphelingius, Polydorus Virgilius Anglus, Ludouicus Patricius, Antonius Sabellicus historici celebres. Sebastianus Brand. Georgius Valla Iodocus Badius, viri docti.

Parlamentum Rothomagensē Scarij loco à Ludouico

uic o 12. instituitur, an. 1499. Cal. Octobr. Sic Aquense in Prouincia Narbonensi, & Burdegalense in Aquitania.

Rustanus Persarum rex, Harduelem patrem Ismaëlis Sophi interfecit, veritus ne is Halim Omari præferens, studeret rebus nouis, & se regno exueret. Ismaël interim fugiens in Hircaniam ad Pyrcalim amicum paternum, eisdem ritus, quos pater in Perside tradiderat, prouexit, & Siach. i. Propheta habitus, regnum Persicum ad se trãstulit, eiectis hæredibus.

1499. septuaginta Turcorum millia per Vualachiã in Russiã se effundentes frigore & fame cõsumpta sunt. Reliqui à Stephano Vaieuoda cõtrucidati. *Crome. lib. 30. Polõ.*

1500. quidam Iudæus nomine Lemlé imposuit Iudæis quibusdam (credo in Germania) se esse verum Christum quem expectabant. *Ioann. Isaac super Epistolam R. Mosis filij Maimon, quam ipse ex Hebræo in Latinum conuertit.*

EO anno Portugallia Iudæi excedere iussi sunt, octo annis postquam à regibus Hispanis in perpetuum eiecti essent. *Vasæus.*

EO Rutheri ditionis Polonicæ ad Moscouitarũ Imperatorem, Schismatis eorũ tutorem defecerunt, quod Alexander Dux Lituaniæ eos Ecclesiæ Romanæ adiungere vellet. *Ioann. Sacramus in Elucidario errorum Ruthenicorũ.*

Inde secuta bella, donec focer Moscus (Nam filiam suam Alexandro collocarat) innumera Catholicorum millia tam per suos è Lituano Dominio, quàm per Tartaros è regno regis Poloniæ Alberti in perpetuam feruitutem abigeret. *Ibid.*

Ismaël Sophus ex Assumcassani filia progenitus Mahometanam legem nouis interpretationibus exponens, nouam religionem introduxit, atque ea via Persiæ Regnum occupauit. *Paul. Iouius.*

Dominus instituit medicinas septem Sacramentorum. *Gerson in regulis Moralibus part. 2. & in compendio Theologiae tract. 3.*

Primatus sedis Apostolicæ. *Gennadius Scholarius Patriarcha Constantinopol. in defensione de primatu petri. Gerson de Auferibilitate Papæ. & 4. parte Sermo. de pace & unitate Græcorum. Omnes principes & alij subiectionem habent ad Papam, in quantum suis iurisdictionibus, temporalitate & dominio abuti vellent contra legem diuinam & naturalem. Item libr. de modo habendi se tempore Schismatis. Baldus leg. f. in fine c. d. LL. nu. 4. solus Papa potest deponere Imperatorem, & non ex omni causa, sed solum ex causa graui & notoria, ex qua turbatur vniuersalis status Christianus vel Ecclesia. Et Num. 2. Cum Apostolicus confirmet Principem, istud est manifestum signum superioritatis, ut in Authentica, De defensore ciuitatis, & interim, Et ideo Imperator iurat Papa fidelitatem. Thomas V ualdensis contra Vucleffistas. Ioann. de Tur. Cre. in summa de Ecclesia, & alibi Trapezuntius in dictum Euangely, Si volo eum manere. Aeneas Syl. epist. 288. Gabriel Biel in Can. lect. 25. Clemangis de corruptio Ecclesie statu.*

Liberrim Arbitrium, bona opera. *Graci in Apologia ad Concilium Basiliense Trapezuntius ubi supra. Biel in can. Missa lectio 29. 59. Gerson in compendio Theo. Tract. 2. Sententiary in 2. sent. dist. 25. 26. 28.*

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. *Graci in Horologiis & Menologiis suis. Item Euchologio, ubi de crucis collocatione c. 30. & Exaltatione cap. 93. & lectiones Apostolica & Euangelica de SS. Martyribus cap. 103. de sanctis medicis cap. 104. de Sancto Chrysofomo & reliquis Sanctis pontificibus cap. 105. de alijs varijs Sanctis cap. 106. 107. 108. 109. sed & apud nostros huius saculi scriptores de us omnibus extant sermones & tractatus penè innumeri. Biel in canonem Missa lectione 30. 31. 32. 79. & de imaginibus lect. 49. & de reliquis lect. 42. Gerson. premittens Aue Maria sermonibus, quos habuit in Concilio Constantiensi.*

Preces pro defunctis, Purgatoriũ. *Dionysius Carthusianus de quatuor Nouissimis. In Apologia Græcorum de Purgatorio igne, Basiliensi concilio exhibita, & per Ioan. Hartungum versa, ubi Graci huius aui docent tria è suis patribus. 1. quorundam reatus post mortem à Deo condonari. 2. id fieri Dei Clementia & Ecclesia precibus. 3. eos interim expiari iustitiam carceris vel tenebrarum & ignorationis, & exili; hoc vno à Latinis differentes. quod ignem purgatorium corporalem materiamve negent, ut in eo non pœnam sensus, sed damni duntaxat constituent. Hinc in eorum Euchologio cap. 118. pro monacho mortuo feriale officium cap. 119. pro sacerdote mortuo. cap. 120. pro laicis mortuis cap. 121. pro feminis dormientibus. ca. 122. & ultima pro Infantibus defunctis. & in ipsorum liturgiis cap. 2. 3. 4. 7. Sententiary dist. 21. libr. 4. Balin can. Missa. 56. 57. 58.*

Relinquo infinitos alios Latinos, quoniam his præcipue temporibus hereticis suspecti sunt, quod Hussitas, Hieronymum de Praga, & sciam ac eorum multiplices & dissectas sectas proscripserint, stylo & igni persecuti sint. Superfluum etiam esset Synodus totius huius spaij uemque Historicos recensere, cum omnes eandem prorsus Ecclesiæ faciem cum superioribus saculis nobis prægant, ut propterea ad illos, nec velint, nec ausint prouocare.

Anni christi

1510

multi, distinctionibus lib. 4. Gerson in compendio Theologiae tract. 2.

Pœnitentia & eius partes tres Euchologiũ cap. 49. 98. & c. ubi canon in extrema vnctione in Peccatoris confessione seruandus. *Ibidem Gerson. Sententiary lib. 4. dist. 14. vsque ad dist. 22.*

Claues Ecclesiæ, Absolutio. Trapezuntius, in dictum Euangely, si sic volo eum manere & c. Graci in suo Euchologio ca. 114. Sententiary lib. 4. dist. 18. & 19. per totum. Biel in can. Miss. lect. 2. 3. per totum. Gers. parte 2. tract. de potestate ligandi atque soluidi, & alio, de contemptu Clauium.

Confirmatio reliqua alia facta menta, & eorum vsus. *In Euchologio c. 95. 97. 98. ubi sacramentũ vnctionis extrema vocatur, & παρακλησις & παρακλησις è sc. ca. Iaco. cap. 18. & 19. & seqq. ubi Matrimonij officium cap. 111. & seqq. ubi ordinum singulorum dispensandorum ritus & officium. Aeneas Syluius epist. 130. ad Bohemos. Septe sunt Ecclesie sacramenta, etsi vos tamũ quinque recipitis. (Nã de confirmatione & extrema vnctione nihil sentiebat.) Gerardus Stridonensis li. de septẽ Sacramentis. D. Antonius p. 3. tit. 14. ca. 1. §. 3. ad eripiendum nos ab infirmitatibus spiritualibus anima*

Anni mundi

5590

DECIMVM
SEXTVM
saculum

223.

1503 a PIVS 3. Senēsis, di. 16.

Vacat dies 24.

Patriarcha.

Constantinopoli Pachomo.

Principibus.

Baiazete 2. Turcorū Imp.

Ismaele Sophi Persarum.

Maximiliano Occid. Imp.

Ludouico 12. Frāc. Rege.

Nabud Æthiopia, an. 14.

Ferdinādo 5. cog. Catho-
lico Hispaniæ.

Henrico 7. Angliæ.

Alexandro Poloniæ.

Emanuele Mag. Portu-
galliæ.

Jacobo 4. Scotiæ.

Anni
MDCIII.

a R

EGNUM Manicongo ann. 1503. in A-
frica Christi fidem suscipit.

Helenæ Alexandri regis Pol. vxori dia-
dema de more reginarum non est impo-
situm, quod Græcorum Schismati esset
dedita, vt pote Ioannis magni ducis Moschorum filia.
Crom. lib. 30. Pol.

Bodganus Vualachia Vaieuoda his legibus Elizabe-
tham sororem Alexandri regis Pol. accipit in matrimo-
nium, vt is ad Ecclesiæ Romanæ ritus cum aulico suo
comitatu accederet: In Vualachia vt templa, sacerdotes,
& vnus Episcopus Romani ritus institueretur, Romanus
Pontif. Bogdano postulante matrimonium id approba-
ret. *Ibid.*

Georgius Amboësius Cardinalis & Legatus Franciæ
instituitur, qui vnico Rothomagensi sacerdotio absque
vllis Abbatibus &c. contentus, è viuis multò post dece-
sit. Vir antiqua virtute & fide, nondum conscientis ad
Sacerdotiorum Polygamiam prostitutis.

HVMANA.

Aleuante & Morath Chamo Iacuppi filiis contenden-
tibus, adueniens Ismael Sophus adhuc adolescens, qui
nouā sectā Mahometanæ perfidiæ à patre Harduelle cœ-
ptam supplicij metu suppresserat, primò Aleuantem acie
secum congressum obruncat. Deinde Morath Chamum
in Arabiam profugere compulit.

Sic rerum potitus à Persico Oceano ad Seruanorum
fines atque ipsum Caucasum montē, & per Hyrcani ma-
ris meridionalem oram ad Coraxenos omni regione per-
domita Zagaleisque Tartaris ad Oxum Iaxartēque flu-
mina pertinentibus sæpe acie superatis, in Armeniam re-
uersus est, vbi aliquanto post in Calderanis campis à Seli-
mo Turca vincitur, cuius virtuti totus Oriens cesserat.

Ismael Sophi magni Vslumcassani Regis ex filia nepos
persuasionē commutatæ religionis excitatis in suam se-
ctam Orientis gentibus, paternos, maternosque agros
cum exercitu recuperavit. Inde multas vrbes cepit. Mox
1499. Iacuppi regis auūculi sui filios regno depulit, mor-
tem patris vindicans & nouam religionem propagans,
per Armeniam, Mediam, Persidem, Parthiam, Me-
sopotamiam, Assyriam, Hyrcanos & Turcas lacessit.
Edicta inusitati generis venatione Syluestres equos ce-
pit, & domuit, qui aspectu truces, prælongis, atque hor-
rentibus comis, rigida ceruice & arietino capite defor-
mes, bidui cursu minimè fatiscunt. *Ionius libro quinto
viro.*

Legatos Venetias misit, qui fœdus atque amicitiam
peterent. Item ad regem Cambaiæ (ad ostium Indi fl.) &
ad Zabainum Idalcamum, reliquosque Indiæ Reges,
religionis causa quam tamen mutare noluerunt.

In Indiam ad Lusitanos, quorum prorex erat Albu-
quercius, tamen si Ormuzium ipsi auertissent, misit Coi-
caleamum & cum eis fœdus agitauit. Ad eum Albuquer-
cius vicissim Michaëlem Feirreram ad illud firmandum
ablegavit.

Legationem destinabit ad Baiazethem cum irritò suc-
cessu. Sibi enim Carmanorum regiones hæreditarias red-

di postulabat. Item vt abiecta veteri religione suam assumeret, habitumque immutaret.

Eius res gestas contra Turcos explicauit Henricus Pænius ad Cardinalem Saulum.

Nahud eductus est ex illo monte munitissimo & altissimo Æthiopiæ, in quem solent regum filij ac propinqui relegari, ne quid contra principem rerum potentem moueant, postquam frater eius Alexander rex absque liberis diceisset. *Alueresius in histo. Æthiopica c. 59.*

Ludouico 12. Academiam Parisiensem priuilegia sibi sublata conquerentem, turbasque concitantem reprimente, in publico Academiae apud Bernardinos conuentu decretum est, vt conciones, Medicinæ praxis, studium, lectionesque statuta intermitterentur.

b **BELLICA** gloria, quam Pontificia clarior. Moritur dum celebratur Concilium Lateranense.

Bononiam expugnauit: Seruiam, Rauennam, Fauentiam, Forum Iulium & reliquas Ecclesiæ terras à Venetis occupatis vi obrinuit: Mirandulam & Mutinam cepit. *Paul. Iouius & Continuatio Palmerij: Gallos opera Helueticorum è tota Italia expulit, vnde à nonnullis ei tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ. Surius in histor.*

Edictum in Ludouicum 12. promulgauit quo eum & quotquot illi studerent omnibus & Schismaticorum & Hæreticorum pœnis subiiciebat, facta cuique potestate fortunas, regna, resque illorum inuadendi. Ex quo secuta est Regni Nauarræ occupatio. *Guichardinus historiarum sui temp. lib. 11.*

Iulius Pont. Maximilianus Cæsar, Ferdinandus Hispanus, Ludouicus Gallus Alphonsus Ferrariensis in Venetos conspirantes, eos omni Imperio terrestri spoliarunt. Ottomanum autem multis viribus & insulis Græcis donec Cyprum tandem nouissimè amiserint.

Academia Francfordiënsis approbante Iulio PP. instituitur an. 1506. ab electore Ioachimo Brandeburgensi Marchione. *Munst.*

Florent doctissimi viri, Ioannes Lapidanus doctor Theologus qui linguam Hebraicam Lutetiæ docet ipsum Ioan. Reuchilnum Capnionem, *Vt agnosci ipse in sua Apologia.* Ioan. Reuchlinus Capnion Hostriano diffidio variè afflictus, (qui primus eo tempore cœpit Hebraicam linguam in Germania profiteri) Marcus Marulus Spalarensis, Lodoicus viues, Iacobus Faber Stapulensis, Desyderius Erasmus Roterodamus (obit ann. 1536. septuagenarius) Syluester Prierius Dominicanus Italus.

Petrus Galatinus, qui eandem Hebraicam in Italia excolebat. Nam ea inter Christianos incipiebat propagari.

Ælius Antonus Nebricensis, Iacobus Lopes Stunica Philosophus & Theologus. Græcæ, Hebraicæ & Arabicæ linguæ peritus, Hispanus vterque.

Ioan. Picus Mirandula Marti Daryli Hebræi discipulus, æmulus Pici, Mithridates Romanus, Hiero Alexander Brundusinus, Iustinianus Nebiensis, Aug. Steuchus Eugubinus Itali.

Franciscus Ximenius Episcopus Toletanus Compluti Biblia multis linguis & interpretationibus insignia typis exprimi curauit, secundus post Origenem Adamantium.

Gallus & Pontifex vario matre congregiuntur in Italia. *Paul. Iouius.* Vnde Rex Ludouicus & Maximilianus Imper. curant haberi Concilium, quod nunquam fieri potuit, Põtifice Propter principum factiones, reclamante.

Anni
Christi

1503

1512

1510

224.

b IULIUS 2. Genuensis, an. 9. mens. 3. di. 12.

Vacat d. 17.

Patriarcha.

Constantinopoli Pachomo, deinde Teolypto an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. & post eum Selimo 1. an. 8. Turcorum 13. (aliis 9.) Imp.

Ismaele Sophi Persarum.

Maximiliano Occi. Imp.

Ludouico 12. Franc. Reg.

Nahud Æthiopiæ, deinde Helena eius vxore ob filij pueritiam.

Philippo primo an. 2. & iterum patre Ferdinando Catholico an. 10. pro Caralo nepote suo Hispaniæ. Regib.

Henrico 7. Angliæ, deinde Henrico 8. an. 39. Alexandro Polonia, deinde Sigismundo 1. an. 41.

Emanuele Portugalliæ.

Iacobo 4. Scotiæ.

CONCILII Gallicanum Turonense omnium Episcoporum Gallie, & plurimorum doctorum tam Theologiae, quam iuris Canonici, pro Rege Francia contra Pontificem Romanum. In quo decretum est, vt mitteretur ad PP. legati, qui cum eo de pace agerent, vel si ipsos nollet audire eum provocarent ad conuocandum generale Concilium. *Chron Franc.*

Anni
mundi

5590

5599

1597

Anni
Christi

Anni
mundi

1511

Pisanum coactum à Maximiliano Imp. & Ludouico Rege & quibusdam Cardinalibus, contra Iulium PP. postea translatum est Mediolanum, deinde Lugdunum: sed sine profectu & vilo exitu, interueniente morte Iulij Papa. Chron. Franc.

5598

1510. Octauo Idus Februarij circa horam noctis secundam Paulus Form. in Marchiæ Brandeburgensis villa Knobloch, è templo subreptam thecam argenteam & inauratam, qua Eucharistia conseruabatur, cum facia hostia vendidit cuidam Iudæo, qui post multos ictus pugionis videns eam integram permanere, ita excandescens; Si tu es (inquit) Deus Christianorum te ipsum manifesta: mox hostia in tres partes diuisa sanguine per oras maduit. Eo territus Iudæus, postquam illas particulas panno inuolutas apud se detinisset, missis duabus ad duos alios suæ factionis, tertiam iterum pugione confodit, sicque de nudo sanguinis guttulæ dimanarunt. Tunc timens ne seelus proderetur, eam absumere voluit, sed cum non posset, proiecit in flumen, dein illa enatante, in ignem, demum cum intacta esset, commiscuit azymo, ac vbi furno imposuisset, ille alioqui obscurus resplenduit, & massula azymi, cui tertia illa particula erat immixta, in Iudæi faciem insiliit. Re à Magistratu cognita Paulus Form. forcipibus discerptus est, & in cineres redactus: Omnes Iudæi illius Marchiæ carceribus inclusi sunt. Burlini, ex quibus habita quæstione cum inter alia flagitia fateantur se septem Christianorum infantes acubus & punctationibus peremisse, eorum 38. (al. 40.) flammis traditi sunt, & duo qui petierunt baptizari ante mortem, capite plexi sunt. Suri. in histor. & Historia rerum memorabil. &c. conuersa à Pontano. lib. 1.

Acurius Ioseph sacerdos, Moses Monachus Diaconus, Helias Hypodiaconus è Syria ad concilium Lateranense legati mittuntur à Petro Patriarcha Maronitarum è Monasterio sanctæ Mariæ de Cambin in monte Libano anno 1515 Februar. 14. Ab his Theseus Ambrosius Albonensij regulus Iurisc. literas Syriacas didicit, à quo postea canonico D. Augustini Bononiæ illæ inter nos cæperunt propagari, Leone 10. Pontificatum administrante, quando introductionem in linguam Chaldæam, Syriacam & Armenicam euulgauit. *Ipsè Ibid.*

Sub ann. 1510. Occidentales populi per Dominicanos ex Hispania conuertuntur.

HUMANANA.

Philippus Archidux Austriæ, Caroli quinti Imp. pater an. 2. regio Hispaniæ sceptro potitur, Comitatu Flandriæ cum reliquis ditionibus regno Castiliæ vnit. Immaturo morte præreptus regnum Ferdinando 5. Catholico patri, qui se Neapolim receperat, reliquit, donec Carolus adoleuisset.

Sultanus Ægyptius ereptum sibi dolens vectigal reliquorum Christianorum Alexandriam gratia mercis Indicæ adeuntium, ad Iulium Pont. Oratorem denuntiatum misit, nisi Portugalenses abstineant, se quoque Hierosolymitanum iter prohibitorium. *Volater. libro duodecimo Geogr.*

Huius laudis æmuli Hispani sub Ferdinandi regis auspicijs duce Christoforo Columbo an. 1496. Gadibus soluunt inter Zephyrum & Austrum, & Canarias aliasque insulas deinde Orbem nouum aperiunt, non ad antæcos siue antipodas, vt Lusitani, sed ad paræcos nōstros cursum dirigentes. *Ibid.*

Baiazetes secundus Turcorum duodecimus Imperat. venenato Pharmaco, sibi iussu Selimi filij per Iudæum quendam medicum parato, interiit an. 1512. postquam Im-

1511

DECIMUM nonum Concilium œcumenicum Lateranense inditum est à Iulio Papa contra Concilium Pisanum, contra Turcos, & pro reformatione Ecclesiæ, sed ipsius morte est interruptum, & postea continuatum & absolutum à Leone 10. PP. anno 1517. 17. Calend. April. Sleid. lib. 1. & Surius. in hoc Pragmatica Sanctio factione quorundam abrogari sinuitur.

5598

perio præfuisse 31. annis, quibus Valachiam & Moncastrum (hodie Neper) ac Lithostomum oppida subegit. contra Gaitheum Sultanum Ægyptium copias misit, tunc Turci tantam ab illo Sultano stragem acceperunt, ut nullam vnquam maiorem tulerint (Venetis Lepantum antiquis Naupactum) Dirrachium & Methonem vrbes ademit: Gallos se aggressos fugauit: scdus iniit cum Venetis, quod durat in hodiernum diem: ferrum Lanceæ, quæ Christi latus aperuit, ad Innocentium 8. PP. per Mustapham Bassam Visirum dono misit. *Paulus Iouius libro de reb. Turci.*

1509. Helenæ auia Dau idis ad Emanuelem Regem Portugalliæ Matthæum Legatum cum literis mittit, opem pollicens aduersus Mammelucos & Mauros Indiæ, prout rogata fuerat à Tristane de Cugna, illius in India Prorege. Atque hinc prima Lusitanorum cum Æthiopibus coniunctio.

Selymus Campsonem Gaurum Cairi Sultanum eiusque exercitum ad Singuam occisione deleuit. Indèque Syriam, Iudæam, Atque Ægyptum victoriis pernagatus, Mammeluchorum nomen & Sultaneum Imperium euerit, Tomombeio vltimo Sultano, qui in locum Campsonis demortui tumultuariè successus fuerat, capto.

Tomombeium vltimum Ægypti Syriæque Sultanum vicit, captum, diuque in quæstione de Thesauris tortum, impositumque vili camelo & per Cairum circumductum, ad Basuelam Syriæ portam laqueo necauit, vincoque ferreo suspendit. *Iouius libro quarto virorum Illustrium.*

Ismaelem Sophum occupata Taurisio eius regia in Calderanis campis deuicit. In eo loco canceroso renum vlcere pestilenti infelicem exhaluit animam octauo Imperij anno, in quo patrem Baiazethem acie adortus opprimere cogitarat, & veneno sustulerat, postquam Acomathem & Corcuthum Germanos fratres, & septem impuberes consanguineos ad vnum omnes peremisset, dictitans nihil suauius, quam sublato omni consanguineorum metu solum regnare. *Idem lib. 5.*

Ei Solymanus successit an. 1518.

ANNO 1517. PP. promulgauit per vniuersam Christianorum ditionem remissionem omnium peccatorum iis, qui sua bona in expeditionem Turcicam erogarent quæ Cruciada vocabatur. Eius rei cura in Germania Alberto Moguntinensi Episcopo à PP. demandatur, qui elegit Ioannem Tertzellium Dominicanum: quod ita offendit Augustinianos, maxime Staupitium ordinis generalem per Germaniam genere clarum ac disertum, Martinum etiam Lutherum, ut ipse contra tales Indulgentias eodem anno sonare cœperit, fretus Frederico Saxonie Duce, quem suorum partium reddiderat. 95. propositiones edidit, quibus oppugnabat Indulgentias: contra Tertzellius alias 106. Lutheranis plane contrarias. Ex hac lite ortum illud LVTHERANÆ hæreseos incendium, quo tota penè Europa conflagrauit. *Surius in sua historia.* At Sleid. lib. 1. paulò aliter.

Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata, quæ vocantur, cum Rege Francisco agitans de nominatione Episcoporum & Abbatum specioso prætextu, ut Rex propter electionum abusus Doctorem quidem vel licentiatum Theologiæ, Iurisve canonici è celebri academia ad Episcopatum, Religiosum eiusdem ordinis, Doctorem similiter, vel certè Baccalaureum earundem faculta-

Anni
christi

Anni
mundi

225.

1513

C LEO IO. Florentinus
(Prius dictus Joannes de
Medicis.) an. 8.

1522

mens. 8.

d. 21.

Vacat m. i. d. 7.

Patriarcha.

Constantinopoli Theolypto,
deinde Ieremia an. 15.

Principibus.

Selimo 1. & Solimano eius
filio an. 46. per ordinem suc-
cessionis Turcorum Imp.

Ismaele Sophi Persarum.

5600

5609

Anni Christi.

1513

Ann
mund

5600

Maximiliano & Carolo
s. an. 39. ex ordine Occiden-
tis Imp. p.

Ludonico 12. & post eum
Francisco 1. Valefio an. 32.
Franc. Regibus.

Nabud, inde Helena Da-
uidis regis matre (iuxta
alios autem) Aethiopum regi-
na.

Ferdinando 5. cog. Carbo-
lico iterum Hispania reg. de-
inde Carolo 5. Imp. an. 39.

Henrico 8. Angliae.

Sigismundo 1. Poloniae.

Emanuele Portugalliae.

Iacobo 5. Scotiae an. 26.

tum ad Abbatiam nominare teneretur: reuera autem a-
geretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ec-
clesiam Gallicanam cernimus.

Hinc enim eius pernicies, in ea omnis generis hære-
seon, Simoniarum, Fiduciarum seminarium, scientiæ, vir-
tutis, pietatis exterminatio, regni pestis.

Ann. 1515. Concordata sunt condita 1516. decimæ fa-
cilegij species introducæ. 1517. Lutherus emerfit; paulò
post fœdus cum Turca agitatur, & magistratus omnes
vænales prostituuntur, ne quisquam bonus & doctus ad
eos possit sine numerata pecunia contendere. Bella suc-
cessio & nostris digna moribus, ad quam aliquis scilicet
Deum expectet propitium.

1516. Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis
Octaplum vtriusque Testamenti in quinque præci-
pui linguis molitus, prægustamenti loco Psalterium
emittit.

Nouum etiam Testamentum more veteris Hebrai-
ci, per versiculos distinguit, numerorumque notis diui-
dit, cum antea duntaxat distingueretur per paragraphos
literis A, B, C, &c. expressos ab Hugone Cardinali sub
ann. 1240. Quam versuum distinctionem deinceps nostri
secuti sunt.

Ioannes Eckius, Fridericus Naufca, Iacobus Lato-
mus, Sylvester Prieras, Ioan. Cochleus, Iacobus Sodole-
rus Cardinalis Huldricus

Ludouicus Berus Langdanius Anglus, Ioan. Arboreus,
Laudunensis, Ambrosius Catharinus, Thomas de Vio,
Caietanus Cardinalis, Ioan. Fischerius Rossensis Episco-
pus, & Thomas Morus eques Angli (hi duo pro tuenda
religione, & quod nolent secundas nuptias Henrici 8.
prioris viuentis, aprobare, morte obierunt an. 1535. Iodo-
cus Clætouzeus, viri doctissimi, & fidei defensores.

Martinus Ludderus siue Lutherus Saxo (ferunt eum
ex incumbendo nauis *Cochl. de acti. Luth.*) monachus Augusti-
nianus, cum suis sectatoribus hereticus pronuntiatur an-
no 1518, (alij 1520.) 6. Calend. Augusti. *Carion. lib. 3.* Anno
1520. Louanienfes & Colonienfes Theologi multos
ipsius libros dignos flammis decernunt, qui in Germa-
nia eodem anno ex mandato Imperatoris & Leonis PP.
combusti sunt. *Sleid. lib. 20.* Anno sequente Parisienfes
Theologi damnarunt hæresi eiusdem scripta: Carolus 5.
eum proseripfit. Ipse dum esset in exilio scripsit librum
de abroganda Missa priuata (ad quam cum comunione
sub vnica specie abolendam se ratiocinationibus diaboli
persuasum fuisse gloriatur in lib. de Missa angular. f. 228.
tom. 7. ad fratres suos Augustinianos Vuitembergenfes,
qui primi omnium Missas abrogarunt, quos hortatur, vt
in eo incepto etiam contra conscientia (d vox impia)
accusationem persistant, sicut & se in quibusdam fecisse
ait. *Sleid. libr. 3. Sur. in histor.* Tamen postea Lutherus fa-
ctum Augustinensium publicis concionibus reprobauit.
Suri.

Aliqui eum Antichristum esse contendunt, quod sit
caput & Patriarcha hereticorum Occidentalium, qui
se toti armarunt contra Christi doctrinam & beneficio-
rum eius memoriam. Adde ad illorum coniecturas *תלול*
Luther characteribus Hebraicis reddere numerum An-
christi 666. Apoc. 13. Ex quo apparet, vt quamuis non vi-
deatur verus Antichristus, tamen nobile proximamque
eius sit membrum, qui Mahometis veri Antichristi re-
gnum in has terras inducturus sit, quemadmodum &

eius ministros & sectatores certatim ad Mahometismum quotidie deficere (prò dolor) cernimus.

Omnes in regno Granatæ aut Christiani fieri, aut regno exire coguntur. Regnum Magnicongo in Africa, Regi Lusitanæ fœderatum, fidem Christi suscipit. *(contin. Palmer.)*

1519. Ulrichus Zuinglius cœpit Tiguri oppugnare Indulgentias, & postea an. 1524. Berengarij hæresim refricare vna cum Oecolampadio propositis 47. articulis suæ doctrinæ, (*Surius Sleid. lib. 1.*) cuius probationes, saltem quantum ad præcipuū caput, de Cœna, in somniis à quodā monitore spiritu (atérne an albus fuerit ignorat) Idib. April. se accepisse gloriatur, in lib. Subsidijs de Eucharist. Tum Vuormaciæ conuentum egit Carolus, in quo Lutherus ob res belli opinione turbatas, se suamque doctrinam palam defendit.

1521. Ignatius Loyola Hispanus societatis Iesu fratribus initium dedit. Decem alios sibi adiunxit, quibus comitatus Lutetia Romam, obtinuit ann. 1540. vt suæ religionis institutum à Pont. confirmaretur. Ex iis primus Franciscus Xauierius ad Indos mittitur, principio an. 1541. tanto Dei numine, vt socij deinceps consecuti multa & præclara pro religionis incremento gesserint, quotidieque gerant. Superiore ab ineunte societate, anno. i. 1520. Lutherus à Pont. declaratus fuerat hæreticus. Nempe, quo ~~tempore~~ ad ~~directam~~ aliquos erigit, Deus alios ad ædificandum excitat. * *De eodem, ac socijs plura leges ca. 42. lib. 8. chronicor. ecclesie & monarch. Sebastiani Verronij.*

1520. Viuebat Abuna Marcus, summus Æthiopum in regno presbyteri Ioannis Patriarcha, annum agens centesimum quinquagesimum, vegeto adhuc animo & corpore. *Aluarezius in sua legatione Æthiopica.*

H V M A N A.

Emanuel Portugalliæ rex ad extendendam subactæ à se Indiæ laudem Leoni pontifici suæ victoriæ trophæa, Elephantum aurea instratum stragula & turrito ephippio Indos homines gestantem, passus ad modulos tibiarum temperantem, Principem, hominésque augustiore habitu, certo gestu venerantem, per Tristanum Acunium Lusitanum dono misit. Addiderat Rhinocerotem Elephanto paulò humiliorem, longitudine parem, sed in Ligusticis scopulismersus est. *Iou. libr. 4. viorum Illustrum.*

Florentini, qui intestinis discordiis ferè continenter per an. 300. laborauerant, tanta quidem rabie, vt modo Patricios, modo Populares alternante victoria è ciuitate in exilium expellerent, læuis cœdibus integras sæpe familias deleterent, armis Cæsarianis oppressi, Dominum sibi imponi passi sunt, Alexandro Duci, qui mox interfectus est à Laurentio cognato, primum obtemperantes ea lege, vt hæc dignitas ad liberos eius pertineret, atque his deficientibus ad eius cognationis proximos.

Senenses & ipsi seditiosissimi aliquot post annos eandem formam seclerunt.

An. 1514. Muleamethes, cui Scitiffio q. magno sacerdoti cognomen erat, ex Eremita & concionatore ad regna Fessæ & Marochi peruenit, religionis nouæ auctoritate & armorum gloria florens. Ita Africam miscuit, vt coacta multitudine in Lybiæ & Aegypti interiora penetrans, tribus annis obtinuerit præter superiora duo, regna Tremissæ, Daræ, Taphiletæ, Suæ, quæ 43. annis te-

nuit,

Anni
Christi.

1513

Anni
mundi

5600

1522

5609

Ani
christi.

1513

Ani
mund

5600

nuit, venando à stipatoribus corporis senex admodum interfectus sub. an. 1557. *Iovius lib. 7. vir. Illust.*

Huius Eremitæ initia attingit Ioannes Leo in descri-
pt. Africæ, qui cum eo versatum se per tres dies scribit.

Eius filius Abdala post, Marochi regnat. Eodem tem-
pore & spiritu Lutherus de ordine Eremitarum August.
cepit tale quid moliri in Europa, sed ad tantam felici-
tatem peruenire non potuit, etiam si Cardinalatum, in-
deque Papatum animo fuisset complexus.

An. 1515. 1. die Ianuarij Ludouicus 12. Gallia Rex mor-
tuus. Nam cum tota Italia exclusus, ingrauescente iam æ-
tate masculum hæredem ex se genitum sibi deesse dole-
ret, mortua paulò ante Anna Britanna vxore ex qua duas
tantum filias susceperat, serò de nouis nuptiis cepit co-
gitare. Itaque pace cum Anglo facta, qui Taruenna, &
Tornaco captis iam formidabilis toti Franciæ esse cœ-
perat, & placatis Heluetiis, qui numero cum exercitu
Diuionem obsederant, vixque tandem vel amplissimis
conditionibus à Tremolio propositis adduci potuerant,
vt ab incepto desisteret, sororem Angli præstanti forma
Virginem in vxorem duxit. Cum qua nullo ætatis res-
pectu, dum recenti amori licetius indulget, debilis & ef-
fectus senex in febrem grauissimam incidit, ex qua pau-
cos post dies mortuus est calend. Ian. anno huius sæculi
15. Princeps Iusti cognomentum à Fr. Guicciardino meri-
tus, & populis suis carissimus. Cuius adeo sancta & vene-
rabilis etiam nunc Inter Gallos memoria viget, vt quo-
ties in consistorio Principis, in regni Curijs, & Comi-
tijs de optimo regimine, & rebus in meliorem statum re-
ducendis agitur, toties Ludouici temporum, & ordinis
qui tunc sub eo in publica regni administratione serua-
batur, honorifica mentio habeatur. *Jac. Augustinus Thua-
nus histor. sui tempor. parte 1. lib. 1.*

Franciscus Valefius Dux Engolismensium literarum
instaurator. Rex Francorum inauguratur die 10. Ianuar
anno 1515. quo quidem Mart. Lutherus scribit contra in-
dulgentias, Sequenti an. expeditione in Mediolanum
suscepta ad 15. horas cum Heluetiis pugnans victor eua-
dit, Mediolanum recepit, fœdus cum Heluetiis inuit cer-
ta, pecuniæ, quæ singulis annis illis pensatur pactione-
cum Leone PP. conciliatur: ius creandorum Præsulum
conuentibus Sacerdotum & Monachorum adimit & si-
bi vendicat. *Tili.*

Henricus 8. Anglorum Rex, quod librum plenum, pie-
tatis & eruditionis contra Lutherum scripsisset, meruit ti-
tulum DEFENSORIS FIDEI, sibi & suis posteris à
Leone Pontifice concessum. *Sieid. lib. 3. Georgius Lilius in
Chron. Anglor.*

Ferdinandus Hispaniæ Rex nullo meliore iure, quam
quod sibi utile & comodum esset, Regnum Nauarræ,
expulso Ioanne Albreto occupat anno 1517. *Ioan. Tili.*
Et regnis Castiliæ sociat. Ioanni autem Albreto siue La-
briensi regnum venerat è Catharina Foissea hærede. Pau-
lò aliter rem narrat Guichardinus historiarum sui tem-
poris lib. 11.

Ex Arragoniis tandem potitus nuptiis Isabellæ Casti-
liæ reginæ, deinde regno Granatensi, pulsas Saracenis siue
Mauris, qui id tenebant annos plus 780. decennali bello
vniuersæ Hispaniæ vires obtinuit, Lusitanis exceptis, quæ
cum Iohanna filia, nuptiis, postea transferunt ad Philip-
pum Austriacum Maximiliani Imp. filium, Caroli 5. &
Ferdinandi Imp. patrem. Indæros seверо Edicto able

1512

5609

gavit. Punicas vrbes à Syrtibus ad Herculis columnas vi cepit. nouum orbem ac inauditū immenso & insuperabili Oceano mira fœlicitate perdomito tot auitis regnis adiecit, vt regū huius memoriæ maximus haberi possit.

Eo tamen deserto, quod parum esset liberalis, Hispani Philippum Maximiliani Cæsaris filium, qui in Hispaniam nauigauerat ad eundem Isabellæ socrus Regnum recipiunt, antepōnentes alienigenam principem indigenæ generum socero, nouum regem iuuenem seni. qua re Ferdinandus offensus Neapolim nauigauit, Nec multo post, vbi oborta febre Philippus interisset, rebus compositis ad sua regna rediit.

Eo defuncto Carolus 5. postea Imp. regnis Castellæ, Legionis, Arragoniæ, Nauarræ, Valentia, Granatæ, & reliquis potitus est.

Hispania cum primum paruit Austriis Dominis & Belgis præfectis, magnis motibus agitata est. Belgas enim perosi Hispani rebellarunt. Quam defectionem & prælia multa & incendia vrbiū & damna prouinciarum fecuta sunt, nec cessarunt, nisi externo milite conspecto.

Anno 1516. abrogata est in Galliis Pragmatica sanctio, & Concordata (vt vocant) substituuntur, fremente vniuerso clero, Scholasticis, populo, bonis denique & doctis omnibus. Ioan. Tili. Carion lib. 3. Vnde & hæc iactabantur.

Prata vorat mulier, frendens leo rodit utrumque.

Prata, leo, Mulier, sulphuris antra petant.

Prata, leo, consorte carent, Mulierque marito.

Connubio hos iungas, Cerberus alter erunt.

Nam Leo Pontif. Regina mater, & Cancellarius à Prato huius facinoris habebantur auctores.

An. 1517. Elias Leuita Iudæus Grammaticorum Hebraicorum summus & facillimus, suæ linguæ discendæ. Christianis Romæ, Venetiis, & alibi in Italia, in quam è Germania venerat, copiam facit, ob quam rem magnas à reliquis Iudæis calumnias & odia sustinuit. Ipse passim Egidius Cardinalis Eliæ studiosus hebraicatur.

R. Abraham de Balmis, qui Grammaticam scripsit Venetiis, R. Iacob filius Salomonis, qui collectanea è Thalmud Constantinopoli medici,

Ann. 1519. quo Carolus 5. Imperium suscepit, quatuor post Francisci Reg. inaugurationem, vno ante Solimani Turcæ principatum ad 4. Non. Iul. cœpta est disputatio Lipsica in aula Georgij Ducis Saxonie inter Ioan. Eckium, Lutherum, & Andream Carolostadium, in qua Lutherus iracundus, admonitus vt sedatè se gereret, Neque (respondit ille) propter Deum hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur. Durauit illud colloquium 11. dies. *Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano, lib. 1. Surius in sua hist. & multi alij.*

1521. cœpit bellum funestissimum inter Carolum Imperatorem & Franciscum Francorum Regem. Durauit. 38. an.

Cum quartum iam mensem Ticinum Franc. obsedisset, pugnavit cum Cæsarianis & captus est. an. 1525. Quæ Cæsar Carolus 5. anno proximo in Fraciā remiit, duobus eius filiis obsidibus receptis, quos redemit Pater vicies centenis millibus nummum aureorum.

Selimus Turcorum 13. Imperator, postquam delato Sophi Persidis, & Capfone ac Tomombeo duobus, per ordinem, Ægypti Sultanis in prælio cæsis, suo imperio adiecisset Syriam Ægyptum & Arabiam, obiit an.

Anni
Christi.

1513

CONCILIUM Lateranum
an. 1517. absoluitur 17. Cal. April. in
quo decretum fuerat bellum gerendū
cū Turca, vt communi hoste (qui Sy-
ria & Ægyptū proxime suo Imperio
adiecerat, Solimano victo) depositis do-
mesticis armis, pœna instituta iis, qui
pacem vel Inducias infringent: quæ
societatem, fraternitatem sancta Cru-
ciade vocarunt, decretis ieiunij, sup-
plicationibus, elemosynis, pauperum
donatiuis per totam Europam nostrā
& stipendio militum, ceteraque pecu-
nia decreta ad octagies centena mil-
lia, cui duces præpositi fuerunt Ma-
ximilianus Cæsar, & Franciscus Rex
Gallia. Sed mors Maximilianæ inse-
quuta, & religionis per Lutherū per-
urbatio, hanc tam salutarem Socie-
tatē diremit. Hac Ian. Sturmius Lu-
theranus Præfatione in Psalmos Con-
radi Heselachij.

Anni christi.	226.	Anni mundi	Christi millesimo quingentesimo vigesimo & sui Imperij octavo proficiscēs Adrianopolim in eo vico. Chiotlico nempe, in quo anno antè decimo, cum Baiazete Patre ausus fuerat bellum committere, <i>Paulus Iovius libro de rebus Turcicis.</i>
1522	d ADRIANVS 6. Ba- tauus Traiectensis, an.1. menf.8. dies 6.	5609	1516. Turci Syria Aegyptóque subacta templum S. Ioannis Baptistæ Damasci occuparunt.
1523	Vacat m.2.d.4. <i>Patriarcha.</i>	5610	d V I R. doctissimus, & moderatæ vitæ, olim Theologus Louaniensis, præceptor Caroli quinti Imperatoris, & nomen, quod antea habebat, retinuit, multa scripsit.
	<i>Constantinopoli Ieremia.</i>		Iniquior fuit poëtis: id nominis nihil aliud præ se ferre arbitratus, quàm vel impietatem, vel lasciuiam.
	<i>Principibus.</i>		Cum apud eum Erasimus accusaretur, respondit, Se non bonas literas persequi, verùm impias hæreses.
	<i>Solimano Turcor. 14. Imp.</i>		Sanctus Pagninus Dominicanus, contionator Apostolicus, secundus Latinorum post Reuchlinum Lexicó Hebraicum edidit, tanta eruditione refertum, vt etiam Rabbinos in eo argumenti genere vicerit, & reliquos à præstantiore conficiendo deterruerit.
	<i>Issmaele Persarum.</i>		Munsterus aliquot annis post illud in breuius contraxit.
	<i>Carolo 5. Occid. Imperatore & Hispaniæ reg.</i>		Seditio Vuitembergensis propter Carolo stadium, qui concitarat plebem ad Imagines sanctorum è templis eiciendas, cui conatui restitit Lutherus. <i>Sleidanus libro tertio.</i>
	<i>Francisco 1. Valesio Fran- corum Reg.</i>		Cœpit clā gliscere secta Anabaptistarum in Saxoniæ partibus: eorum opinioni subscribebat Carolo stadium, vt aiunt Lutherus, <i>Sleid. lib. 3. & 5. & Melanchthon in comment. ad Colof.</i>
	<i>Lebnaddenghel Dauide Aethiopiæ an. 36. cum matre Helena.</i>		H V M A N A.
	<i>Henrico 8. Anglorum.</i>		Solymanus Turca urbem Belgradum, Hungariæ propugnaculum, anno regni tertio, sub 1522. & 1524. Rhodum insulam 7. mense obsidionis cœpit. <i>Sleidanus lib. 3. Sarius in histor. & Paulus Iovius.</i>
	<i>Sigismundo 1. Polonorum.</i>		Mustapham filium maiorem per speciem colloquij euocatum in conspectu suo stranguari fecit, Baiazethem alterum filium, qui contra alium F. Selimum de Imperio decertans in media Asia & victus in Persiam fugerat, à Sophi Tamma, post multas legationes vltro citroque missas postliminio redditu, exemplo cum tribus filiis in ipsius Imperij aditu, interfici iussit.
	<i>Emanuele, deinde Ioanne 3. Portugalliæ an. 36.</i>		Ludouicum regem Vngariæ vicit, Budam in deditio- nem accepit, Viennam, sed frustra, oppugnauit. Corcy. ram inuasit, Melitam tentauit. Tandem Sigetum Vngariæ oppugnans, moritur anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto.
	<i>Iacobo 5. Scotiæ.</i>		Ismaeli Sophi, qui cum Selimo conflixit anno 1515. successit Tammis, qui cum Solymano bella gessit. Postremo Cafulas, ad quem ante 20. ann. Solymani F. confugit.
			1522. Victoria vnica è quinque Magellani nauibus, nauarcho Ioan. Sebastiano in Hispaniam rediit confecta duobus annis, totius Oceani nauigatione per fretum Magellanicum tunc primùm inuentum.
			Dauid Aethiopum Rex ad Emanuelem Regem Portugalliæ, legatum misit Matthiam. Inde Zagazabo, qui scripto explicatam reliquit suæ gentis fidem, è qua liquet Ecclesiæ illius cum nostra maximus consensus. Hoc scriptum Damianus Goës in Latinum vertit.

An. 1523. Emanuel Rex Portug. regni 26. moritur, qui Atnuzium Arabiæ partem, Indiam Indo & Gange fluuiis definitam. eam etiam, quæ ultra Gangem est, extremâque Orientis solis regiones suo Imperio adicit, & terras incognitas per suos perlustrauit. *Oforius libr. 12. de eius reb.*

Ad eas victorias potissimum vsus est ductu Vasca Gauez, Odoardi Paciei, Francisci Almeida, & Alphonsi Alburquetij. *Ibid.*

Indi indignantes Lusitanos ab extremo Solis occasu ad se profectos, Oceanumque Atlanticum & Aethiopicum præteruestos, vsque ad auream Chersonesum & Cathainum Sinarum regionem (quod spatium est ferè sex millium leucarum) sibi iura dare & excitatis arcibus Calecuthæ, Cananoræ & aliis celeberrimis aromatum, vnionumque emporiis sedes posuisse, adeptos dominatum maris Arabici, Persici, Indici, sociarunt vires ad illos inde pellendos. Quibus accesserunt Turcæ, sed neutris hic conatus prosperè cessit, quin potius maioribus rebus principum dedit, Deo in ortu Solis cupiente Ecclesiæ suæ firmum statum dare, quando in occasu sensim perit.

Solymanus Eunuchus Bassa præfectus classis Turcæ, quæ ad oppugnandos Lusitanos in Indiam mittebatur, cum magnis viribus Diuim urbem, quæ illorum præfidiis firmabatur, frustra oppugnasset, Ademum fœlicis Arabiæ oppidum proficiscitur, vbi Ademanum Regem sub fide ad se vocatum, in antenna prætoriarum tritremis laqueo suspendit. Eiusque Gaza omni surrepta, urbem lapideo muro munitissimam occupat. Pari sæuitia ad Zidam portum Zibitinum regem sumptuosius muneribus gratiam eius appetentem interfecit, præfidiis eius aulæ omnibus sub fide immaniter trucidatis.

Ioannes Stophlerinus Astronomus, Andreas Alciatus Iurisconsultus Bilibaldus Pirkaimerus Noribergensis.

Chrysoloræ, qui primus literas Græcas Florentiam Cosmo Mediceo Florentino duce attulit, discipulus Tifernas in Franciam venit. Budæumque literas Græcas docuit. Deinde Ianus Lascaris mortuo Laurentio Mediceo Meccenate suo, atque inde literatura Græca, deserta Italia, ad nos migravit.

Lascari & Budæo auctoribus Franc. primus Bibliothecam Fontanableam instruxit, indeque an. 1530. Linguarum & Mathematicum professores. Nam cæteri sunt adscriptitij.

Ann. 1522. Christernus rex Daniæ ab Ecclesia deficit. Tribus regnis propter crudelitatem exactus in carcere miser cōsenuit & mortuus est. Nam eiectus à suis à Christiano Friderici, qui regnorum Daniæ & Noruegiæ curam susceperat, filio in eius locū suffecto, perpetuis vinculis catenis an. 1531. tanquam indomita bellua, clatrata in cauea ad mortem vsque seruatus est. *Iouius libro 7. vir. Illust.*

Eius cum Stenone Sueno bellum crudele, quale est hæreticorum ingenium, describit Zieglerus in sua Geogr. & Ioan. Mag. in hist. Sueuorum.

Suetia primum experta crudelitatem istius, demum Gunstanum nouum hominem regnare patitur. Cuius filij Erricus & Ioan. male concordés alternante fortuna in se sæuerunt. Nam Erricus maior fratrem nihil tale suspi-

Anni christi.

1522

Anni mundi.

5670

1523

5671

Anni
Christi

1523

1534

Anni
mundi

5610

5621

227.
e CLEMENS 7. Florē-
tinus è familia Medicea
an. IO.
mens.10. dies 8.
Vacat dies 16.

Patriarcha.
Constantinopoli Ieremia.

Principibus.

Solimano Turcor. Imp. 14.

Ismaele Sophi Persarū,
deinde Tamma an. 42.

Carolo 5. Occid. Imperato-
re & Hispaniæ reg.

Francisco 1. Valesio Fran-
corum Reg.

Lebnaddenghel Dauide
Aethiopiae an. 36. cum matre
Helena.

Henrico 8. Angliæ.

Sigismundo 1. Poloniae.

Ioanne 3. Portugalliae.

Iacobo 5. Scotiae.

cantem in custodiam tradidit, è qua emissus Ericum vi-
cissim inclusit. *Ioan. Magnus.*

e A D Clementem 7. an. 1524. Helena auia & David
Aethiopiae Imp. literas & legatos mittunt obedientiam
pollicentes, benedictionem & communionem Apo-
stolicam deprecantes. Eas Latinas fecit Paulus Iouius, & in
suum librum de Fide & moribus Aethiopum retulit Da-
mianus Goes eques Lusitanus Legatorum præcipuus
erat Zaga Zabo. Elias Leuites in lib. Bahur se cum eis
contulisse narrat.

Ad Emanuelem & Ioannem Lusitaniae Reges ijdem
literas & legatos mittunt, ad foedus & amicitiam, confir-
mandam, quam Emanuel per Aluaresium & eius comi-
tes postulauerat. *Ibid. & Aluaresio, qui historiam Aethiopi-
cam descripsit.*

1524. secta Lutheranorum coepit diuidi in Zuinglia-
nos, qui tropum in verbis Sacramenti Eucharistiae in-
ducunt; Caroloostadianos, qui particulam, H O C, in ver-
bis coenae, Christum ipsum mensae assidentem monstrare
dicunt, (hanc opinionem amplexati sunt Anabaptistae)
& Lutheranos qui *in, cum, vel sub pane* Corpus Christi
esse asserunt. *Surius in histor. Lauaterus in histor. controuersia
Sacrament.*

Anno millesimo quingentesimo vicesimo quinto Ca-
roloostadius Archidiaconus Vuitembergensis, qui paulo
ante primus omnium sacerdotum nostri saeculi uxorem
duxerat Vuitembergæ, opera & studio Lutheri è tota
Saxoniae Ducis ditione profligatur. *Surius. Sleidanus libro
quinto.*

Rusticanum bellum perniciosissimum & saeuissimum
contra Clerum, Principes & Magistratus initum, pretextu
libertatis Euangelicae, coepit aduersus Comitem Lu-
phium Sueuum anno 1524. Mense Nouembri. Serpsit
per totam ferè Germaniam, Alsatiam & Sueniam anno
1525. quo Thomas Muncerus siue Monetanus, Caele-
stium Prophetarum haeresiarcha, infinitam turbam rusti-
corum ad seditiones concitauit, qui 200. arces & mona-
steria in vna Franconia incenderunt: quique ad 130. mil-
lia (alij 150. millia, vt est in vita Clementis PP.) in acie
cecidere. Hic fuit exitus belli Rusticani, quod intra
vnum mensem Maium maiores caedes & vastitates attru-
lit Germaniae superiori, quam bellum decennale Hispano-
rum & Gallorum per id tempus Italiae. *Sleid. lib. 4. &
Sur. in hist.*

Bernardus Luttembergus Franciscus Titelmanus mi-
norita Louaniensis, Ioannes Faber Viennensis Episcopus,
Laurentius Campegius Cardinalis, Thomas Murnerus,
si dei propugnatores inuictissimi.

1525 Lutherus ducit in uxorem Catharinam Boram
sanctimoniale olim virginem. *Sleidanus libro quinto Sur.
in hist.*

1527. secta Anabaptistarum vigere coepit. *Sleidanus
libro sexto.* Eorum auctor variè refertur: alij volunt
esse Thomam Muncerum, vt Sleid. libro decimo: alij, vt
Eckius contra confessionem Zuinglij, Baltazarem Paci-
montanum, alij, vt Erasmus Alberus, Caroloostadium,
alij, vt Antonius Coruinus, Zuinglium, alij, vt Staphy-
lus, Bernardum Rotmam, alij, vt Lind. Nicolaum Stol-
kium, ipse à Lut hero originem trahere gloriantur, ob
eius epistolam ad Vualdenses, in qua ait melius esse
omittere baptismum, quam pueros sine fide. i. non cre-
dentes baptizare.

Tunc quidam Anabaptista Sangalli oppido Heluetiorum fratri suo germano caput præcidit, præfente vtroque parente, quibus persuasit (ô cæcitas!) id sibi diuinitus imperatum, sed à magistratu comprehensus eandem pœnam & ipse luit. *Sleid. lib. 6. Sur. in histor. Gilbert. Cognat. in narrat. tragica.*

Hoc ipso anno decreta fuit apud Bernates Heluetios valde perniciofa disputatio Catholicorum cum Zuinglianis, sed nullus Catholicorum voluit adesse (quod Senatus Bernensis leges disputationis ipsis iniquas præscripsisset) præter Conradum Tregerum prouincialem Augustinianum. Finita disputatione an. 1528. 7. Cal. Ianuar. mox apud illos & aliquot vicinos inter quos numerantur Geneuenses, Missæ, aræ, & imagines deturbatæ & deiectæ fuerunt. Dies & annus abolitæ antiquæ Catholicæ religionis aureis literis in columna inscriptus est, vt testimonium apud posteros extaret sempiternum. *Surius in hist. Sleid. lib. 6.*

1528. Disputatio Bernæ Heluetiorum de Eucharistia, postquam planè deteriores euaserunt amplexo Caluinismo.

Eodem anno 1528. acta fuerunt comitia Imperij Spiræ multis de causis, maxime de expeditione contra Turcos, & pace religionis. Tunc natum est Protestantium nomē, eorum, qui Protestantes se quibusdam decretis eius conuentus salua conscientia, subscribere non posse, prouocarunt ad Imperatorem, *Sleidanus libro sexto: Surius in Hist.*

Eodem anno iussu Philippi Hassiæ Landgrauij sic conuentus Marpurgensis, vt Lutherani & Zuingliani inter se agerent de concordia religionis: sed cum decreuissent vt à scriptis famosissimis vtrinque abstinere (quod Melanchthon violauit anno proximo) re infecta discessit, Lutherus recusante Zuinglianos fratrum loco habere, licet plurimum hortaretur Landgravius, & Zuinglius palam cum lachrymis coram Landgrauio & omnibus rogaret, vt saltem frater appellaretur à Lutheranis, ex *Lutheri scriptis. Brennius in append. & Surius in hist.*

Mox mense octobri eodem alteram disputationem instituerunt Suabachi: sed cum inter se conuenire non possent de cœna Domini tertium colloquium indicunt, Smalcediæ ad idus Decembris (alij ad mens. Nouembris) sed nihil ad concordiam confici potuit, quam tamen plerique eorum optabant, vt facilius suas vires contra Imperatorem & Principes coniungerent. *Surius in histor. Lauatherus in histor. controuersie sacramentariae. Sleidanus libro sexto & septimo.*

Anno 1530. comitia Imperij Augustana celeberrima præfente Carolo quinto Imp. in quibus Lutherani protestantes dicti, suam confessionem (quam Melanchtho composuerat) lingua Latina & Germanicâ scriptam obtulerunt, quam licet postea sæpe auctam, emendatam & adulteratam, multi Lutheranorum tanti faciunt, vt malint de Pauli (ait Ioannes à Losco in Epistola ad Regem Poloniæ) quam de ipsius doctrina dubitare. Zuinglianorum etiam quatuor vrbes, Argentoratum, Constantia, Meminga, Lindauium suam confessionem ab altera longè diuersam, in eo conuentu exhibuerunt. *Surius in hist. Sleid. lib. 7. Lauatherus in historia controuersie Sacramentariae.*

1531. 5. Idus Octob. an. ætatis suæ 48. Zuinglius occubuit in prælio, quod Catholici (qui tamen erant nu-

Anni
christi.

1523

1534

Anni
mundi.

5610

5621

Anni
Christi

1527

CONCIL. Senonense provin-
ciale ad reformationem morum & con-
tra hereses. Finitur anno 1528. Tom.
4. Concil.

Ratisbonense ad reformandum cle-
rum Germania.

Hildemense.

Ann
mundi

5614

mero & apparatu bellico inferiores) Quinq; pagici Hel-
uetij, contra Zuinglianos Tigurinos & eorum socios ge-
rebant: eius cadaver postea exustum est. *Steid. lib. 8. Su-
rius in histor.* Hinc illud cuiusdam. *Occubuit Patrio bellator
Zuinglius ense, & pressa est armis gens populosa suis.*

Heluetij asperi montanique homines, soliti alijs dissi-
dentibus mercenaria auxilio submittere, inter se de re-
ligione acriter dimicant, ex vno fœdere, quo prius 13.
pagi deuinciebantur, duo facientes.

Mense Nouembri proximo (alij aiunt triduo post
mortem Zuinglij) obiit Oecolampadius, siue ab vxore
in lecto extinctus, vt quidam aiunt, siue ignitis Sathane
telis & hastis confossus, vt scribit Lutherus lib. de Missa
priuata, siue iuxta alios sui ipsius suorunq; manibus
clàm peremptus. *Lind. Dialog. 3. dubia.* Zuinglio successit
Bullingerus, Oecolampadio Osualsus Myconius.

1534. Henricus 8. Anglus ab Ecclesia deficit, an. seq.
Thomam Morum, & Roffensem Episc. viros pios & do-
ctos securi percutit.

Eodem coacta est Synodus (sic ipsi vocabant) Con-
stantiensis auctore Buccero, inter Lutheranos & Zuing-
lianos, in qua frustra laboratum est de concordia & pa-
ce. *Lauter.*

Tum Anabaptistæ, Monasterium vrbein Vuestpha-
liæ occupant. Nouam Hierusalem nominant, quam tan-
dem amittunt in natali S. Ioan. Baptistæ opera Episco-
porum & Frederici Saxonis, qui Iohannem Lapidanum
Sartorem illorum ducem, quem regem Israël & Sion
appellabant, in spectaculum caueæ ferreæ inclusit, atque
e turtis B. Lamberti fastigio suspensum inedia peremit,
Pet. Apianus 2. parte Cosmog.

Anabaptistæ Monasterienses an. 1535. vi homines ad
suam hæresim compellentes, Ioannem de Leidem sartorem
Regem eligunt, Clerum & Magistratus pellunt.
Tandem sumptu & opera Episcoporum, & Ioannis Fri-
derici Saxonis electoris extirpantur. *Steid. lib. 10. Suri. in
histor.*

Ordo Sodalitatis diui amoris siue Theatinorum (po-
stea hoc nomen sortiti à Petro Carapha, qui factus PP.
dictus est Paulus quartus Episcopo Theatino eam viuendi
rationem suscipiente) initium Romæ accepit. *Diegho.
lib. 1. orthodoxarum explanationum.*

HUMANÆ.

Basilii Moscorum princeps, licet Græcos ritus se-
quatur, Demetrium Legatum ad Clementem. Pont. ini-
sit, vt ex principe adoptaretur in regem, quod pauld an-
te per legatos suos, cum Maximiliano Cæs. tractauerat,
Iouius lib. 6. vvor. Illustr.

Eum Mahometes & Abta germani fratres Tartari,
quorum ille regnabat in Taurica, hic ad Citracam Volgæ
in Hyrcanum erumpentis Emporium illd redegerunt, vt
per Sygrapham Mahometi se perpetud tributarium
profiteretur. *Ibid.*

Ioannes & Olaus Magni Gotthi fratres, Paulus Iouius
historici. E quibus hic historiam omnium penè populorum
sui temporis ab an. 1494. vsque ad 1540. scribit. Illi
de populis Septentrionalibus.

Franciscus Alumnus Symbolum Apostolorum, &
initium Euangelij Ioannis, quod à sacro recitatur, in de-
narioli spatio, siue notis scripsit, stupentibus Imper. Ca-

1534

5621

rolo & Clemente Pontifice. *Petrus Aretinus*. Sic *Uliadem* Homeri nucis putamini inclusam yidisse Ciceronem tradunt *Plinius lib. 7. & Solinus*.

1526. Fœdus Mediolanensium, Gallorum, Anglorum, Venetorum, omniumque Longobardiarum ciuitatum contra Carolum Imp.

Interfecto Ludouico rege Vngariarum & Boemiarum à Turcis, Ferdinandus Romanorum Rex utriusque regnum consequitur, ob Annæ Ludouici regis sororis coniugium.

* *De clade ingentium accepta in Campo Mohatz scripsere Stephanus Brodericus, Paulus Iouius. Et Ioachimus Camerarius. Vnde de Nicol. Reusneri narrationes illustres verum memorabilium in Pannonia sub Turcarum Imperatoribus gestarum, Francofurti excusas in 4. an. 1603.*

Sigisfrundus Pol. Dantiscum venit, hæreticos punit, Catholicos restituit.

1527. Roma ab exercitu Caroli Imp. Duce Carolo Borbonio capta, direpta, incensa. *Eug. in 8. Genes.*

1529. Sudor Anglicus exoritur, morbus antè incognitus, prænunciatus hæreticæ pestis, quæ illum pop. erat infectura duobus post annis.

* 26. Septemb. Vienna Austriarum obsessa est à Sultano Solymano maximo cum exercitu pedestribus equestribusque copiis, aqua terraque illustrissimis, & incredibili omnium rerum quas belli usus exigit apparatu, ut ex ædificiis Diui Stephani, elegantis, vetusti ac rari operis pyramide, vnde longissime prospectus patet, humani oculi acies, exercitus magnitudinem comprehendere, metiri nequiverit. Ad 10. millia passuum densa tentoria circiter 25. millia numero posita tenebant. Tamen summi Dei benignitate, & Christianorum virtute Ducum fortiter repulsus est, & fugienti similis ad Albam usque properauit. *Nicol. Reusnerus in narrationibus historicis rerum Turcicarum.*

1530. Florentia ab exercitu Imp. & Pontificis vi, fameque expugnatur.

Eodem Francisc. i. Franc. Rex Guilielmo Budæo & Ioanne Belaio hortentibus, ad addendum Colophonem iis, quæ in Parisiensi Academia desiderabantur, destinato singulis aureorum ducentorum honorario, Regios linguarum professores instituit. Hebraicè quidem Franciscum Vatablum: Græcæ autem Petrum Danesium Parisiensem, Postea Episcopum Vautensem. Quibus duobus continuo addidit Iacobum Tusanum Græcæ, Agathium Guidacerium Hebraicæ doctorem. Aliquantò post duos in Mathematicis Orontium Finæum & Ioan. Martinum Poblacionem. Denique auctore Petro Castellano Anagnoste suo alios in literis Latinis, Medicina, Philosophia adiunxit. *Carion. lib. 3. Ioan. Til. in Chron.*

Solymanus Turcor. Imperator. ann. 1526. Vngariam igne & ferro vastat, Budam diripit, Ludouico Rege Vngariarum cum exercitu cæso, Viennam obsidet. Idem postea an. 1532. alteram faciens irruptionem in Vngariam & Austriam, per 20. dies oppidulum Huns (iam à Turcis 13. pugnatum) frustra obsidet. *Iouius lib. 23. & 28. Carion. lib. 3.*

Turci non procul à Neapoli Austriarum ceduntur, duce Sebastiano Sterlino. Mare exundat in Hollandiam Frisiam, Zelandiam, &c. Sophus duplici clade Turcos afficit.

1534. Barbarossa Turcæ pirata regnum Tuneti occupat in Africa. Vnde secuta expeditio Caroli quinti in Africa ad regem Muleassem, qui ad se confugerat restituendum.

Anni
christi.

1523

Anni
mundi.

5670

1534

5671

Anni
Christi

Anni
mundi

Catharina ex iunioribus Laurentio Medice, neptis Pontificis, despondetur Henrico Valesio secundo regis filio, apud Massiliam urbem anno 1513. Interfuit nuptijs Clemens PP. Præter materna oppida in Aruernis, 100. millia aureorum cum vniouibus, multisque geminis & preciosa supellectile, dotis nomine Henrico accesserunt. *Surus in histqr. Sleid. lib. 9.*

Ferdinandus Cortesius post Columbum Ligurem, primus ab ultimo insulæ Cubæ promontorio sub Cancrici tropico ad Peruanam & Cuscana regna aurifera peruenit, & cuidam regulo auxiliaria arma iungens, Mutezumam potentissimum inter Mexicanos regem in Temistitana urbe inter Tropicum Cancrici & Æquatorē regnantem domuit, dum Barbari equitum conspectum & tormentorum bombum horrent. Eique mortuo, suffragiis multorum regulorum succedens est eo titulo, ut Cæsaris supremi Imperatoris se vices gerere profiteretur. *Iouius lib. 6. vir. illust.*

Ibi Deo, Christo, & Virgini aras extruxit & Baptistarium condidit, ad quod tincti sunt infiniti, aduenas Hispanos non homines, sed Deos arbitrati. Quin & duos illustres gentis proceres publico decreto instructo legatione ad Cæsarem in Hispaniam atque inde ad Clementem Romam miserunt, qui omnium nomine obedientiam pollicerentur. Quos Clemens cum multis muneribus ad suos remisit cum Antonio Mendocio, quem Corrosio successorem Cæsar destinauerat. *Idem, qui & eos se Roma vidisse scribit.*

Hoc Pontifice Orientales populi per Iesuitas Franciscanos e Lusitania conuertuntur. Ed enim nauigant e Iesuitis an. 1541. primus omnium Franciscus Xauiar Nauarretus, vsque ad an. 1552. quo est mortuus, deinde Simon Rodericus.

Sacramentariorum siue Zuinglianorum secta in Gallia innotescit anno 1534. 15. Calend. Nouemb. sparsis passim & affixis in aula Regia Lutetiæ famosis libellis contra Eucharistiæ sacramentum. *Iean. Til.* Vnde grauitur animaduersum est in hæreticos.

E tribus præcipuis sectis Lutheranorum Zuinglianorum, & Anabaptistarum, Calvinistæ noui sacramentarij, Antinomi, Stancatiani, Seruetiani, Suencfeldiani, Glâcularij, vulgò fratres Hortensis, Osiandri, Vbiquitarij, Trinitarij siue Deitæ (qui Trinitatem vocant Cerberum tricripitem) & tot tamque pugnantibus sectæ & hæreses hoc ferè tempore natæ sunt, ut vix certus constet numerus. Quidam 52. alij 65. alij 90. numerant, at Hedio Zuinglianus epist. ad Melanthonem conqueritur emeruisse errores ferè 12. quos tamen multi pro verbo Dei venditēt. Quales sint Staphyl. in Apologia, Lindanus in Dubitant. docent, & Nos paulo post.

Vatabli nomine noua Bibliorum versio conditur Geneuensis, multis in locis impurius & indoctior, quam nec Vatablus agnouit, nec qui leuiter linguis tincti sunt, probat. Beza in iconibus leoni Iudæ Helueticæ attribuit. Eius causa Robertus Stephanus Geneuam fontium receptatricem profugit, surreptis secum Regijs characteribus, adulterinos alios partus viris bonis & doctis suppositurus, vel genuinos ritu loci, corrupturus. Quare Lutetiæ in stramineo simulachro vltus est, quod viuus capi non potuerit. *Beza in Iconibus, & in Passenentio.*

Henricus octauus Rex Angliæ an. 1539. egit conuentum (Angli vocant Parlamentum) ordinum Regni in quo

228.

f PAVLVS 3. Rom. ex nobili familia Farnesiorum. an. 15. dies 29. Vacat m. 2. d. 29.

Patriarcha.

Constantinopoli Ieremia. mox Dionysio an. 20.

Principibus.

Solimano Turcor. Imp.

Tamma Persarum an. 42.

Carolo s. Occid. Imperatore. Hispaniæ reg.

Francisco 1. & post eum Henrico 2. eius filio an. 12. Franc. Reg.

Dauidæ Aethiopiæ, cum Helena matre.

1534

1549

5621

5636

inter alia de religione decreta contra Lutheranos, edicit, primò in Eucharistia sub panis & vini specie post consecrationem esse corpus & sanguinem Christi, nec amplius remanere substantias panis & vini. 2. communicare sub vtraque specie non esse omnibus necesse ad salutem, & sub alterutra esse totum Christum. 3. non licere nuptias sacerdotibus. 4. vota castitatis præstanda. 5. Missas priuatas retinendas. 6. confessionem auriculatam esse ad salutem necessariam: iis qui secus docerent, vt hæreticis supplicia grauissima contituit. *Sleid. lib. 12. Suri. in histor.*

Talia decreta paulò post an. 1547. edicto publico abolentur sub Eduardo Rege, f. & ferè eodem tempore Missa ibidem abrogatur. *Sleid. lib. 19. & 20.*

Ita cum primis regni annis Deum sanctissimè coluisset, Ecclesiam Catholicam, libris etiam editis contra Lutherum, defendisset. Iulium Pont. Gallorum armis oppressum erexisset, Clementem Cæsarianorum impetu in urbem factò captum adiuuisset, inter Catholicos reges belli & pacis pius arbiter extitisset, infano mulierum amore corruptus, duarum probarum & nobilissimarum vxorum repudiis, & aliarum duarum cædibus, vt Bolemiæ adamatæ secundo, & Pariz sexto coniugio iungeretur, an. 1535. à maiorum religione defecit, & truculentus piorum carnifex euasit. Phisericio Episcopo Rossensi à Põtificè in Cardinalem lecto, & Thoma Moro epistolarum eius magistro trucidatis, quod sacrorum antiqua iura ardentissimè tuerentur. *Paulus Iouius, Georg. Lilius in Chron. Surius in histo. Sleidan. lib. 9.*

10. Augusti qui dies est D. Laurentio sacer, anni 1540. Solimanus Turca per Aenobarbũ Præfectum eius maris quod obnoxium sibi erat, legatum totius expeditionis constitutum Castellum nouum Dalmatiæ oppidum, nuper à Carolo Austria Romanorum Imperatore ereptum diripit. *Christophorus Richerus narratione ad Franciscum 1. Regem Gallie.*

* 2. Septembris 1542. Idem Solimanus Budam capit primariam urbem Pannoniæ in qua tum erat Vageodæ Ioannis vxor vidua cum filiolo Stephano, quam à Præfectis & milite barbaro tumultuariè conquesta supellectile deduci iubet in Transsylvaniam, quã ei atque filio concesserat. *Joan. Sleidanus & Paulus Iouius lib. 3. 9. & 42. historiariũ sui temporis. A quibus Nicol. Resnerus desumpsit, & inter narrationes historicas rerum Turcicarum collocauit.*

Ordo Societatis Iesu institutus ab Ignatio Loyola Catabro, qui fuerat olim Dux Hispanorũ in arce Pompeiopolitana tunc obsessa à Gallis à Paulo tertio PP. primùm approbatur 1540. & ab eodem confirmatur an. 1543. Post eum Iulius 3. Paulus 4. Pius 4. & Tridentinum Concilium sessio. 9. cap. 15. eum ordinem iterum confirmarunt. *Suri. in histor. Diegho. lib. 1. Orithod. explication.*

Martinus Bucerus ex Dominicanò primo Lutheranus, postea Zuinglianus, tandem in magna Lutheranorum synodo apud ædes ipsius Lutheti habita Vuitenbergæ ann. 1536. cum multis aliis à Zuinglianis ad Lutheri partes defecit. (*Func. in Chron. & Alan. Copus dialog. 6. Lanuher. in histo. controuersia Sacram. id etiam testantur eius synodi acta publicè edita*) præcipuos duos errores Zuinglianorum reuocans, de Baptismo paruulorum, quem negant esse necessarium, hoc enim ipse antea scripserat in Matth. cap. 3. Quosdam infantes sine baptismo æternam vitam consequi, quosdam licet baptizatos delabi in infernum) & de cœna. Ipse in *Comment. in Ioan. cap. 6. &*

Anni christi.

1144

Henrico 8. Anglorũ, deinde de Eduardo 8. dict. s. heretico an. ferè sex.

Sigismundo 1. Polonorum deinde Sigismundo 2. cogno. Augusto an. 24.

Joanne 3. Portugallie.

Iacobo 5. Scotie, deinde Maria filia, quæ Franciscò Delphin onupsit annis 41.

1455

Anni
Christi.

Anni
mundi.

Matth. 26. ubi veniam precatur à Deo & Ecclesia, quod multos Zuinglij heresi fascinaverit, quam tamen antea scripserat in epistola ad Norimbergenses esse diuinitus à Christo traditam, & Lutheri doctrinam esse nouam, & cum sacris literis pugnantem: imò in Epist. ad Estingenses vocauerat Lutheranos fanaticos, Suermeros furiosos, &c.

Collegia equitum Teutonicorum in prussia & Liuania sublata sunt, amissis per discordiam religionis, & luxum arcibus & urbibus suis, quas Poloni, Dani, Suetij, Mosci occuparunt.

An. 1545. Lutherus quem tertium Heliam quidam ausi sunt vocare, Puellam quandam daemonicam è Misnia Vuitembergiam ad se deductam cum à dæmone liberare conaretur suis exorcismis, in quodam sacrario parochianæ ecclesiæ inclusus, ubi dæmonem cœpit adiurare, eius voce ita est perterritus, vt statim de fuga cogitarit, sed cum ostium ita malus dæmon obstruxisset, vt neque foris neque intus referari posset, in eas venit angustias, vt etiam per fenestras cancellis ferreis obductas erumpere conaretur. Verum non prius reperit exitum, quàm securi ferrea per cancellos immissa, ostium confringeretur à Staphylo tunc iuvene & eius auditore, qui hanc historiam vt viderat scriptam reliquit. Apolog. 2.

Anno seq. 1546. 12. Calen. Martij, & ætatis 63. Illebij, cum vesperi bene potus ac hilaris in lecto cubuisset, manè repertus est mortuus. *Hof. lib. de Hæres.* Iustus Ionas coccus ipsius, libro de eius vita & obitu, refert Lutherum paulo ante mortem sibi, Cœlio, & aliis qui tunc aderant, dixisse: Orate Deum pro Domino nostro Deo (ineptissima locutio) & eius Euangelio, vt ei bene succedat, &c.

Eum sub mortem probasse dogma Zuinglianorum de Eucharistia contendunt ministri Heidelbergenses in libro Germanico, qui inscribitur, Acta colloquij Mulbrunnensis, fol. 217.

Monialem ex Monasterio Nymicensi raptam Catharinam de Bore vxorẽ duxit. *Turianus lib. 5. de epist. Pont. c. 2.*

Carolus V. Imp. anno 1547. pactis cum Turca induciis, & pace cum Gallo confecta, instigante Paulo PP. bellum gessit contra Protestantes (eorum exercitus creditur fuisse supra 60. millia) quos feliciter simul cum tota Germania domuit, Vuitembergenſi Duce omnibus facultatibus exuto, captisque Ioanne Friderico electore Saxonix, & Philippo Lådgrauio Hassiæ, multatisque ingenti pecunia ciuitatibus, quæ contra se arma tulerant: vnde ob res tam præclare gestas cognomentum MAXIMI & FORTISSIMI accepit à Pontifice. *Suri. in histor. Sleid. lib. 19.*

Eodem anno celebrauit comitia Augustana, pro pace religionis & Reipub. in quibus omnes Principes, excepto Saxone, Concilij Tridentini decretis se submitunt. Formula quædam (quæ passim dicebatur INTERIM) certa capita doctrinæ, & ceremoniarum, & emendationis ecclesiasticæ continens, omnibus per Germaniam obseruanda præcipitur vsque ad Concilij definitionem. *Surius in histor. Sleid. lib. 21.*

Henricus octauus Angliæ Rex, in odium Romani pontif. qui Catharinæ materteræ, Caroli Imper. legitimæ & prisicæ vxoris repudium anathemate damnauerat, templa expilauit, sacra vasa conflauit, Ccenobia euertit, multis piis, seorsum Carthusianis, martyrio affectis. Diuorum ossa & cineres in Fl. Tamesim projecit, Ecclesiæ rēditus & latifundia in fiscum redegit, leges fecit anno 1534. in publicis comitiis ad 3. Nouem-

1536

CONCIL. Coloniese, provinciale præside Hermano Archiepiscopo (qui postea in heresim lapsus est) ad reformationem Cleric. & de dogmatibus & caremoniis religionis. *Te 4. lib. Concil.*

1562

bris, quibus se caput Ecclesiæ Anglicæ appellauit, & si-
bi eo nomine annatas Sacerdotiorum, decimasque per-
solui iussit. Ecclesiæ Doctrinam & religionem & ritus,
quæ contra Lutherum libris defenderat, immutauit, tot
tamque impia aggressus, vt eum iterum Pont. anathema
te percussisset, & eius regnum primo occupaturo addixe-
rit. Eduardum filium regni ac impietatis hæredem reli-
quit. Vnde ex eo tempore Anglia in eum horrorem de-
ducta est, qui etiamnum hodie magno proborum dolore
cernitur. *Hæc ex huius temporis Historiis.*

Catharina regum Hispaniæ Ferdinandi & Elizabeth
filia, quæ regi Arcturo Angliæ fuerat per verba de præ-
senti desponsata, eodem absque liberis defuncto, per di-
spensationem Iulij secundi nupsit Henrico 8. mariti fra-
tri, ex quo Mariam genuit. Hinc postea Henricus causari
cæpit non potuisse summum Pontificem super Matri-
monium eius cum fratria dispensare, vt potiretur nouis
nuptiis. Hinc illa malorum hydra, quæ Angliam hæresum
clade prostrauit. *Soto in 4. Sententia D. 41. Art. 3.*

1535. Geneuenses penitus Catholicæ ciurant, exactisq;
Episcopo & pastoribus, Caluino se formandos tradunt.

Eodem prima Gallica Bibliorum interpretatio, aucto-
re quidem Petro Roberto, adiutore autem Ioan. Caluino
Valdensium sumptibus absoluitur Neocomi, vt quod
hodie Biblia Gallicè leguntur, Valdensium Ecclesiæ me-
rito feratur. *Bez. 2 in 7 combus. Mentitur.* Nam multò antè
extabant à Caroli 5. cog. Sapientis temporibus, cuius pri-
mum exemplar ostenditur in Bibliotheca regia, nempe
ab an. 1374.

Zuingliani & Lutherani crebras synodos priuata au-
ctoritate celebrant, in quarum vllis, cum de ipsorum
concordia ageretur, nunquam potuerunt inter se conue-
nire. Ioachim Vadianus lib. 2. Aphorismorum.

Ab anno 1548. quo sunt Boemia à Ferdinando rege
eieci fratres Boemi ob religionem, maiorem Poloniam
incolunt. *Lascius in Mosconica Theologia.*

Ioannes Hofmeisterus, Iulius Pflugeusis, Georgius
Vuicellus, Dominicus Soto, Isidorus Clarius, Ambrò-
sius Catarinus, Petrus Lysetus Abbas S. Victoris, Aloy-
sius Lypomanus Episcopus Veronensis, Alphonfus de
Câstro, fidei Catholicæ propugnatores.

Damianus Goes eques Lusitanus & Aluarezus Æthio-
piæ, Io. Oforius Indiæ siue de rebus Emanuelis historiam
conficiunt.

An. 1535. Carolus Imp. Tunetum Africa capir 1542
Algerum Africa oppugnat, sed naufragium passus repel-
litur. 1544. Africa regnum per suos obtinet. 1550. Aphro-
disium, quod nunc Africa, per Hispanos occupat.

An. 1536. Rex Portugalliæ magnam Indiæ maritimæ
partem consequitur.

An. 1548. Pax inter Regem Franc. & Carolum Imp.
non diu duratura, vnde & 1540. Carolus Parisios amicus
venit. 1544. hostis eam vt expugnaret.

Regem Thabor Christianum regionis Tartariæ, qui
ann. 1540. traiecerat in Europam ad Regem Franciscum,
deinde ad se, quidd. Hispanos ad Iudaismum sollicitaret,
in Hispaniâ combussit.

An. 1544. Vuillelmum ducem Cliuensem, quodd. Gal-
lo adhereret, ad obedientiam compulit, adempto duca-
tu Geldrensi.

Ann. 1546. bellum contra Protestantes incipit in quo
Io. Fredericus Saxo capitur, & Landgravius vincitur.

Anni
christi.

1545

VIGESIMVM Generale
Concilium Tridentinum contra Lu-
theranos & alios hæreticos præsidibus
tribus Apostolica sedis Legatis, præ-
sibus quibusdam oratoribus Prin-
cipum Christianorum & circiter 24.
Episcopis, celebratum contra hæreses,
abusus, & corruptos mores tam La-
corum quam Clericorum. Bellis in-
gruentibus transfertur Bononiam,
an. 1547. licet Episcopi & Theologi
Imperatorij mansissent Tridenti iussu
Imperatoris. Tom. 4. Concil. Sied.
lib. 19.

5631

1538

Treuirensis provinciale, reforma-
torium, vt vocant, præside Ioanne
Archiepiscopo Treuirensi. Tom. 4.
Concil.

5635

1548

Augustanum diocesanicum, ad re-
formationem Cleri, præside Othone
Cardinale Augustano Episcopo.
Tom. 4. Concil.

5635

Anni
Christi.

1549

Trenirensē alterum, eodem præ-
sule. tom. 4. Concil.

Anni
mundi.

5636

1535. Rotæ supplicium primū in Gallia aduersus
Latrones decernitur. *Appendix Carionis, & Tilius.*

1539. Franciscus rex vetuit, ne decreta, vt antea, lati-
nè fierent. *Matarellus contra Francogalliam. Leo Tripaldus in
Celt. Hellenismo.*

1542. Maria Stuarda Iacobi 5. Scotiæ Regis filia, quòd
suscepta esset è Guisianorum principum familia, post pa-
tris mortem in Gallia sub tutoribus degit: tandèmq̃
ducitur à Francisco Fraciæ Delphino, qui postea rex hu-
ius nominis secundus fuit.

* An. 1547. 31. Martij, Franciscus 1. Galliæ Rex Ram-
bulieti ex febre continua decessit. vixit ann. 52. mens. 6.
dies 19. Regnavit an. 32. mens. 3. vna die minus. Inter om-
nes tanti Principis laudes, merito hæc primū locum ob-
tinet, quòd literas & literatos impense dilexerit: cuius
amoris magnum specimen statim in regni auspiciis edi-
dit, Guil. Badæo quem D. Erasmus græde huius seculi de-
cus, ob raram eruditionem portentum Galliæ appellare
non dubitauit, ab vmbra & puluere literario, in quibus
delitescerat, ad honores & splendorem aulæ eu. cto, &
honorifica ad Leonem 10. qui & ipse summo amore do-
ctos persequeretur, legatione ornato. Ex huius consilio
postea Professores linguæ sacræ, Græcè, & Latine, Philo-
sophiæ item, Medicinæ, & Mathematicarum disciplina-
rum instituit, qui attributis pro tempore amplissimis sti-
pendiis Lutetiæ in ludo Cameracensi publicè prælege-
rent. Horum ope discussis ignorantia tenebris, lux lite-
ris, & per literas veritati in Gallia, atque adeo tota Euro-
pa, restituta est: vt cum alij Principes ambitiosis aliunde
conquisitis titulis vanam gloriam aucupentur. Ipse Pa-
rens literarum appellari meruerit. *Iac. Aug. Thuanus. hist.
sui tempor. parte 1. lib. 3.*

* Francisco 1. successit Henricus 2. Cuius regni initio
leges sumptuariæ renouatæ, & profusior in vestitu luxus
pœna coercitus. *Idem Thuanus. ibid.*

Obierunt Lutetiæ Guilelmus Budæus an. 1539. *Tili.* in
Germania Ioannes Eckius, & Albertus Pighius ann.
1543. *Suri.* Lutetiæ Franciscus Vatablus, Iacobus Tufanus
è primis Regiis professoribus ann. 1546. eodem quidem
die & anno, sed non eadem hebdomada: Beatus Rhe-
nanus ann. 1547. Andræas Alciatus Papiæ an. 1549.

* Petrus Bembo Romæ, 1547. & Iacobus Sadoletus
Carpentoraeti Episcopus. Vterque versu, & pedestri ora-
tione politissimus scriptor, & in collegium cardinalium
à Paulo 3. allectus. *Iac. Aug. Thuanus hist. sui temp. part. 1. l. 3.*

* 1548. 20. Octobr. Molinij in Boijs celebratæ nuptiæ
Antonij Borbonij Vindocini, & Ioannæ Labretanæ Hen-
rici Nauarræ Regis hæredis. *Iac. Aug. Thuanus hist. sui
tempor. part. 1. lib. 4.*

* Tunc & Franciscus Lotharingus Aumaliæ Dux An-
nam Herculis Ferrariæ Ducis & Renatæ à Francia filiam
vxorem duxit, nuptiarumque solennia magna pompa ad
Sanberranum celebrata sunt. *Idem ibid.*

An. 1548. Ioachimus Perionius Benedictinus Theolo-
gus Parisiensis Philosophiæ Aristotelicæ curriculum ita
Latine & Ciceroniane primus vertit, vt deinceps Philo-
sophi Latine loqui cœperint, qui antea erant infantes, &
paulatim dediscere barbariem, qua eorum disciplinæ &
libri erant fœdati. Repudiatis veterum versionibus &
formulis, hoc diuinū beneficium manauit longius. Nam
& Theologi, Medici, Iurisconsulti certatim sese ad eius
imitationem cōponentes antiquam Cypriani, Arnobij,

1549

Moguntinum provinciale, de fide
& moribus, præside Archiepiscopo
cum suis suffraganeis. To. 4. Co ncil.

5636

Lanctatij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Cornelij Celsi, Vlpiani & similibus elegantiam reuocarunt velut postliminio, impuritatem loquendi è suis scholis & libris depulerunt, suumq; sæculum adeò facundum reddiderunt, vt cum quouis de ea laude facile possit contedere.

Martinus Cromer elegantiſſimè libris 30. & vna oratione funebri de Sigismundo I. Historiam rerum Polonorum ab an. 550. ad 1548. complectitur.

Carolus Imp. celebrat ann. 1541. Comitia Ratisponæ cum Turcis resistendi, tum religionis componendæ causa, sed soluta sunt re omni infecta. *Suri. in histor. qui hac in re impudentissimi mendacij arguit Sleidanum.*

Germania postquã maxima ex parte à Religione defecit, etiam Cæsaris maiestatem & authoritatem negligere cœpit. Hinc Plebeij à Nobilibus passim tota Germania defecerunt, & per cohortes distincti, in eos, eorumque fortunas cæco impetu corruerunt, nec bellum tam latum extingui potuit, nisi post supra centum millia hominum maxime Rusticorum occisa.

Hanc calamitatem secuti sunt motus Principum Germaniæ, qui Cæsaris maiestatem imminuentes, eodem, quod excitant, incendio conflagarunt.

Hinc Turca Viennam bis adortus, omnia circum finitima loca igne & ferro longè latèque partim populatus est, partim cepit: Illinc Molcus inuasit Dorpatium in Liuania imperio subiecta.

* 23. Martij in Carinthia non longè à Clagenfurto, & Villaco oppidis horarum duarum spatio per duo amplius milliaria annonam pluit, ex qua regionis incolæ optimum panem confecerunt, qui ad Cæsarem cum granis siliginis cœlo delapsis perlatus, & summa admiratione conspectus est. *Idem Thuanus lib. 4.*

* 14. Aprilis in Misnia infans in lucem editur diuisa fronte & cranio, sine labijs, sine aure dextra, sine manibus denique & pedibus, tantum oris loco exiguum foramen habens, qui integrum diem vix fuit superstes. *Idem ib.*

Seditio Aquitana excitatur an. 1548. ob salinarum vectigal, & extraordinaria tributa: demum comprimitur, seditiosis grauitè castigatis à Rege Henrico, misso illuc cum exercitu Anna Mommorantio Conestabili.

* 1548. 1. April. Sigismundus I. Poloniæ Rex octogenario maior fato concessit, cum regnasset an. 42. mens. 2. dies 7. summæ moderationis Princeps, vt qui Hungariæ regnum, post mortem Ludouici Ladislai fratris F. ab ordinibus regni delatum accipere noluerit, Reipub. Christianæ periculum potius, quàm suum veritus. *Iac. Aug. Thuanus hist. sui temp. part. I. lib. 4.*

* 1549. 21. Decemb. Odolij Bigerronum decessit Margarita Francisci I. soror, Henrici Labretani Nauarræ regis coniux, scemina omnibus ingenij & animi dotibus exculsa. *Idem Thuanus ibid.*

An. 1535. Carolus 5. Tunetum Solymano extorquet: Gouletam arcem expugnat: regnum Tuneticum totum recipit & Regem Alzacheum siue Muleassem antè pulsum restituit. *Paradinus.*

Muleassem Tuneti rex ab Ariadeno Barbarussa regno spoliatus à Carolo 5. restitutus est, cuius causa ad nostra vsque tempora Tuneti reges regi Hispano subduntur. Iterum ab Amida filia pulsus fuit, à quo oculorum vsu priuatus est, candenti scalpello proficilla vtriusque pupillæ, sicut ille suis fratribus olim fecerat.

Ariadenus cog. Barbarussa è Lesbo insula piraticam

Anni
christi.

1549

Colonienſe alterum prouinciæ
reformatorium, præſide Adolpho
Archiepiscopo.

Anni
mundi
5636

1549

5636

Anni
Christi.

Anni
mundi.

cum fratre Horucio exercens rex Algeti in Mauritania euasit, vndique oram Hispaniæ, Italiae, insulasque omnes maris Mediterranei populatus, & Turcarum classi à Solymano præfectus. Deinde incidentibus inter Hispanos & Gallos bellis cum ingenti classe Francisco Regi opem tulit, gementibus piis, quibus impiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur. Quod cum euentu congruit. Nam Barbarussa in Prouincia apud Tolonem hyemans, Prouincialium tantum bona & opes consumpsit. Sequenti anno vastata Hetruiæ ora atque insulis Ilua, Igilio, Ænaria & Lippara afflictis Constantinopolim rediens, exploratis Galliæ portibus & locis, ad introducendos, cum erit commodum, Turcas, Asanem filium Algeri regem reliquit. *Iouius libr. 6. viror. illustr.*

Eodem tempore Sinas Iudæus è piratica à Solymano accersitus Rubro mari & Indico præficitur, vice Solymani Epirotæ Eunuchi, qui Lusitanorum nauigationes ex India Aromatum merces in Europam aduehentium, magno Memphitici portorij & vectigalis detrimento, frustra intercludere conabatur. *Iouius ibid.*

Anno 1542. Aden & Arabiae foelicis magna pars Turcæ cessit per Solymanum Bassam, fraude illicentem in suam nauem regem loci, atque illic eum perfide strangulantem.

* An. 1547. 28. Ianuar. Henricus 8. Angliæ Rex fato concessit. Is ingrauescente iam ætate, multi succi abdomine adeo grauis & iners euaserat, sanguine in pinguedinem versò, vt vix per ostia ingredi, ac neque scalas posset conscendere; sed in cathedra positus machinis in superiora ædium subueheretur. Tandem vehemèti febre correptus propter inflammationem virulenti in cruore herpetis, cum 57. ætatis annum ageret, & 37. an. 9. mens. 6. dies regnasset, è vita demigravit. *Iac. Aug. Thua. hist. part. 1. lib. 3.*

5637. g BELLVM Lutheranorum contra Zuinglianos, propter ciuilia bella Imperatoris aduersus Protestantes & hæreticos, simulata concordia triennio intermissum, instauratur an. 1552. à Ioachimo Vuestphalo edito libello, Sacramentariorum confusaneas & inter se dissidentes opiniones de cœna Domini continente. Tale dissidium nunquam postea potuit extinguì, sed magis ac magis exarsit, scriptis ab vtriusque partibus doctis & indoctis multis libris, orationibus, dialogis, confessionibus, epistolis, adeò vt maiori quàm vnquam antea impetu, sursum & deorsum res agitata fuerit. Lutherani multas habuerunt Synodos, quibus de opprimendis Sacramentariis actitarunt: multi eorum se iunxerunt Catholicis, vt Zuinglianos facilius opprimerent (sic nuper factum est Antuerpiæ) in quos tanquam pestilentissimos hæreticos acerbè inuehebantur, eisque aqua & igni interdicebant: nec erant contenti, nisi omnes expressè profiterentur se Corpus & Sanguinem Christi corporaliter & substãtialiter ore corporis, quin & impijs quoque, manducare. Erant in hoc negotio vehementes scriptores, ex Lutheranis Ioachimus Vuestphalus, Ioan. Timannus, Erardus Suepflus, Erastus Alberus, Stolzius, Brentius: ex Sacramentarijs Henricus Bulingerus, Ioannes Caluinus, Bernardinus Ochinus, Io. à Lasco. Hæc & alia multa scribit Ludouicus Lauatherus Zuinglianus. *in histor. controversia Sacramentaria.*

Quidam hoc tempore, qui per Galliam dicebat se habere Spiritum D. Ioannis Euangelistæ, exuritur Tho-

229.

1550 g IULIUS 3. Rom. sed
ex Aretina dicecesi oriundus. an. 5.
1555. mens. 1. di. 16.

5637.

5642.

Vacat dies 17.

Patriarcha.

Constantinopoli Dionysio.

Principibus.

Solymano Turcor. Imp.

Tamma Persarum.

Carolo 5. Occid. Imper. &
Hispaniæ Reg.

Henrico 2. Franc. Reg.

lofæ, aliter vilus est Lutetiæ & Basileæ, qui genio Petri duce se frui contenderet: alius etiam Basileæ auſus est afferere ſe Moſis angelum habere. *Sur. in hiſt.*

1550. Petrus Caroli è doctore Theologo Miniſter, poſtquam Caluini in ſanctam Trinitatem & Symbolum Nicenum blaſphemias prædicatione, deinde ſcriptis pudendas reddidiſſet, ad ſe & Catholicam reuerſus, eum tam priuatim, quam publicè in Synodo Bernenſi expugnauit, indeque Romam profectus, vt veniam apoſtaſiæ conſequeretur, illic tandem apud Cardinalem Lenuncurium piè & laudatè moritur, præſente D. Lenuncurio nepote, qui etiamnum hodie multis nominibus in noſtro regno floret. Hæc cõtra putidum Beze mendaciũ, qui vt triumphati ſui magiſtelli honori cõſulat, eum miſerè Romæ in publico Xenodochio periſſe ſcripſit.

Dauid Georgius impudenter per Hollandiam & Friſiam ſcribebat ſe eſſe verum Meſſiam & Dei nepotem, & non ex carne natum, ſed ex S. Spiritu.

Jonas cocus Lutheri ſe Iuſtum Ionam prædicabat, Oſiander ſe Enochum ſecundum. *Surius in hiſt.*

Rodolphus à Moſhan decanus Patauienſis, Lutheraniſmum & Papatum (ſic Eccleſiam Catholicam vocabat) Antichriſto iungebat, & ſe vtriuſque partis mediatorẽ conſtituebat, ait Oſiander.

* 1551. 31. Ian. in Senatu Pariſienſi recitata ſunt Pontificis ac Regis diplomata, quibus ius Academiae, Durocortori Rhemorum attribuitur, & omnium artium, & diſciplinarum in ea vrbe ſchola conſtituitur. Quod à Carolo Lotharingo Cardinale Rhemorum Præfulẽ procuratum, *Jac. Aug. Thuanus hiſtor. part. 1. lib. 4.*

Obiit Martinus Bucerus in Anglia an. 1551. 3. Calen. Mart. Scribunt quidam ſe ex fide dignis & ab eius diſcipulis accepiſſe ipſum moribundum dixiſſe Ieſum Chriſtum non fuiſſe verum illum promiſſum Meſſiam, ſed alium nobis expectandum. *Lind. dial. 2. dubita.*

An. 1552. Grauis controuerſia de Iuſtificationis articulo & Dei iuſtitia inter Andræam Oſiandrum & alios Lutheranos, præfertim Vitembergeneſes. Iam ab an. 1548. Matthias Flaccus Illyricus turbare cõperat hæreticos Saxoniae, & vſitatam illorum doctrinam miſcere.

Tum Mauritius & Albertus in Carolum Imp. arma capiunt propter diu in captiuitate detentos duces & Cõcilium Tridentinum an. ſuperiore inchoatum.

Vita defuncti ſunt Fredericus Nauſea, Andræas Oſiander (quẽ hoc tẽpore fuiſſe vnicum veritatis aſſertorẽ audet ſcribere Funccius in Chro. Eũ autẽ planè mutũ obiiſſe ait Palladius) Cõigpergij, & Gaſpar Hepio Argẽtini. an. (iſti duo eod. die) 1552. *Sleid. l. 24.* Lyzetus Lutetię an. 1554

Siud à Neſtorianis Syriæ, Aſſyriæ, & Perſiæ Patriarcha Mozal, ſiue Seleuciæ Parthorum designatus an. 1552. Romam venit, vt à Pont. vngeretur, cum Epistoſa populi Neſtoriani, in qua ſummum Pont. Patrem Patrum & paſtorem max. nominant, Petrum temporis noſtri, Paulum dierum noſtrorum, cinguloque comprehendentem vniuerſum Chriſtianorũ cõetum, vicarium Chriſti, clauigerum regni cõeleſtis, Murum fortis ciuitatis & matris ciuitatum Romæ, quam piſcatus eſt Petrus Apoſtolorum princeps & prudens Architectus Paulus. Addunt ſe mittere magiſtrum noſtrum Siud virum doctum, temperantem, cõlitum charitate præditum, excellentem omni vitæ probitate, quia Sacerdotium noſtrum (inquiunt) à priſcis temporibus à Roma eſt, quæ eſt Sedes

Anni
Chriſti.

1550

Dauidæ Aethiopiæ, deinde
Aſnaſaghet Claudio. Anno
mundi
6537

Eduardo 8. dict. s. Anglorum,
deinde Maria ſorore
Catholica cum Philip. Hiſpaniarum an. s.

Sigismundo 2. cog. Auguſt.
Polonorum.

Ioanne 3. Portugallie.

Maria Scotie.

1555

Anni
Christi.Anni
mundi.

1551

CONCIL. Tridentinum ex Bononia reducitur Tridentum, sed post 8. menses quàm continuari ceperat, bello Germanico dissoluitur. Surinus in hist. Sleid. lib. 2. 4.

Augustanum Diocœsanum.

Treuerense Diocœsanum.

Aliud Treuerense.

5638.

Petri, dolentq; iam 300. annis viam interceptã esse, quominus Romam tutò venire queant. Professio autè fidei Siud, quam Romæ professus est ore & scripto ann. 1552. edita & versa est ab Andraea Masio. In ea recipit omnia concilia quæ Romana Ecclesia admittit, eiurat nominatim Nestorium, vt iam Christiani illi non videantur dici Nestoriani à Nestorio hæretico, sed à gente quãpiam.

Anno 1553. quidam ordinis Patricij in ius vocatus à plebeio, cui debebat aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad respondendum iurat, facta imprecatione (constabat autem ipsum falsò iurare) se dolo cum eo non agere, vix extrà palatij scalas delapsus, cecidit similis apoplectico & sexto die moritur. *Appendix Cario.*

* 6. Iulij Eduardus Angliæ Rex moritur ann. natus 16. cum 7. patri superfuisset, iam in illa ætate magno virtutis specimine edito, constantia animi, amore recti, & studio literarum incredibili, quæ ratò simul in regio fastigio còcurrunt. Eodem prorsus mensis die mortuũ eum obseruauerè nonnulli, quo Hæricus ipsius parens anno huius sæculi 35. Thomam Morum securi percusserrat, quasi tanti viri nece regij filij morte expiata. *Iac. Aug. Thuan. lib. 9.*

Catholica religio magna ex parte restituitur in Anglia, & Euangelici egregiè mulctatur translatò per mortè Edouardi ad Mariam reginã Imperio, Philippo Caroli Imperatoris filio despositam. Anno sequenti 1554. prorsus restituitur, & Euangelicis diffugientibus. Tota Anglia Ecclesiæ conciliatur, accepta in regni Comitibus generali absolutione schismatis commissi contra Ecclesiam, Rege & Regina cum cæteris qui aderant ad genua Cardinalis Reginaldi Poli procumbentibus. *Sur. in hist.*

* Sub finem Octobr. Michael Seruetus Tarraconensis. Geneuæ flammis exustus est. Is professione medicus cum impuras manus ad Theologiæ sacra attulisset, erroneas de sacrosancta Trinitate, & ad Dei contumeliam pertinentes opiniones inuexerat, librisq; editis defenderat. Igitur còprehensus cum sententiã mutare nollet, re prius ex Io. Caluini concilio cum Bernatibus, Tigurinibus, Basileensibus, & Schafusianis ministris còmunicata, tandè ad mortem damnatus est. Eius doctrinã postea Caluinus quòd ei ex illius nece inuidia còflaretur, propofuit, & publicato libro confutauit, qua in hæreticos etiam gladio à Magistratu animaduertendum esse contendit. *Iac. Aug. Thuan. historiarum part. prima lib. nono & Hieron. Bolfecij in Caluini vita.*

1554. Ioannes Moscorũ Cæsar in tres Monachos apostatas hæresis Lutheranae veneno infectos sæuire voluit: sed illi se fuga celeri è Moscouia in Lituaniã receperunt. *Lascius Lutheranus libello de Theologia Mosconitica.*

Polonos istorum receptatores ex eo tẽpore odit grauius. Quare susceptis in eos aliquot expeditionibus, tres iam & septuaginta arces Lituãnicas occupat. *Idem è Michalone Lituanò de emendanda Theologia Lituanica.*

Cũ Andreas Zebedeus & Io. Angelus ministri Zuingliani, ille Nyonis, hic Bursini oppidorũ Bernatensiu, publicè in suis cõcionibus & priuatis colloquiis hæresi notarent Io. Caluinũ, ipse cum suis quibusdã discipulis Bernã profectus an 1554. mense Nouemb. in eos actionè calumniarũ intendit: illi cõtra, collectos ex eius libris Latinis & Gallicis, artic. 15. de prædestinatione & reprobatione, hæreticos esse pœta incendij docendũ suscipiunt: & præterea còqueruntur quorundã Francorũ exulũ clãde-

5642.

1555.

stinis persuasionibus suos Bernenses Geneuam attrahi, ut illic cœnam de Caluini manibus fumerent. Itaque Senatusconsulto Bernensi cautum est anno 1555. 3. Non. April. ne Geneuenses libros, quibus huiusmodi articuli cõtinerentur (qualis est institutio Caluini) deinceps ederent aut etiam vèderent: vtque formula solius Catechismi Bernensis retineretur, repudiato Geneuensi. *Hac Carol. Molineus in libello Gallico, quem pro sui defensione contra Calvinistas nomine Simonis Challudri edidit. pag. 62. 63. & 64.*

H V M A N A.

Henricus Franc. Rex prætextu tituli quo se libertatis Germaniæ & Principum captiuorum vindicem appellabat, an. 1552. ingenti cum exercitu progressus, tres Episcopatus, Tullum, Verodunum, & Metim Imperio subtrahit: Lotharingiam occupat, Ducem puerum 9. annorum in Gallias mittens, eique filiam suam in matrimonium spondens. *Sleid. lib. 24. Surius in histor.* Eodem anno cum Carolus Imperat. Metim per vnum mensem obsidisset, hyemis intemperie obsidionem soluere cogitur. *Sleid. lib. 24.*

* Rerum ad Agriam ann. 1552. gestarum narrationem Io. Sambuci vide inter narrationes historicas rerum Turcicarum collectas à Nicol. Reusnero.

* Item Cagriæ obsidionem, & expugnationem arcis Temesuarij eodem anno 1552. eodem autore.

Turci à Persis magno prælio vincuntur.

* 1553. cum Maio mense Franciscus Donatus Veneti Senatus, princeps diem suum obiisset, à Ioanne Donato cognato laudatus, in huius locum Marcus Antonius Triuilanus vir sanctitate vitæ & integritate, quàm rerum agendarum peritia melior, quamuis se excusasset, communibus suffragiis suffectus est. *Aug. Thuanus histor. sui temp. lib. 9.*

* 6. Iulius Hieronymus Fracastorius Veronæ nobili loco natus obiit in Caphiis suis villa amœnissima ad Baldi montis radices sita, quò sæpe ab vrbe secedebat, septuagenario maior ex apoplexia. Inde corpus eius Veronam relatum, & ad B. Euphemie sepultum est. Aenea illius, & Andrea Naugerij patritij Veneti viri doctissimi effigies scitissime expressæ Patauij in Benedictino fornice visuntur, à Io. Baptista Ramusio vtrique amicissimo positiæ addita antiquæ aræ peruetusta dedicatione ex ruinis Salonæ vrbis eruta, vt qui arctâ inter se necessitudine coniuncti vixerant, & pulcherrimarum rerum scientias, ac politiores literas adeo excoluerant, eodem in loco spectarentur, & à iuuentute Patauina vniuersoque Gymnasio quotidie salutarentur. Is ad exactam philosophiæ, & mathematicarum artium, ac præcipue Astronomiæ, quam & doctissimis scriptis illustrauit, cognitionem, summum iudicium & admirabile ingenium attulit, quo multa ab antiquis aut ignorata, aut lecus accepta adinuenit & explicauit, & medicinam, vt honestissime ac citra lucrum, ita felicissime fecit. Poeticam verò ita excoluit, vt ad Virgilianam maiestatem proximè accessisse eum faderentur æmuli, & in iis, Iacobus Sanazarius, alioqui parcus, & amarulentus alienæ eruditionis laudator, qui visâ eius Siphilide non solum Ioannem Iouianum Pontanum, sed se quoque ipsum in opere accurata 20. annorum limo perpolitum victum exclamauit. Ei certe huius sæculi ingens miraculû Iulius Cæsar Scaliger tanquam illarum, quas dixi, scientiarum,

Anni
Christi.

1561

1555

Annus
Christi.

Anni
mundi.

& poetices summum fastigium consecutus aras erexit. Idem ibidem. Vitam ipsius lege praepositam libris editis.

* 13. Decemb. Inter mediam noctem & primam horam diei Mercurij, qui D. Luciae virginis sacer est. Henricus Borbonius filius Antonij Borbonij Vindocini Ducis, & Ioannae Henrici Albretani Navarrae Regis filiae natus est in Pado Ciuitate Bearnensi, & ibidem 6. die Ianuarij sequentis quo festum Epiphaniae Domini, siue trium regum, celebratur, Baptismum accepit ab Illustriss. Cardinale Armeniaco, sponforibus pro Henrico 2. Rege Franciae, Iacobo Foxio Episcopo Lessariensi, qui postea Cardinalis fuit, & Henrico Albretano Navarrae Rege aucto materno. *Parvus Victor Cayerus Chronolog. nouerariae 1. parte.* E diebus natiuitatis, & Baptismi infantis, curiosi auguria boni ominis obseruare possunt.

Claudius, quod est Baptismi nomen, aetate ista in Aethiopia regnat. Vocatur autem altero nomine, a parentibus ei natiuitatis tempore imposito, Azuaphlaghet, cuius expositio est, *Adoratur a finibus terra.* Sunt autem omnes reges Aethiopiae usque ad nostra tempora 165. quibusdam, qui socij in regno fuere, minime hac in supputatione connumeratis *Marius Victorius scribens ann. 1552.*

* 16. Augusti Carolus Dux Sabaudiae miti ac simplici ingenio Princeps, sed aduersae fortunae, quam tota vita fere expertus est, sustinendae impar, Vercellis decessit, relicto Philiberto Emanuele filio longe dispari ingenio & fato, quippe qui virtute sua, quae in multis enituit, meruit, ut paternae ditioni, a qua spoliatus fuerat, restitutus, honorificentissimam longe affinitatem cum Francorum Rege contraheret. *Iac. Aug. Thuanus hist. sui tempor. lib. 9.*

* 1554. 12. Febr. Ioanna Henrici Graij Dorcestriae Marchionis & Suffolciae Ducis filia, Regina Angliae proclamata, regno se abdicare cogitur, & ad mortem damnata securi percutitur. *Idem ibid.*

* h. Post Iulij mortem Marcellus Ceruinus Faro in agro Piceno natus, cum maiores suos a Politiano Etruriae castello repeteret, in Summum Pontificem electus fuit 9. die Aprilis 1555. Alexandri Farnesij Cardinalis praecipue fauore, suffragantibus ei Guidone Arcanio Sfortia, & Ranutio Alexandri fratre Cardinalibus, sub quorum aucto ob summam eruditionem, & cum grauitate coniunctam morum probitatem ad magnos Curiae Romanae honores euectus, postremo ipsius Alexandri commendatione in Cardinalium collegium cooptatus fuerat. Is, quod pater Richardus astrologiae iudicariae scientia clarus ei ex stellarum coniunctione summam in Ecclesia dignitatem praedixisset. Cum a Cassandra Bencia matre ad nuptias inuitaretur, pertinaciter recusauerat, nolle se dictitans clariorem longe fortunam, quam sibi astra soluto ac coelibus portenderent, matrimonij vinculis commutare, statim ubi Pontificatum adeptus est, primum Marcelli nomen retinuit, & ut grati animi specimen daret, se daturum operam dixit, ut Farnesij intelligerent, familiae suae beneficio Paulum tertium in se reuixisse. Sed cum valetudine parum prospera vteretur, ad haec comitorum incommodis valde debilitatus esset, duodecimo post die grauius e pituita & non leui febre decubuit, qua imminuta, & minui sensim vires cepere, tandemque apoplexia correptus 30. Aprilis

230.

h MARCELLVS 2. natione Tuscus, oppido Politiano humili Ceruina familia ortus, pius ac doctus, dies. 22.

5642

5642.

1555

1555.

lis, 55. minus sex diebus, ætatis anno, & 22. Pontificatus die ex hac vita migravit, & iuxta Nicolai 5. monumentum conditus est. Vir rara eruditione, prudentia, & sanctitate vitæ antiquis comparandus, & sub quo certa spes emendandæ Ecclesiæ affulserat, nisi ipsum præmatura mors sustulisset. *Ostendit tantum terris hunc, esse neque ultra, permisi Deus. Onuphrius Panninius in vitis Pontificum, et Jac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 11.*

Non ex scrutinio, id est, codicillis folis, vel ex codicillis & accessu electus est Pontifex, sed eo creandi Pontificis modo, qui per adorationem dicitur. Hoc autem est, cum duæ partes Cardinalium, non expectato, vt vocant, scrutinio, sed voce tenus, omnium consensu & voluntate quempiam in Romanum pontificem salutant ac venerantur. Qua ratione etiam Iulius tertius, & Paulus quartus renunciati sunt. *Onuph.* Modus ex scrutinio est duplex, vnus ex codicillis siue tabellis folis. Alter è codicillis & accessu quando ad complendum codicillorū duplum numerum, vocum accessio totam electionem perficit. *Idem.*

Cæterū sæpe variatus est mos eligendi Romani pontificis. Primum Diuus Petrus suos successores designauit Linum, Cletum, & Clementem. Anacletus & cæteri vsque ad secundum schisma inter Damasum, & Vrcisinum Cleri & Populi suffragiis creati sunt, & ab Episcopis, si qui fortè præsentibus essent, vt ex Cypriani epist. 52. colligere est. Tum autem in electione Damasi interponi cæpit Imperatorum auctoritas. Et primum quidem in schismate duntaxat, ad sedandos tumultus, vt à Valentinianno res composita est inter Damasum & Vrcisinum: ab Honorio inter Bonifacium & Eulalium: à Theodorico rege inter Symmachum & Laurentium. Deinde etiam extra schisma, ne fortè tumultus contingeret. Imo eò res paulatim decidit (vt Tyranni solent suam exaggerare licentiam) vt sine illorum assensu consecrationem non auderent suscipere. Durauit hic mos ad Imp. Constantinum 3. qui sanctitate Benedicti 2. permotus, liberam potestatem soli Clero, populoque Ro. eligendi & designandi Pontifices reddidit.

Postea Adrianus Papa conuocata ad hoc synodo Lateranensi Episcoporum 153. (quod antea nulli Imperatorum concessum fuit) etiam eligendi Pontificis ius (ob pulsos Italia Longobardos) Carolo Mag. concessit, sed illi iuri paulo post filius eius renuntiauit. 63. dist. C. Ludouicus, vt iniquo, vnde nec nisi ad tempus concessum fuerat.

Sic libera denuò fuit Romanis electio & consecratio Papæ per multum tēporis vsque ad Leonem 8. Qui cum ab Ottone primo Germ. vi & armis in sede Apostolica collocatus esset, denuò à Clero & Plebe ad Imperatorem ius omne eligendi transtulit.

Quo abusi sunt Ottonis successores ad Henticum vsque 4. donec ad Ecclesiam iterum reuocaretur à Gregorio 7. etiam paulò ante eius pontificatum, qui tum Hildebrandus dicebatur, vir à Deo datus ad sedem Apostolicam tyrannide Imp. Germanicorum liberandam, occasione Schismatis inter Benedictum, Syluestrum, & Ioannem sub Henrico Imp. 3. Nam Stephanus nonus, Nicolaus secundus, Alexander secundus sine assensu Imperatoris creati sunt. Quod cum iterum surreptitiè impetrasset à Paschali secundo Henricus quintus per ipsum Paschalem denuò reuocatum est in synodo Lateranensi.

Ita postremo ad solos Cardinales ius petuenit Nico-

Anni
christi.

1555

Anni
mundi.

5642

Vacat dies 22.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioasaph
an. 8.

Principibus.

Solymano Turcorum Imp.

Tamma Persarum.

Carolo s. Occid. Imp.

1555

5642

Anni
Christi.
1555

Henrico 2. Franc. Reg.
Arnaphsaget Claudio Aethiopiae.

Philippo 2. Hispania rege.

Maria Philippi huius uxor Angliae Catholica.

Sigismundo 2. cog. Aug. Poloniae.

Ioan. 3. Portugalliae.

Maria Scotiae.

Anni
mundi.
5642

lai secundi decreto, nisi quod aliquoties postea intercesserunt Cleri populique Rom. suffragia, donec constitutiones de electione in Conclavi celebranda editae sunt in Concil. Lugdunensi a Gregorio 10. *Hac fere ex Panchio in epistolam Cypriani 52.*

Ioasaph, siue Iosaphat, e monacho creatus Patriarcha Constantinopolitanus, eodem cum Marcello tempore, usque ad 1563. per annos octo, quando Metrophanes successit.

Marcelli familiaris fuit Petrus quidam Aethiops, e quo Marianus Victorius Reatinus linguam Aethiopicam didicit, an. 1552. Institutionibus de ea editis, nunquam antea a Latinis visis. *Ipsa in illis instit.*

An. 1555. Viennae Austriacae primum editum est nouum testamentum lingua & Characteribus Syriaco, rogatu Mosis Mardeni Mesopotamij, quem Patriarcha Antiochenus ad id in Europam destinauerat, iussu autem & liberalitate Ferdinandi Imp. designati. Praefuerunt operae Io. Albertus Vuidmanstadius Iuricons. & Austriae Cancellarius, & praedictus Moses.

Hoc tam insignis opus aliquot annis post quidam Tremellius Emmanuel ex Iudaeo indocto indoctus Capharnaita & Sacramentarius cuculli dominicani excussor, Geneuae, characteribus Hebraicis incredibili peruersitate publicauit. Primum sustulit titulos epistolarum & Euangeliorum per totum contextum insperfos, e quibus appareret admirabilis omnium Ecclesiarum Orientis cum Romana consensio, ut de sacrificio Altaris siue Missi, de adoratione S. Crucis, de Ieiuniis, de Quadragesima, de cultu Diuorum, de festis eorundem, de ordinationibus Ecclesiasticis &c.

Deinde tabulam Euangelicarum & Apostolicarum lectionum suppressit, sicut haec in dominicos & festos dies anniuersarios Ecclesiae Syriacae ritu distribuuntur, e qua ritus, ceremoniae, cultus & caeteri sancti religionis ipsorum actus discebantur, & nostris simillimi conspiciantur.

Tertio multas motiones quas putabar inanes, praeripit subduxit, in earum locum affixis pro libidine punctis contra analogiam, usum & Phrasim Syrorum. Quam infantiam, ut clarius ostenderet, breuissimum Alphabetum editioni subiunxit incitiae plenissimum, nec antiquae nec recenti Grammaticae consonans.

Vnde si eius editionem Syri legerent, se Syriacae, illic nihil aut parum legere faterentur.

Quarto non modo literas Protractionis sustulit, quod Marrani impudentiam, simul ac incitiam, eleuare utcumque potuisset, sed & Consonantes, praesertim literam Nun, cuius loco solet substituere Iod, quod nesciret apud Syros literam Nun esse symbolum tertiarum personarum futuri, aequae ac primarum pluralium. Quod discere potuit non modo e lingua hodierna Syrorum, cuius se illic expertem prodidit, verum etiam e suis veteribus Talmudicis & Baal Haruch, qui etiam sic loqui solent.

Postremo Guidonis Fabricij Boderiani docti & Catholici laborem per plagium sibi vendicauit, qui illud ante e Characteribus Syriacis in Hebraicos transcripserat, & addita latina interpretatione Antuerpiae Plantini typis emiserat, nisi quod dum praefationes, apparatus, & Iudicia Theologicarum Academicarum, & priuilegia Regum & Principum tribus aut quatuor annis expectantur, publicatio in annum 1572. reiecta est, quam iste anteuertit ann. 1569. Quae quamuis pu-

1555

5642

blicè,

blicè, aliquot Diui Pauli epistolas Syriacè prælegendo, fatis docuerim, hîc tamen repetere volui, ne quis Mariano hæretico in linguis peregrinis fidendum putet.

Ioannes Lascus Polonus, Episcopi dignitate excidens primum Lutheri, deinde Zuinglij dogma suscepit. Tandem ne frustra nixus penitus videretur, ab Eduardo Rege Angliæ profugus obtinuit, vt peregrinorum Episcopus & supertintèdens vocaretur. *E defenf. 2. cõtra Vuesphal.*

Ioannes Calvinus ex matre pontificij sacrificuli concubina Canonicus Nouiodunensis, *Vuesphalus Lutheranus in Apologia*, incipit clarescere, & de fori rabula Theologus de repente prodire, vbi ad pœnam quæsitus cum quodam Copo tunc Academiæ Parisiensis rectore regij magistratus manus subdolè effugisset.

Robertus Mancop Scotus à puero cæcus vsque eo Parisiis in literis profecit, vt Theologiæ doctor Romæ creatus Archiepiscopus Armacanus, deinde Legatus à latere in Hybernia fieret.

Præter vulgares Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Seruetianos, Anabaptistas, & infinitas Sacramentariorum formas, recrudescunt alij se in contraria scindentes, *Brentiani*, Vbiquistæ, vbiquitatè humanitatis Christi docentes, *Osiandrii*, hominem iustificari ea iustitia, qua Deus est essentialiter iustus: *Stancariani*, Christum iustificare secundum solam humanam naturam, *Amsdorfiani*, bona opera ad salutem esse perniciosa. *Maioirista*, infantes non saluari per solum baptismum *Antimoni*, hominem ad legis Dei obedientiam non obligari. *Suenckfeldiani*, sacras literas penitus esse abiiciendas, & pendèdum è sola diuina inspiratione, qui proinde dicti sunt prophetæ Cælestes. *Trinitarij siue Tredenta*, tres esse Deos. *Antimanarij*, tres personas non in se subsistere, sed in diuina essentia, esseque diuinæ essentiæ duntaxat residentias siue qualitates. Sabellianorum secta, qua infames sunt omnes ferè Lutherari, & Calvinistæ, vt multis libris docuimus, *Autotheani*, Christum esse Deum à se, non à patre, vt proinde improprie dixerint patres Niceni, Deum de Deo, lumen de lumine, &c. Hoc venenum suis miscuit Calvinus, vt ibidem ostendimus. *Biblistæ*, nihil proponendum in Ecclesia populo, vel in scholis iuuentuti, præter Biblia, nec discendas vllas Philosophiæ artes. *Sabbatarij*, non dominicam diem colendam, solum Patrem esse inuocandum, non Filium, non Spiritum Sanctum. *Stebleri*, nec gladium, nec peram portandam, nec vllò modo litigandum, aut in iudicio comparendum.

Demoniaci, Dæmones post finè mundi saluandos, *Georgio Dautidici*, Georgium Dauidem esse Christum, Diabolum nullum existere, nõ futuram Carnis resurrectionem.

Memonnita, Christum carnem è Maria non sumpsisse.

Ochinista siue Polygamista, licere viro multas simul habere vxores.

Musculus diuinam Christi naturam vnà cum humana fuisse mortuam.

Ioannes Langus, carnem Christi esse deificatam, siue transisse in diuinam substantiam.

Mattheus Flaccus Illyricus multa horrenda in omnes sectas inuexit.

Melancthor vt multorum reus etiam à suis traducitur.

Hieronymus Zanchius, & Iacobus Schekius Medicus de duabus Christi naturis, & de S. Trinitate monstra nouis portentis auxerunt, quæ proprio opere refutauimus.

Hos quidem defendere hodie conatur Lambertus qui-

Anni.
Christi.

1555

Anni
mundi.

5642

1555

5642

Anni
Christi.

1555

Anni
mundi.

5542

dam Danaus, at nimis inuerecande, quoniam sola impudentia hæretica armatus, disciplinatum omnium expers, tantam prouinciam suscipit.

Valentinus Gentilis, cum Seruetianorum fermento Deistarum Lemani lacus undas miscuit, contra quem precipue tertium meum de Trinitate dictaui.

His iam omnibus superstes *Theodorus Beza* quotidie aliquid noui ad iam putis eorum Blasphemias addit. *Hac ex istorum scriptis & sarragimbus.*

1555 Ioannes à patria (*Beza in Sconibu.*) sine cognomēto videlicet, quia spurius, gente Belga, ab anno 1517. ad 1555. suos de Religione & Rep. libros produxit quos *Cordillus & Latomus De undecim millibus mendaciorum Slesdani* inscribendos docuerunt, propter apertam Auctoris falsitatem: de qua apud Carolum Imper. conuictus, Basileam euadens, paulò post, nempe anno 1556. desperatione, tædio & miseria, fedam mendacis animam exhalat. *Spenceus lib. 1. Apolog. c. 4.*

In eo plura sunt *απεργα*, quàm *εργα*, *ibid.* Encomiastes Lutheri veriùs quam historicus. *Crom. Collog. lib. 1.* Imposturarum innumerabilium conuictus à *Gropperò Fontano*, *Gennepeo* in Germanica Epitome, *Lindano*, *Copo*, *Staphilo*, *Pontano*, *Billicio*, *Surio*, &c.

H V M A N A.

Maria Stuarda regina Scotiæ *Francisco Delphino*, qui postea regnauit, nubit. *Stuarda* autem familia, cum *Danicæ* esset stirpis, à *Saladini Sultani* temporibus Scotiæ inferta est à *Macolino* rege. Nam is *Valterum* nobilem oriundum è *Dania* virtutis causa, quam aduersus *Saracenos* in *Syria* ostenderat, ad *Stuardi* (sic enim *Scoti* regij conuiuij magistrum vocant) dignitatem euexit. Eius familiæ & nominis reges quinque locabi nomine, centinenter sibi succedentes humanæ miseræ speculum præbuerunt. Nam primus in cubiculo trucidatus, 2. diffracti ærei tormenti frustulo interemptus 3. à filio interfectus 4. in bello ab *Anglis* occisus 5. huius *Mariæ* pater paulò post nuptias, ad eum leui morbo succubuit, ut nonnulli veneno sublatum arbitrarentur. *Iouius lib. 6. viror. Illust. vide plenius infra pag. 377.*

Eod. an. 1555. *Philippus secundus Hispaniæ* regnum adit, *Patre Carolo* cedente, & in sacram solitudinem abeunte.

Eodem *Turci* accessiti à *Gallis* *Corsicam* depopulantur.

Carolus quintus qui *Solymanithi* tantarum virium fastu rumentem solo propè *Castrorum* fremitu aliquoties profligarat, qui *Ariadenum Barbarossam* acie deuictum, ac *Tunetano* regno exutum *Africa* depulerat, qui imperium superiorum *Impp.* ignauia labefactatum ac penè perditum restituerat, qui coniuuantem *Germaniam* retuderat defectionis ducibus victis & captis, qui regem *Franciscum*, & *Clementem* pont. in potestate habuerat, qui in orbe nouo multa præclara in *Dei* & *Ecclesiæ* decus per suos gesserat, ædificatis urbibus, templis &c. qui denique, vno dempto *Carolo magno*, omnes *Occid. Impp.* pace, belloque superarat, religione tactus, quam sanctissimè semper coluit, & aduersus hæreticos assèruit, tædio rerum humanarum affectus, propter cælestium & æternarum desiderium, primus post conditum *Germanicum imperium* (nam *Lotharius Francus* erat) maiestate Imperij *Fratri Ferdinando* relicta, reliquis regnis atque ditionibus vnico filio *Philippo* traditis, ad

1555

5642

vitam religiosam, assumptis aliquot piis, viris, se contulit, & in sacra solitudinem secessit.

Ioannes Fuccius Prutenus Chronologiam vsque ad ann. 1553. ab orbe conscripsit. Postea an. 1566. de quadam coniuratione conuictus sub Sigismundo Polonorum rege laqueo vitam hæreticam finit. Eam aliqui continuauerunt vsque ad an. 1574.

Tammas Sophus de Imperio Mesopotamiæ & Assyriæ excidit. Taurini regiam expilari: Persidem diripi à Solymano passus est. Solymanus postea 400. Turcarum millibus amissis in Carintho cum eo pacem an. 1557. facere cogitur.

Guilielmus à Prato Episcopus Claromontensis Cancellarij Regij, Cardinalis & Legati f. qui postea an. 1559. obiit, relictis copiosis pecuniis & redditibus, è quibus diues Valetudinarium Claromonti, & tria Iesuitarum collegia condenduntur, vnum Lutetiæ Parisiorum, alia duo in Aruernia. Biliomi & Moriaci.

1555. Nicolaus Villegagno, eques Rhodius, Cum Gallico comitatu in Brasiliam Americæ partem Capricorno subiectâ, ad 26. gradus Æquatoris nauigauit. In eius quadam insula ad Genebarum fluu. castrum extruxit, & Collygnium de nomine Admiralij appellauit, vt totâ regionem Franciam Antarcticam, & aliquot ædes tumultuariè ad litus constructas Henricopolim, quòd Henrici 2. auspiciis & sumptibus suscepta esset nauigatio.

Quæ paucis post annis omnia venere in Lusitanorum potestatem, Francis partim cæsis, partim expulsis. Nempè istiusmodi nauigatio non magis succedere potuit, quàm illa Iosaphat Regis Iuda cum Ochozia rege Israël, 2. Par. 20. quòd mixtim eò confluxissent Catholici & Caluinistæ, improbante Deo istiusmodi societatem, ac nolente, vt agrestes illarum regionum populi pro Catholica puritate venenum Caluiniticum ipsis à Richerio Carmelita, & aliquot aliis apostatis propinarum haurirent, sicque à circumueuntibus impijs mare & aridam ad profelytas efficiendum, filij Geennæ plus duplo fierent.

Infelicitatem auxere motus ab hæreticis contra Catholicos excitati, vt proinde Villegagno istos partim stragularit, partim in patriam puniendos præmiserit, mox ipse, nempè an. 1558. infecurus. *Tenetis, & Ioan. Lerius Caluinista, qui istarum tragædiarum magna pars fuit, in sua America. Beza in Iconibus.*

* 25. Maij fatis concessit Gemma à patria Frisius, vulgo dictus, Louanij medicinam publicè professus, Mathematicarum scientiarum, quas domi docebat, rara scientia longè illustrior fuit, quas etiam instrumentis summo artificio elaboratis cum primitis illustrauit; & in aulam Caroli 5. sæpe euocatus cum se modestè excusaret, otium sibi gratia Principum potius esse insigni exemplo docuit, in quo & defecit, calculi malo extinctus, cum tatum 47. an. exegisset, Cornelio Gemma filio relicto, qui easdem artes magna cum laude Louanij professus, inter mortuam patris gloriam solertia propria ac doctissimis scriptis editis renouauit. *Jac. Aug. Thuanus, histor. sui tep. part. 2. lib. 11.*

* 21. Nouemb. Georgius Agricola vltimum vitæ diem clausit, cum annum ætatis 61. ageret. Is de re metallica, fossilibus, & subterraneis animantibus ita accurate hoc sæculo scripsit, vt omnes antiquos in eo genere longè superauerit, & exacta non solum eorum, quæ à veteribus prodita sunt, explicatione: sed & multarum rerum, quæ veniens Arras indagauit, vestigatione

Anni
Christi.

1555

Anni
mundi.

5642

1555

Anni
Christi.Anni
mundi.

1555

1560

231.

i PAVLVS 4. Neapoli-
tanus, ex familia illust.
Caraffa. an. 4
mens. 2. di. 27
Vacat mens. 4. d. 6.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioasaph.

Principibus.

Solymano Turcorū Imp
Tamna Persarum.

Carolo 5. & Ferdinando
eius fratre an. 6. per ordinē,
Occidentis Imperatoribus.

Henrico 2. Franc. Rege,
& usque ad regni Franci-
sci 2. initium.

Claudio Ethiopia.

Philippo 2. Hispania.

Maria Philippi uxore
Catholica Anglia Regina,
deinde Elizabetha sorore.

Sigismundo 2. Augusto
Polonia.

Ioanne 3. Portugallie de-
inde Sebastiano an. 21.

Maria Scotia.

eam historię naturalis partem illustrauerit: addita post
G. Budæum, Leonard. Porrium, & Andræam Alciatum de
ponderibus, mensuris, de pretiis metallorum & moneta-
rum diligentissima tractatione. *Iac. Aug. Thuanus, histor.
sue mpor. 2. parte, lib. 11.*

* 28. Maij Isidorus Clarius, patria Brixianus, profes-
sione Benedictinus placide ad Deum migravit. Is Fulgu-
rij ecclesię per septennium præfuit, vir tribus linguis
doctissimus, qui ad doctrinam Christianam mores castif-
simos, vitam integerrimam, animum nihil præter chari-
tatem & ecclesię emendationem ac vnionem spirantem
attulit, tanta in pauperes largitate, & in omnes benigni-
tate vsus, tantęque sanitaris opinione inde conciliata, vt
post mortem turba ingruente, & inuitis custodibus ædes
perrumpente, totis 40. horis ad deosulationem patuer-
it, nullo fœtore emisso. *Idem Thuanus ibid.*

i. BELLM mouit protegi Neapolitano. Pietate
& virtute insignis.

Ioannes Calvinus ad nundinas autumnales Fræcoforti
an. 1556. cum ministris eius loci de Cœna conferre volēs,
reiectus est, quod se Zuinglianum profiteretur. *Lauatems
in histor. Controuersie Sacramentaria. Surius in histor.*

Eodem anno cum plerique Laici in Polonia vsum ca-
licis in sacramento Eucharistię contentiosè efflagitarēt,
quasi Christus esset exanguis sub altera specie, & Roma.
Pontifex eò misisset Aloysium Lipomanum Veronen-
sem Episcopum ad Regem Polonia Sigismundum, ea
quæstio diuino miraculo est indicata. Nam cum quidam
Iudæus *Bisheim* siue Benedictus in quodam Polonia op-
pidulo Schazetho nomine, tribus milliaribus ab arce
Lonitz, à sua ancilla Christiana, Dorothea Lazezla no-
mine, sacram Eucharistiã (quam ipsa ad pagum Car-
zo die Paschæ susceperat, & ex ore extractam in suda-
riolum reposuerat, vt ad suum herum deferret) tribus
daleris, & veste sericas simbrias habente emisset, & in
synagoga pugionibus, & cultris confodisset, repente ex
illa MVLTVS CRVOR emanauit, quem Iudæi cocleari
in vitreum calicem transfundunt. Hac re paulo post co-
gnita & ad Sigismundum Regem, qui tunc erat Vlnæ
(quæ est vrbs Lituanie Metropolis) delata, mandatur il-
lius oppiduli præfecto secundario, vt totum negotium
diligenter inquirat, & in huius sceleris conscios extremo
supplicio animaduertat. Itaque Dorothea cum Iudæo
suo hereto, die Veneris post Christi Ascensionem flam-
mis exuritur, reliqui item Iudæi sceleris socij (vno exce-
pro qui aufugerat) Calend. Iun. idem supplicium luunt.
Vnde multi & ipse Polonia rex non mediocriter in reti-
nenda Catholice ecclesię communionem confirmatur.
*Historia rerum memorabilium &c. conuersa a Pontano lib. 5.
& Surius in hist.*

Sub hæc tempora imago Crucifixi à quodam lapidi-
bus per indignationem icta emisit sanguinē, sed sceleris
reus Mogutię supplicio afficitur. *Brentius in c. 3. ad Galat.*

An. 1556. obierunt mortem Ioanes Sleidanus Argēti-
næ, Conradus Pelicanus ex minorita, Zuinglianus Ru-
bea qui & omnium pessimus David Georgius Basileæ.

* 6. Februar. Buceri & Fagij hæreticorum cadauera
Cantabrigiæ in Anglia regio mandato exhumentur, &
igne cremantur. *Idem Thuanus 10. 2. li. 12.*

* 25. Augusti David Georgius famosus præstigia-
tor, & impostor Basileę Rauracorum moritur. Cuius im-
postura tribus postea annis detecta à Senatu Basiliensi

sententia lata est, vt cadauer è sepulchro effossim à carnifice vnà cum libris ac eius effigie simul rogo iniecta in cineres redigerentur. *Idem lib. 15.*

* De obsidione Zigethri hoc anno 1556. narrationem scripsit Ioan. Sambucus, quam refert Nicol. Reusnerus inter narrationes rerum Turcicarum.

* Item rerum contra Turras in Pannonia ad Baborzam, & Sgiethum eod. an. gestarum narrationem scripsit Vvolfgäus Lazius regius Historicus. *Idè Reusnerus recessit*
Lutetiæ Franciscus Picardus Theologus, & Andreas Tiraquellus iurisc. an. 1558. Romæ Ioannes Gopperus Theologus & Cardinalis 1559.

Eodem anno Non. Septemb. Lutetiæ summo mane, via Iacobæa in ædibus cuiusdam priuati hominis, qui tunc aberat, ante collegium Pleffiacum, comprehenduntur Calvinistæ siue Lutherani, vt vocabantur, vtriusque sexus circiter 120. qui nocte ipsa illuc ad concionem & preces conuenerant. Ex ipsis nonnulli paucos post dies comburuntur. *Nox & amor vinum, nihil moderabile suadet.*

Eodè iuniores Saxonie Principes & Comites Mansfeldenses Lutherani, edunt separatim publicum scriptum, quo vndecim sectas huius seculi, & præcipuè Zuinglianam, vt execrabiles hæreses damnant. *Surius in hist. Lauater in hist. Controuersia sacramentaria.*

Anno 1557. Prid. Non. Septemb. inchoatum est Vuormatiæ colloquium inter Catholicos & Lutheranos decreto Comitiorum Ratisponensium, sed turbatum artibus Flacci Illyrici. Aderant Euangelicarum partium 12. ministri, qui à Catholicis interrogati, quas sectas confessioni Augustanæ consentaneas, & dissentaneas existimarent (quòd variæ sectæ sub Augustana confessione comprehendi vellent, & decretum esset, cum iis duntaxat colloquium habendum, qui essent antiquæ Religionis vel Augustanæ confessionis) per 16. dies inter se concertarunt, cum alij ex ipsis sectas quasdam vt à confessione Augustana discrepantes damnarent & excluderent, alij retinendas, eisque parendum censerent. Ea concertatio eò vsque progressa est, vt ex 12. ministris, 5. reiecti & excommunicati fuerint, tanquam contrarij confessioni August. in præcipuis capitibus, vt de Lege & Euangelio, de Libero arbitrio, de Iustificatione, de Operibus, de Sacramentis, & vsu Cæremoniarum. His ita gestis, quia à 7. reliquis Ministris nunquam impetrari potuit, vt sigillatim multiplices sectas à confessione Augustana secernerent & damnarent, ne inanis esset labor colloquij, illud vix adhuc benè cœptum intermittitur & suspenditur, *Amsdorffius in libro Publica confessionis puræ doctrinæ Euangelij &c. Nicol. Gallus in suis Thesibus & hypotypos. Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano libro quinto. Lauatherus in histor. controuersia Sacramentaria. Sur. in histor.*

Dauidis Æthiopum Imperatoris successor Claudius ad Ioannē Portugalliæ scripsit de communionē Catholicorum regū in eunda & obedientia summo Pontifici præstāda. Iesuitas ad se missos satis quidē humaniter excepit, sed cæteris non potuit satisfacere, bello Maurico distentus, in quo victus est ac cæsus. *In Epistolis Iesuitarum.*

* 1557. 1. Martij Edictum iuxta pium & honestati publicæ consentaneum à Rege promulgatum fuit, quo clandestinorum coniugiorum contrahendorum licentiæ obuiam itum, & congruēti ratione iuri Romano publicæ honestati cōsultum est. Decretum nempe, nuptias cō-

Anni
Christi.

1555

1560

Anni
Christi.

1555

Anni
mundi.

5642

trahi non posse, nisi consentiant omnes, & qui coeunt, quorumque in potestate sunt, hoc est parentum voluntas accedat. Legi poena addita, ut liceat parentibus exhaereditate filios, qui se inuitis nuptias contraxerint. Mandaturque iudicibus, ut in eos qui huiusmodi nuptias procurauerint, siue consenserint, legibus animaduertant. *Idem Thuanus lib. 13.*

* 3. Martij Altera lex in speciem seuera, sed qua impiis & abominandis parricidiis, quae antea impunita, nunc etiam post legem conditam nimis frequentia sunt, poena constituta est, postulante senatu promulgatur, Foeminae, quae viros non habebant, ubi ex furtiuo complexu conceperat, malo pudore territa, utero celato, ad extremum partus ferè enecabant, geminato scelere famae consulere se existimantes, & enecatos aut in sterquilinum seu profluentem abiiciebant, aut loco profano defossos perdebant, atque ita necessaria sacri lauacri religione, ac sepulturae honore priuabant. Quod si quando res in iudicium deduceretur, pudorem, quod minus culpam confessae essent, causatae, mortuos se enixas dicebant, & ita deficientibus aliunde probationibus, debitam inhumano scelere poenam effugiebant. Nam iudicum in huiusmodi causis incertae plerumque erant & vagabantur sententiae, cum ad mortem alij tanti criminis reas damnarent; alij, quod saepius accidebat, pronioribus ad misericordiam animis, questionum violentiae subiiciendas censerent, ut viuosne an mortuos foetus enixae essent ex ipsarum confessione constaret; quam si obstinato animo ferrent, liberae dimittebantur. Igitur ea lege sancitum, ut quae grauiditatem partumve celasset, neque alterutrius testationem aut de edito foetu seu viuo, seu mortuo proferret, si eum lauacro iustisve exequiarum priuatum probationibus constaret, de illa tanquam parricidij rea vltimum supplicium sumeretur. *Idem ibi.*

H V M A N A.

An. 1558. Franci Duce Francisco Guisiano Principe, urbem Caletum omnium opinione inexpugnabilem 7. obfidionis die 6. Idus Ianuarij expugnarunt. Mox. Guinam arceam munitissimam captam incendunt, & Hamam capiunt, denique Anglos ex tota Gallia exturbant.

* 27. Martij. Ioan. Fernelius Ambianensis cum 52. annos exegisset, Regis Archiatros, Lutetiae obiit, & ad S. Iacobi in Macello sepultus est. Is cum plures annos in philosophicis ac mathematicis studiis summa cum laude exegisset, demum se medicinae totum mancipauit, quam & feliciter fecit, & vniuersam doctissimis & politissimis scriptis complexus est. Quae etsi morte praeventus non edidit omnia, ut nec propriarum observationum desideratissimos libros, tantum tamen verae gloriae iis quae publicata sunt Europa tota est adeptus, ut tanto viro disciplinae suae alumno Schola Medicinae Parisiensis aeternum sit iure gloriatura. *Idem ibi.*

* 24. Aprilis Lutetiae magna popa celebratae sunt nuptiae Francisci Delphini & Mariae Stractae Scotorum reginae, Iacobi 5. & Mariae Guisiorum sororis filiae. Quibus interfuerunt C. Borbonius, C. Lotharingus, Odetus Colignus, Io. Bertrandus Cardinales, Condæus & Rupisferionius Borbonij, Lotharingiae Dux, Memorosius, Guisius, Niuernius, Aumalius. Ex Scotis Glascentis Archiepiscopus regni primas, Oicadentis episcopus, Rothasij, & Calisse Comites, Flaminius, Setonus, Dunius & alij proceres. *Idem lib. 14.*

1560

5647

* 23. Augusti 10. Pena Aquis Sextiis familia senatoria natus, rara mathematicarum artium cognitione insignis, quarum amorem & gustum Petro Ramo, dum in Prælecta schola Lutetiæ doceret, instillauerat, multis Euclidis non antè visis monumentis euulgatis, & latinitate donatis, & explicatis, atque catoptrici præcipuè, in quorum præfatione de vsu cylindrici speculi multa dictu vix credibilia, & quæ plerisque in errorem supersticiosos induxerunt, doctissime demonstrat. Cùm plura ab admirando eius ingenio expectarentur, in ipso ætatis flore, 30. tantùm annos natus, violenta febre exceptus est, ad Carmelitarum in porticu, Lutetiæ sepultus. *Idem ibi.*

* 21. Septemb. qui dies B. Matthæo sacer est, Carolus 5. Imperator animam gloriosissima hinc vita defunctam Deo, qui dederat illam, reddidit, cùm vixisset an. 58. menses 6. dies 25. Regna verò hæreditaria annos 40. Imperium 36. tenuisset. Ante ipsius mortem Cometa 13. Augusti sub vesperam sub coma Berenices apparuit, cauda ad Hispaniam directa, qui paulatim ad ortum vergens 5. Septemb. euanuit. Impunè numquam visus fulgere Cometes. In eo porro principe cum virtute certauit fortuna, vt illius meritis supremū fœlicitatis fastigiū imponeret. Neque verò vllum perfecti magis, & ad omnem virtutem expressi principis exemplar nostra & retro sæculorum memoria reperiri posse arbitror, quod iis, qui ad imperium virtutis via grassantur, ad imitandum proponi queat. Nam quid ei ad summam vtriusque laudem defuit, siue ingenium & prudentiam in consiliis spectes, siue constantiam in aduersis, in prosperis moderationem, præsentiam animi in periculis, temperantiam, & quæ omnium in principe, virtutum culmen ac cumulus est, Iustitiam? *Idem ibidem, & plura notatu digna.*

* 18. Octob. Caroli 5. mortem mox Mariæ Hungaricæ dilectissimæ sororis mors secuta est. Quæ non totum mensem fratri superstes fuit, antiqui moris & grauitatis fœminæ, ad hæc supra sexum fortissimæ. *Idem ibid.*

* 21. Octobris Iulius Cæsar Scaliger annos natus 75. Aginni in Nitiobrigibus vbi vxorem duxerat, decessit. vir quo superiorem antiquitas vix habuit, parem certè hæc ætas non vidit. Nam vt nobilitatem omittam, de qua inter omnes constat, ingenio, animi & corporis robore simul omnes æquales suos facillè superauit. Prima adolescentia militaribus muniis obeundis maxima cum fortitudinis ac solertiæ laude decursa, & quamuis serò ad studia applicato animo, tamen ingenij fœlicitate tantùm profecit, vt ad exactissimam omnium philosophiæ partium scientiam, etiam linguarum, Græcæ præsertim ac Latinæ summam peritiam addiderit, atque in iisdem vsu, siue pedestri, siue numeris adstricta oratione scriberet, quo in vtroq; genere excelluit. Hic vir diuinus cum veteribus comparatus, cùm nemo vnus esset, qui eum, siue ingenium, siue fortitudinem spectes, exprimere posset, Xenophonti & Massaniæ, citra vanitatem componi meruit. Ex Andieta Rupea Lobeiaca nobili fœmina, cui annos 13. natæ iam pronecta ætate nupsit, plures liberos sustulit, ex quibus vltimū hodie superat Iosephus Iustus Scaliger, qui secundum patrem nunc inter literatos, & in re literaria principem sine controuersia locum tenet, verè eruditorum Phœbus, vt politicissimi ingenij vir eum indigerat. *Idem ibi.*

Anni
Christi.

1555

Anni
mundi.

5642

1560

5647

Anni
Christi

1555

Anni
mundi

5642

CONCIL. Colonienſe ſub Adolpho.

Moguntinum.

1560

5547

Eodem an. Nouembris die 15. ætatis verò ſuæ 43. Maria Angliæ Regina Catholica obiit.

Eodẽ die, poſt horas duodecim Cardinalis Polus veſpere defunctus eſt natus ann. 58. menſ. 6. *Suirus*. Quibus duobus luminibus vno die extinctis, magna ſimul & regni & religionis ſubſecuta eſt in Anglia & vicinis regionibus obſcuritas.

Scoti expellunt Gallica præſidia.

1559. Ianuarij 15. in Demortuę locum Angli ſubſtituunt Elizabetham, quam Henricus ex Anna Bolemia ſuſcepit. Hinc reſtituitur Zuinglianiſmus & Caluiniſmus, Clero & Episcopis carcere & rerum ſuarum amiſſione multatis, nonnullis etiam veneno, nece, &c. abſumptis.

Eodem anno, tertio Non. April. Inter Gallum & Hiſpanum inita pace, qua renouata etiã hodie fruimur, Philippo Regi Hiſpaniarum Elizabetha filia Hærici Francorum Regis natu maxima deſpondetur, & Margarita eius ſoror vnica Emanuelli Philiberto Allobrogum ſiue Sabaudorum Duci.

10. Iulij dum celebrantur nuptiæ Philippi regis & Elizabethæ Henrici regis Franco. filia, ſimulque Philiberti Sabaudia ducis & Margaritæ Sororis eiufdem Hærici, ipſe Henr. hæſtæ fragmento per galeam adactò à Montgomerio Comite in cranium, occumbit ex vulnere, natus an. 40. menſ. 3. di. 11. & Regni an. 12. menſ. 3. d. 11. Eius obitus in Gallia locum dedit crebris rerum nouarũ machinationibus & hæreticorum imprimis audaciæ. Vide ipſius elogium P. Paſchalis auctore.

Dithmarſi domantur à Rege Danorum, populus ante liber & inuiſtus, dum Archiep. Bremeniſi pareret & Catholicam fidem ſequeretur. At tum Lutheranifans, dat ſuæ leuitatis pœnas.

Ioanni 3. Portugallia defuncto ſuccedit Sebaſtianus his 21. annis. Nam eius parens Ioannes 4. vt nominatur, ante Ioannem 3. Patrem, mortuus eſt, ita tamen vt Sebaſtianum hunc vix tres menſes agentem reliquerit.

1557. di. 22. Septẽbris Nathalis Brulartus, regius caularum cognitor, pietate, iuſtitia & eruditione illuſtris, moritur: cui Ægidius Burdinus ſucceſſit, ſumma etiam eruditione ac virtute.

1559. Franciſcus Duarenus Iuriſcon. apud Biturigas. In Vngaria Iſabella, quæ rata fœlicitate, fuit regis filia, regis vxor, ſoror, & mater.

* 18. Aug. Paulus 4. Pontif. max. deceſſit, ætat. ſuæ an. 83. menſe 1. diebus 22. Is ſenio effectus, ægritudine ex Henrici 2. morte, quam lacrymis palam teſtatur eſt, contracta, regni illius vicem ſe dolere dictitans, aqua intercute laborare cepit, ex qua crescente morbo, cum ſalus eius deplorata eſſet, Cardinales in cubiculum ſuum acceſſi inbet, & admirabili eloquentia integris ſenſibus, ac ſana adhuc mente orationem coram iis habuit, præfatũſq; ſe viam vniuerſæ carnis ingredi, ac diutius vixiſſe, quàm ſperare potuiſſet: ab iis petuit, vt ſi negligentior in ſenatu cogendo fuiſſet, quàm ratio officij poſtulare videretur, id ætati & aduerſæ valetudini condonarent, deinde ipſos hortatus eſt, vt in optimo ſucceſſore deligendo vota cõiungerent: poſtremo vt ſanctiſſimũ inquisitionis officium, quo vno S. S. auctoritatẽ niti affirmabat, cõmendatum haberet. Ita dimiſſis, patribus, cũ Bartholomeus Cuenæ Cardinalis Hiſpanus, qui remanſerat, caſum ſe reipub. Chriſtianæ, ſi tali paſtore tali tempore orbaretur, dolere diceret, Pontifex Hiſpanica lingua reſpondit, ſe ita vitæ cur-

sum instituisse, ut quoties ex hac mortali vita abeundum esset, Deum vocantem æquo ac prope se animo sequeretur, tum hac se fiducia solari, quod eum catholicae fidei defensor a Deo Opt. datum relinqueret, Philippum innuens, de cuius consiliis in religionis negotio ante cognoverat, quo vindice Rempublicam Christianam quantumvis afflictam recreari, & in pristinum statum restitui posse minime dubitaret. *Jacobus Aug. Thuanus lib. 16.*

* 20. Septemb. Franciscus 2. Henrici 2. filius Ducorj, Franciæ Rex inauguratus est, sacra faciente Carolo Cardinale Lotharingo Remorum Antistite. *Jac. Aug. Thuanus lib. 16.*

* 3. Octobris Hercules Atestinus Ferrariæ Dux, viridi adhuc senecta fati concessit, cum annos 51. egisset. *Idem ib. 1.*

* Annotatū à curiosis, vnius anni spatio, quamvis illud in diuersos annos incurterit, Carolum 5. Cæsarem, 2. Daniæ reges, Franciæ regem, Veneti senatus principem, Pontificem, Palatinum Septemvium, Ferrariæ Ducem, 3. præ terea reginas, Helionoram Franciæ, Mariam Hungariæ, ac denique Bonam Sfortiam Poloniæ, vltimum diem clausisse. *Idem ibid.*

* Hoc eodem anno obierunt Franciscus Duarenus, Amarus Ranconerus, Ioachimus Perionius, Robertus Stephanus, Lucas Gauricus, Io. Baptista Folengius, viri, sua quisque professione, clari. *Idem ibid.*

k H O S T I S Simoniacorum, & plura habentium Beneficia osor dispensationum.

An. 1564. Decretali siue Bulla Fiduciariorum Sacerdotiorum, quos vulgo Custodinos appellamus, perpetuo anathemati subiecit, restitutioni addixit, Simoniacos declarauit, peccati expiationem soli Cathedræ Apostolicæ reseruauit. Inscribitur Bulla contra quoscumque, Ecclesias & beneficia Ecclesiastica quæcumque in confidentiam retinētes seu recipientes. Quod successor Pius 5. renouauit.

Addisū filius Ioānis de domo Martia, ex ciuitate Gezira in Tigri flumine, olim monachus ord. Sancti Antonij Monasterij Sanctorum Rahæ & Ioannis fratrum, electus primas siue Patriarcha ciuitatis Muzal in Assyria Orientali Romam venit, ut confirmaretur, vbi & obtulit Pio professionem fidei & attestationem manu sua pictam & subscriptam, die 7. Martij, An. Dom. 1562. Iurans se credere, recipere, & approbare omnia quæ in sæde Apostolica tenerentur, & se id curaturum in sua iurisdictione, sub qua essent multi Metropolitæ, Episcopi & Dioecelani. Videlicet Arbel Metropolis, Saraua, Hancana Episcopatus, Cheptiā, Metropolis, Caranileys, Achusch. Episcopatus, Nassybin Metropolis, Machazzin, Tallefcaui, Mardin Episcopatus, Sceert, Metropolis, Azzen Episcopatus, Elchessen Metropolis, Zuch & Mesciara Episcopatus, Gurgel Metropolis, Esci Episcopatus, Amed Metropolis, Chiaruchiæ, Hayn, Tamir episcopatus, quæ omnes simul regiones subsunt imperio Turcarum, Ormi superior Metropolis, Vscimi & Cuchia Episcopatus, Ormi inferior Metropolis, Dutra, Soldos, Eschinuch Episcopatus, Espurgan Metropolis, Nare, Gien nunc Episcopatus Salamas Metropolis, Baumar, Sciabatam, Vafcham Episcopatus. Omnes Persarum Regi vulgò Sophinuncupato subiecti. In India verò Lusitanis suspecta, Gulchin Metropolis, Cananor Metropolis, Goa Metropolis, Calicut Episcopatus cui subest Carongol ciuitas, quæ adhuc ab Idolatris & Ethnicis hominibus possidetur. *Hac ibid.*

Anni.
christi.

Anni.
mundi.

1560

232

1647

1566

K P I V S Mediolanensis,
ann. 5.
mens. II. di. 8.

1653

Vacat. di. 29.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioasaph,
deinde Metrophane.

Principibus.

Solimano Turcorum Imp.

Anni
Christi.

1560

*Tamma Persarum.**Ferdinando & Maximiliano 2. an. 12. ex ordine Occidentis Imperatoribus.**Francisco 2. an. 1. & post eum Carolo 9. Maximiliano, eius frat. an. 14. Franc. Rege.**Claudio Æthiopia.**Philippo 2. Hispania.**Elisabetha Anglia.**Sigismundo 2, Augusto Polonia.**Ioanne 3. Portugallia.**Maria Scotia cum Francisco 2. Francorum Rege.*Anni
mundi.

5647

Metrophanes Constantinopolitanus Patriarcha centesimus quadragesimus primus sedere incepit anno 1563. in annos 8. vel 9.

Ann. 1560 Lutherani & Sacramentarij ardentissimo odio inter se flagrant, cum scriptis contrariis, tum edictis publicis. Nam Vvitembergenses, quibus præerat Brentius, edictum promulgant contra Sacramentarios: Ienenses ministri edunt supplicationem ad Ioan. Fridericum 2. Ducem Saxoniam, eiusque fratres ac alios principes & ordines confessionis Augustanæ, pro legitima synodo, in qua soli Lutherani conuenirent, & Zuinglianos atque alios, quibus aduersantur, condemnarent. Contra ab Heidelbergensi academia post publicam disputationem Zuinglianos contra Lutheranos, Heshusius Lutheranus abire iussus est: & mox Superintendentes Heidelbergenses edunt decretum, quo Lutheri & Brentij Catechismi extra Ecclesiam eiiciantur, & eorum scripta nullam habeant auctoritatem. *Lauater, Zuinglianus in hist. controuersie Sacrament. Surius in hist.*

Magni tumultus à nescio quibus Euangelicis religionis causa excitantur in Gallia, & Allobrogibus,

In Scoria etiam mitè tumultuatum est, dum Caluinismum amplectuntur, Anglis suppetias ferentibus, qui & ipsi hereticum furorem fuerant amplexi. *Surius.* Primi autem Scotorum ministri fuere Paulus Methuë pistor, & Ioan. Knox è presbytero apostata, indeque Necromanticus.

Regina Scotiae Maria Guisiani olim ducis filia, Mariæ, quæ Fracisco 2. nupsit, mater, inter hos motus Edimburgi tædio & curis moritur. *Surius.*

In Vualia regione Angliæ crux inuenta est, in quadam fraxino turbinis vi & tempestate deiecta. *Idem, & Alanus Copus in Dialogo.*

Magdeburgenses ministri, quorum antesignanus est Matthias Flaccus Illyricus Centurias diuulgantur errorum, mendaciorumque plenissimas, contra quos Alanus Copus Anglus paulò post sex Dialogos edidit, Bucingerus centuriam vnam, Canisius libros de corruptelis scripture, nepè de Ioâne, & de D. Virgine. Turrianus opus pro Epistolis Pontificum decretalibus. Nos huius Operis posteriorem partem, quam speramus suffecturam ad eorum fraudes & calumnias detegendas atque dissoluendas, aut certè iter præmonstraturam, vt quisque facile per sese cætera adiiciat. Nam facile est inuentis addere. Quin & res ac historias ab istis prætermittas magno numero colligauimus. Studuerant enim immanibus illis voluminibus non historiam scribere, sed fabulas, vt Pontifices traducerent.

Genevæ nefandissimum concilium de Francisco 2. Rege Franciæ, Regina vxore, Regina matre, eius liberis, Proceribus, & bonis Magistratibus ad certum diem per insidias trucidandis, Beza principe, Caluino authore, Ottomano subsignatore, Sipisamio suatore, omnibus Gallie prædonibus & lanistis consciis. *Surius.*

Hinc seditio Amboesiana prætextu boni publici & cõseruandarum legum Franciæ à quibusdam sectariis non admodum claris numero 500. præter aliquot pedites, quæ detegitur 9. Calend. April. Eius quidem duces grauissimis suppliciis plectuntur, at mox Rex omnes reos heresis absoluit edicto publico, modò imposterum fidem Catholicæ Ecclesiæ retinerent. Ex eo tempore, qui prius Lutherani dicebantur, per totam Galliam cœpe-

1566

5653

runt

runt vocari Huguenoti.

E vita excellerunt an. 1560. Robertus Cœnalis Arboricensis Episcop. & doctor Theologus Lutetiæ, 5. Cal. Maij. Ioan. à Lasco Zuinglianus in Polonia Idib. Ianuarij. Philippus Melanchron 13. Calend. Maij. Germaniæ cothurnus, de omni religione securus. Vnde post eius mortem, eum statim quitque hæreticorū sibi vendicare voluit. Calvinus contendebat in sua confessione mortuum, alij in alia.

Multa hoc tempore variis in locis ferebantur visa portentosa, & horrenda monstra, præsertim in Anglia, in qua Londini Pyramis Paulinæ Ecclesiæ tota ferè lignea plūbōque cooperra de cœlo exuritur, deinde mensa illa, in qua hæretici Caluini communionem exercebant. *In Annalib. Angl.*

An. 1561. quidam Lucas Stembergerus docet inter alia, non esse Trinitatem, sed vnum Deum Patrem, Sabbathum esse seruandum, Eucharistiæ & baptisimi sacramentum Satanicam esse institutioem, &c. *Surius.*

In Polonia contra Gregorius Paulus, Cazanovius & alij, tres esse Deos, Symbolum Athanasij esse Sathanasij, &c. Quibus dum Calvinus & eiusdem metalli ministri se opponunt, Authotheani & Antitrinitarij siue Sabelliani euadunt, & doctrinā de Deo Vno, & Trino sceleratis modis conspurcant. Quas blasphemias etiam hodiè perpetuant. *Vide nostros libros de S. Trinitate & contra Scheckij.*

Eodem anno, quod multæ nouæ hæreses, prætextu confessionis Augūstanæ irrepere, fuit conuentus Principum Numburgi in Thuringia, in quo egerunt de Zuinglianis solenniter condemnandis, sed id à quibusdā principibus impeditum est.

Saxones etiam Lutherani ad sedandos motus propter rem Sacramentariam exortos conuentum agunt Lunæburgi, damnantque hæreseos Albertum Hardemburgiū Zuinglianum. *Lauaterus in histor. controuersia sacramentaria.*

In Transyluania alij Lutheri, alij Zuinglij doctrinam sequuntur magno apud Turcos ludibrio religionis Christianæ. Bremenses omnes Lutheranos vrbe sua exire iubent. *Ibid. & Surius.*

Institutum fuit à Rege colloquium Possiacum inter Catholicos & Etangelicos, sed cū primùm publicè, deinde priuatim colloquuti fuissent per aliquot dies, dissoluitur absque vilo profectu. Impudentissimum est mendacium, quod Lauatherus scribit colloquutores Catholicos consensisse cum ministris. Huius fructus fuere Bellimania quæ deinceps consequuta sunt.

1561. anno 16. Cal. Feb. edicto regio permissum est Etangelicis suos cōuentus ac exercitia & negotia suæ religionis extra mœnia vrbium habere, donec aliter à Rege decerneretur, siue vsque ad Concilij œcumenici Tridentini: determinationē. Promulgatur in senatu Parisiensi Pri. Non. Martij, cum hac clausula. *Auduo procuratore Regis, absque tamen approbatione nouæ religionis, & id totum per modum prouisionis, & donec aliter per Dominum Regem fuerit ordinatum.*

Francorum exulum (qui erant Zuingliani) Ecclesia cū Francforti per annos ferè 7. mansisset, anno 1561. 9. Calendas Maij. Senatusconsulto Francfordiensi vrbe excedere, aut ab exercitiis suæ religionis abstinere iubetur: quod ipse à Lutheranis siue Germanis ministris disparēs essent & religione, & cæremoniis, & doctrina, quodque à præ-

Anni
Christi.

Anni
mundi.

1562

CONCIL. Tridentinum aliquandiu interruptum continuatur, præsentibus 4 Legatis sedis Apostolica, & præsentibus 2. Cardinalibus, 3. Patriarchis, 21. Archiepiscopis, 168. Episcopis, 7. Abbatibus 7. Generalibus ordinum, 39. procuratoribus absentium cum legitimo mandato. Durauit, an. 1. m. 11. d. 4. Clausur die 4. Decembris 1564.

5649

1560

5647

Anni
christi.

1560

Anni
mundi.

5647

cipuis capitibus confessionis Augustanæ, eius Apologia, pacificationis Vitembergenſis, factæ ann. 1536. deniq; Francfordienſis concordiæ actæ an. 1542. 5. Id. Decembris, diſſentirent. *Vide huius rei acta & hiftoriam editam à Fraciſco Philippo.*

1562. Menſe Maio factus eſt conuentus Luneburgenſis à Lutheranis contra Calviniſtas & Sacramentarios. Metuebant enim Lutherani, ne irrepentibus iam in Saxoniam Calviniſtis, ipſi ſolum vertere cogerentur.

Tilmannus Heſſuſius Loth. contra Calvinum, Boquinum & iſtius ſæcis miniſtros ſcribit.

Paulus Alciatus Calviniſta, Mahometanus tandem effectus eſt. *Beza præfa. in acta Valerini Gentilis. pag. 17.* Calviniſmus ſcilicet gradus eſt proximus ad Mahometiſmū. Unde & Valentinus Gentilis. probabat ſua dogmata è veteri Teſtamento, nouo & Alcorano, quali hæc tria eſſent *ἑσθητος*. *Benedictus Aretius Bernenſis miniſter cap. 1. & 3. Hiftoria Valerini Gent.*

Petrus Martyr Florentinus, ordinis quondam S. Auguſtini pridie Idus Nouemb. non ſine ſuſpitione veneni à Calviniſtis propinati, dum reſpondere parat Brentio monſtroſam Vbiquitatem introducenti, & Calviniſtis, à quibus vt ſpectrum in Euchariftia conſtituentibus proximè in Poſſiaco conuentu diſſenſerat, exclamans pro ſua parte, neque reiſa Corpus Chriſti eſſe in Euchariftia, neque reiſa ſumi, cum iſti affirmarent reiſa quidem abeſſe, reiſa tamen ſumi, quod eſt prodigij pluſquam ſimile, inſœlicem exhalat ſpiritum. *Spenceus in Apolog.*

Olim cum ei non ſuſceſſiſſet conſilium cum Ioanne Valdeſio Hiſpano initum de (hæreticorum) aliquo cœtu cogendo tum viris tum ſceminis frequentato, (Nam hæc Beza verba ſunt) & paulò poſt Romæ vſtulandus eſſet, Luca Italiæ oppido, in cuius monaſterio Pauli Epiftolas profitebatur, fugit Tigurum cum Bernardino Ochino Capucino, qui poſt fuit Trinitarius, & magnas turbas inter Euangelicos excitauit. *Beza in Iconibus.* vbi nota hæreticos libenter Rabellerij iſtius Athei conuenticulū excitaturos, quod ſit tam ſceminis, quàm maribus commune, quale etiam vnus ex eorum maioribus Nicolaus Antiochenus Apoſtolorum ſæculo, indèque aliquot alij impurioreſ hæretici animo complectebãtur, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

Ex eiufdem ordinis monaſterio Petrum Martyrem ſecuti ſunt Paulus Laciuſus Veronenſis, Argentiniæ poſtea Græcizando vitam tolerans, Celfus Martinengus Italicę Geneuenſis ſynagogæ miniſter, Hieronymus Zanchiuſ, nunc Argentiniæ, nunc Heildebergæ, modò Neoſtadij, modò in Rhoetia exulans, & Emmanuel Træmelliuſ (e Iudæo quilibet profecta principum, è quibus poſſit aliquid lambere.) *Ibid.*

Ann. 1563. Bullingeruſ calamitoſuſ ſenex Brentio reſponderet: calamitoſuſ deinde moritur Tiguri anno 1575. Ita inter Lutheranos, Calviniſtas, Zuinglianos rixa eſt implacabilis, quam non niſi mutuis cædibus placare poſſint.

Menſe Martio, in ſuburbio Auguſtæ Vindelicorum textoris cuiuſdam filia ann. 20. nata à malo dæmone obſeſſa, cum à Lutheranis nullo modo liberari poſſet, quòd Satanæ Satanam non eiiciat, à Simone Theologo & Catholico Eccleſiaſte. apud D. Mauritiuſ Auguſtæ, inuocato nomine Chriſti, liberata eſt. *Nouiodum in Veromanduiſ natus.*

1566

5653

* 25. Iulij qui D. Iacobo facer est, Ferdinandus imperator, sicuti p̄dixerat, placide in Deo obdormuit, cum sexaginta annos nouem menses vixisset. Imperium solus 7. annos administrasset. Is leui febre initio, mox vehementiore per semestre tentatus, accedente aqua intercutē, quę massa sanguinis corrupta, iam per se tumore insolitum prodebat, cum summum diem instare p̄sageret, non tamen se ante festum S. Iacobi diem fati concessurum affirmavit. Nam ita Deum decreuisse, vt quę admodum, inquit, is peregrinus apud nos, ita ego Hispaniarum infans extra solum natale cum ipso peregriner. Princeps fuit prudētia, iustitia, liberalitate, mānētudine, assiduitate, vigilantia nulli secundus. Sed supra eas omnes virtutes, pietatis in illo, & pacis in domo Dei constituendę p̄cipuum studium fuit. Moriens ex Anna Ludouici Pannoniæ regis sorore 15. filios reliquit, & in iis quatuor masculos, ac vndecim filias. Quarū Elisabetha, ac deinde Catharina Sigismundo Augusto Poloniæ regi elocata sunt. Ceteræ singulis ferè Germaniæ & Italiæ principibus nupsērunt. Sed nulla re fœlicior fuit, quàm successore Maximiliano, qui vestigiis paternis insistens rara prudentiæ & æquitatis laude imperium post eius obitum administravit. *Iac. Aug. Thuanus lib. 36.*

Anno 1564 Ioan. Caluinus decimo quarto Calend. Iunij tam variis morbis extinctus est, petulantis & effrenatę suę impietatis pœnas expendens, vt (nisi à Beza scriptum esset, *Præfatione Comment. Caluini in Iosue, & in istius vit.*) vix crederetur. Per quatuor ferè annos discruciatu nonē horrēdis morbis, Colica, Calculo, morbo articulari, Hæmorroidibus, febre phtisica, Asthmate Hemicranio, Catharro cōtinuo, Vomitu denique sanguinis. An mētiar Beza, esto tu iudex. Nam ad verbum ista ē tuo Gallico opusculo exscripti. An Herodes terribilius animum Sarnæ reddidit, equidem nescio. Tanquam forex, Beza, tuo iudicio peristi? Cur ista de tuo p̄ceptore vel etiam Patre (sic enim eam flebiliter nominas, cui scis te nunquam fuisse cordi) nō occultabas? Cur famę tui doctorculi sic malē consultebas? Sicuti iussit, nullo sepulchri apparatu elatus est, postquam Geneuensem cloacam totos viginti tres annos fouisset. *Beza in Iconibus, in quibus Caluinum pingit horribili f̄rma, vultu scilicet funesto, barba barbarica, ore hiante, & scaturiente.*

Quinto die Martij Ingolstadij obiit Fredericus Staphylus an. ætatis 51. vir doctissimus, qui se à Luthero ad Catholicam rediisse scripsit, cum aliis de causis, tū quia se p̄sente Lutherus anno vno ante obitum ab Energuмена vllis exorcismis dēmonem non modò non potuisset eicere, sed etiam ab eo in ipsum insiliente, & serans, ne egrederetur, miscente, egregiè vapulasset, donec per loci fenestram semimortuus à lociis extraheretur, qui & ipsi per fenestram exilierant. *Ipsæ Apolog. 2. Similem historiam de filiis Sceuę exorcistis Iudæis refert. D. Lucas Act. 19.*

Multi Sinenses, populi Noui orbis, in Oriente fidem Christi suscipiunt. *Sur. in hist.*

Eodem anno mense Aprili inchoatum est Mulbronēse colloquiū inter Lutheranos & Zuinglianos siue Caluinistas, p̄sētib; Palatino electore & Duce Vvitembergensi, cui etiam interfuit Brentius, colloquutore Iacobo Smidelino pro Lutheranis contra Boquinū Zuinglianum: Inter quos post longam concerrationem non solum nulla fieri potuit concordia sed odium & simul-

Anni
Christi.

1560

Anni
mundi.

5647

1566

5653

Anni
Christi.

1560

Concilium Provinciale Mediolanense 1. *Carolo Barhomæo S. R. E. Cardinale Preside an. 1565.*

Anni
mundi.

5647

tas acrius exaruit, se mutuis iniuriis proscindentes: Vvitembergenfes vocabant Palatinos, ſectarios, falſarios, quòd corrupiffent verba Luca: contra Palatini dicebant Vvitembergenfes noua, falſa, & inaudita dogmata proferre, ſuis ſomniis ſcripturam peruertere, & de vna eademque re affirmanter & neganter ſolere reſpondere. Vide acta eius colloquij tam ea, quæ ab Vvitembergenſibus, quam quæ à Palatinis (qui ſcriptum Vvitembergenſium crebrò mendacij inſimulant) edita ſunt.

1565. Scotia magnis motibus concutitur ob hæreſim.

Eodem an. fuit Colonia vit grandæuus ex Thebaide ab Alexandrino Ægypti patriarcha, qui eiufdem Patriarchæ nomine obedientiam Romano Pont. in ſcripto affertet. *Surius.*

Indi magis ac magis ad fidem conuertuntur. *Surius & Ep ſtole Ind ce.*

Franciſcus Xauier, Cantaber qui primus è ſocietate Ieſu ætate noſtra Indis Chriſtum prædicauit, miraculis clarus moritur. *Surius.*

Hoc anno exorta eſt in Anglia è Caluiniftarum omniumque iſtiusmodi hæreſeon ſentina ſecta noua Puritanorum, ſic appellata, quòd tam purè ſe à Catholica ſeparent, vt nec orare in templis, quæ fuerant olim Catholicorum, nec clericali veſtitu indui, aut vllò proſus veteri ritu vri velint. Quam ipſi opinionem vſque ad bonorum amiſſionem & vinculoꝝum perpeſſionem defendunt, etiam contra ſuam Reginam, quam alioqui caput ſibi conſtituerant in omnibus cauſis tam Eccleſiaſticis, quam ciuilibus. *Sanderus de Monarchia Eccleſiaſt. lib. 5. cap. 4.*

Mameiacus miniſter Chalnienſis Dæmoniacum ſibi oblatum, culeo inſutum in Iſare annis profunda, ſaxis aggravantibus demerſit. *Favius in ſuo Emergumenico, pagina. 56.*

Paulo poſt Nicolaa Dæmoniacæ porreſtione Euchariſtiæ tandem ab Epſcopo liberatur Lauduni, circumſtantibus decem hominum millibus, & notariis publicis acta omnia excipientibus, procuratore Caluiniftarum, qui re ſuppoſitam quoquo modo videri cupiebant. *Idem & Guil. Poſtellus ac Ioan. Boſeſe presbis. colleg. montis acuti Parisiſis.* Historia huic planè ſimilis, quam narrat Proſper de Dimidio temp. cap. 6.

8. Decemb. è vita deceſſit Pius 4.

H V M A N A.

1560. Franciſcus 2. Rex Francorum Prid. Non. Decembr. non ſine veneni ſuſpicionem interit, dum conuentus trium ordinum Aureliis celebraretur: in quo liberrimè pro Eccleſia, vt virum bonum decuit, contra hæreſim & eius principes Ioannes Quintinus Heduus, multorum librorum eruditus ſcriptor perorauit.

* Triduo anno Franciſci mortem Carolus Marillacus Vienneniſis Archiepiſcopus è vita deceſſit in B. Petri Cœnobio iuxta Melodunum, cum vix 50. annum exceſſiſſet. in Aruernia natus, modico ſed honeſto loco. Quippe cuius maiores Borboniis Aruernorum Regulis diu ſeruierunt. *Fac. Aug. Thuanus. lib. 18.*

Illo anno Carolus 9. frater Rex Francorum ſexageſimus primus regnum ingreditur.

Mofci deletis 6000. Tartarorum redeunt in Liuoniam. Liuonij à Polonis auxilia petunt.

Baiazethes & Selymus Solymani filij inter ſe dimicant ad Anaſum, deinde Alepum Syriæ. Baiazethes victus fugit ad Perſas, vbi & moritur.

1566

5653

* 25. Nouembris Andræus Auria, vir foris & domi clarissimus Genuæ in suburbanis suis ædibus regia magnificentia à se extructis mortalitatem exiit, cum a n. 93. attigisset, eo minore fama, quod effectis animi & corporis viribus, & pariter bellicis ac ciuilibus muneribus obbeundis inutilis ciuibus suis iam despectui esse cœperat, & diu antè quàm moreretur, quodammodo in viuis esse desierat. *Iac. Aug. Thuanus lib. 18.* vbi egregias illius viri virtutes, & tota vita laudabiles actiones penè sepultas, in hominum conspectum grata commemoratione producit.

* Aliquanto & antè fatis concessit Ioannes Cardinalis Bellaiorum familia, non solum antiquitate & splendore inter suos, sed meritis erga nomen Gallicum illustrissima ortus, Guillelmi Langæi Subalpinæ olim Proinciæ Protegis, bello & pace clarissimi viri, & Martini superiore anno 12. Martij Glatinij in Cænomanis mortui, qui itidem militaribus, & aliis summis negotiis ac legationibus tota vita sanctus, postremò rerum quas gesserat, aut quibus interfuerat, historiam prudenter iuxta, & purè scriptam posteris reliquit, frater, ipse pariter pace & bello clarus. Nam à puero literis feliciter institutus, ita vt & scitè Latine scribere, & versus elegantes, ac generosi spiritus plenos, quales hodie in manibus doctorum habentur, pangere sciret: inde non tam fortunæ beneficio, quàm merito suo à Francisco maximis negotiis tractandis statim adhibitus, plurimas legationes summa cum prudentiâ, ac præcipuè fidei laude obiit: etiam eiusdem commendatione in Cardinalium Collegium cooptatus. *Idem ibid.*

* Ioachimus Bellaius huius gentilis in dispari fortuna, cæterum ingenio illustri familia digno, quod in poetica præcipuè exercuit, non illi inficiandus eiusdem anni initio, annum agens 27. Ex subita neruorum resolutione Lutetiæ decēssit. *Idem ibid.*

* Ioachimo comitem addemus tertio post eum die in patria cum 62. annos exegisset mortuum Lælium Capi-lupum Mantuanum, arctissima cum eo necessitudine cōiunctum. Qui tanta felicitate Maronis cōterranei sui versibus detorta significatione lusit, vt Ausonij & Probæ Falconiæ, atq; aliorum, qui in simili argumento se exercuerant, laudem prorsus obscurauerit in dispari longè à Virgilij mente materia versatus. *Idem ibid.*

1561. Ferdinandus Imperator in Vngaria sceleriter res gerit contra Turcos & Transsylvanos. Paulò post Transsylvaniæ Vajeuada occupat arcem Zathmar. Vnde initium noui belli.

1562. in regno Franciæ omnia fuerunt funesta. grassantibus per totam ferè Galliam bellis, fame & peste: Plura certè mala vnico anno Gallia à suis pertulit, quàm cunctis superioribus bellis ab exteris. Illis commemorandis propter legem *diuinitas* prudens lubensque supersedeo.

In hoc primo ciuili bello Antonius Rex Nauarra Rhotomagum obsidens interficitur. In conflictu Druy-dum Dux Niuernensis, Sanctandreas Marscalus, & plerique alij desiderantur. Princeps Condæus & Annas Mōmorantius vtriusque partis Ductores capiuntur. Dux Guyssus, dum victoriâ persequitur, in Aureliarū obsidione, proditoriè à Ioâne Pohroto, què Admiralius & Beza subornarāt, glande percutitur, & sexto à vulnere accepto die, hoc est, 24. februarij anni 1563. ad Deum tota mente

Anni
Christi.

1560

Anni
mundi.

5647

1566

5653

Anni
Christi.

1560

Anni
mundi.

5647

reuolutus, & verò pijs ad eum effusis precibus habito cum sacerdote secreto colloquio, & accepto sacro viatico se ad mortem summa constantia composuit, & animam Deo reddidit. Vir utique nostra ætate vel fatente inuidia, maximus, & quauis laude dignus, seu rei militaris scientiam, cum summa felicitate coniunctam siue maturam in rebus agendis prudentiam spectes. *Iac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 34.*

In medijs his Galliarum tumultibus Angli se iungunt Huguenotis, Normaniã vastât, fortissimum maris portû, vulgo Portum gratiæ occupant à Septembri an. 1563. vsq; ad finem Iulij anni sequentis, è quo prius non exierunt, quàm grauissima peste inde discedere coacti sunt, quæ discedentes in Angliam vsq; comitata est, ita vt Londini solum, eo anno plusquam 20. millia hominum perierint.

* Hoc anno ineunte Franciscus Iustus Turnonius, hoc familiare nomen habuit, S. R. E. Cardinalis, Lutetiæ in suis ædibus mortalitatem exiit, cum fere octogesimum ætatis annum attigisset, vir profunda prudentia, rerum agendarum peritia, & singulari erga patriam pietate cum paucis comparandus, à Francisco r. summæ negotiorum præpositus, diem post eius mortem inuidia ex aula pulsus, sed semper maximo in honore etiam ab æmulis habitus. In causa religionis eò visus protestantibus iniquior, quòd in ea quidquam immutari, aut inuouari posse citra publicæ tranquillitatis perniciem negaret. Alioqui à factionibus, quæ miserè hoc regnum postea lacerarunt, alienus, ideòque regibus meritò carus, vt qui in publica regni administratione in qua 30. amplius annos summa cum laude versatus est, ad vnum regis obsequium, & publicam vtilitatem semper collimauerit. Ad hæc literarum & literatorum fautor eximius extitit, quas vt magis promoueret, Ignatij Loylæ sequaces, quos in iuuentute ad pietatem & studia instituenda maiorem curam ac sollicitiam adhibere intellexerat, insueto fauore profecutus est, auctòrque fuit, vt eorum ordo tanquam reipub. literariæ vtilis in Gallia certis conditionibus reciperetur. Instituta in Viuariensi Prouincia, Turnonij, vnde nobilissimæ familiæ gentile cognomen, famosissima schola, & amplissimis redditibus ab eo dotata, cuius curam illius ordinis patribus attribuit. *7a. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 34.*

* Nec multò post-fatis concessit Iacobus Hollerius in Stampensi agro haud procul à Lutetia ortus, Philosophiæ & Medicinæ studiis comprimis clarus, ad quam homo diues, & quæstui, qui vberimus ex ea prof. sione in populosa vrbe colligitur, minus intentus, assidua meditatione acerrimum iudicium attulit, vt deploratos morbos summa felicitate curauerit. Scribendo etiam magnam temporis partem impendit, sed in morbum ex incærore publico contractum incidens, extremam manum illis immortalitate dignissimis scriptis imponere nò potuit, quæ aut à plagiarijs suppressa, aut postea, sed incuriosè edita sunt, magno famæ tanti viri, sed maiore reipub. dispendio. *Idem ibidem.*

Incipit bellum inter Fredericum Daniæ & Ericum Suetiæ reges, in quo Dani Noruegiam recuperant.

Hoc ferè tempore Abdisu Assyriorum Patriarcha Romam venit, vt à Pontifice confirmaretur, & polliceretur obedientiam, seque Conciliorum, & speciatim

1566

5653

dentini decreta omnia suscepturum. *Surius.*

* 11. Octob. Gabriel Fallopius Mutinensis Patavij, vbi publicè profitebatur, obiit immatura morte, quippe cum tantum 39. an. attingisset cum philosophiæ ac cæterarum doctrinarum, tum rei anatomicæ imprimis, variis observationibus locupletatus, atque adeo vtriusq; medicinæ laude ornatissimus, quam & doctissimis scriptis illustravit. *Jac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. li. 34.*

Huius anni mens. Nouembri Francoforti in Romanorum regem eligitur Maximilianus Ferdinandi f.

1563. apud Tartaros Naugaios, è quibus ortus dicitur Tamerlanes, circiter 500. miliaribus Germanicis à Mosca versus Orientem distantes, Murse quidam (sic Nobiles vocant) nomine Imaël monoculus, & insignis Necromanta (Necromantia enim nihil illic frequentius) suis artibus reliquos omnes Mursas, quos armis subigere non valebat, extinxit. Alioqui illarum regionum populi certo destituuntur Domino, domos & sedes fixas nullas habent, viuunt absque vsu pecuniæ, frumenti, salis: sunt sine magistratibus, legibus, iudiciis. Impetium ita partum morte istius discussum est, liberis ipsius, eadem ratione, qua alios necauerat, consumptis.

Paulo post è custodia liberantur capti Calvinistarum proceres, pax agitur non diu duratura. Lugdunenses se reg. dedunt, & Catholica religio apud illos restituitur.

Tum, inito fœdere cum fautoribus nouæ religionis, promulgatur edictum pacificationis quod à rege cum Ambofix esse 19. Martij subscriptum est.

* 18. Iunij Edictum de Transactionibus in senatu Parisiensi promulgatum est. Cum tamen biennio antè cum Rex ad fontembellaqueum esset, id decreuisset. Nempe vt transactionibus, quæ ad refecandam litium pullulantem luxuriam optimum remedium sunt, maiorem vim & auctoritatem tribueret, edixerat, vt quæ inter maiores citradolum ac vim de rebus, quæ in contrahentium commercio ac libera dispositione sunt, factæ essent, nullo pacto rescindi possent, ne læsionis quidem vltra dimidiam iusti pretij obtentu, vel etiam doli, qui ex re ipsa non personarum facto inest. Sed agentes contra illas statim à limine iudicij repellerentur. *Idem Thuanus lib. 35.*

* 18. Augusti Stephanus Boerianus Burdigalensis senator, Salaria, quod erat illi natale. solum in Petrocoriis vltimum vitæ diem clausit, admirando vir ingenio, & multiplici eruditione cum exquisita facundia coniuncta insignis, quam ad civilem scientiam ferè inflexerat, rara & supra ætatem prudentia, rebus maximis gerendis par, nisi longius ab aula positus, & præmatura morte ereptus esset, quæ & diuini huius ingenij fructus publico inuidit. Michaelis Môtani tamè singularis eius amici cura factum est, vt non omnis mortuus sit, publicatis aliquot scriptis posthumis, quæ elegantiam miram, & sensu reconditorum acumen sapiant. *Jac. Aug. Thuanus lib. 36.* Idem Montanus historiam morbi, & mortis ac nouissima verba Stephani Boetiani recensuit epistola ipsius poematis subiuncta, & Luteriæ excula apud Federicum Morellum 1571.

Mense Decembri finis optatus impositus est Synodo Tridentinæ.

Presbargi in Vngaria in regem coronatus est Maximilianus Romanorum & Boemiæ rex.

1564. Rex Daniæ & Lubecenses bellum, quod superiori anno in Regem Suediæ susceperant, continuant. Litua-

Anni
Christi.

1560

Anni
mundi.

5647

1566

5653

Anni
Christi.

1560

Anni
mundi.

5647

ni Moscos ad Vbium oppidum profigant, & e sua provincia eiiciunt.

Hispanica classis Mauritaniam littoralem infestat e regione Beticæ.

* Hoc anno Michael Hospitalius Lutetiæ Parisiorum condito edicto inter alia grauter ad licium ambages rescandas, & iudiciorum ordinem corrigendum constituta; vltimo edicti capite sanxit, vt in posterum anni initium a calendis Ianuariis putaretur, & ita in actis omnibus, archiuis, instrumentis, contractibus, constitutionibus, edictis diplomatæ regis, ac literis, scripturisque omnibus priuatis seruetur. cum antea in actis iudicis, & aliis publicis a Paschali die, aut ab incarnatione Domini principium anni duceretur. *Iac. Ang. Tbuanius histor. sui temporis lib. 36.*

* In hunc annum incidit Ioannis Buteonis mors, qui Orontij Finæi mathematicarum artium apud vios instauratoris primùm discipulus præceptorem longè superauit, cum eo de quadratura circuli acerbè postea digladius. Is loco nobili natus, & vt perhibetur e Germania oriundus ad exonerandam, vt fit, familiam, quæ 20. liberorum prole grauabatur, vitam monasticam in S. Antonij Viennensis cœnobio a puero professus fuerat, vbi in otio vir ad literarum ac scientiarum illarum præcipuè studia natus multa scripsit, multa itidem adiuuenit; imprimis in Musicis instrumentis & machinis nouis fabricandis ingeniosus. Cuiusmodi complura industriæ suæ monumenta vitæ ab omni ambitione alienus, qui a labore & meditatione nunquam cessaret, tota vita, quæ illi ad 75. annum vsque a Deo prorogata est, edidit. *Idem ibidem.*

Ferdinandus Imp. 8. Cal. Aug. moritur, & Maximilianum 2. filium Imperij successorem relinquit.

Hoc anno Turcarum arx munitissima. *Peuol di Volez*, appellata ad Africæ oram sita capitur a Garfia Toletano pro Rege Catholico 6. die Sept.

* De expugnatione arcis Toccaiz anno 1565. narrationem scripsit Ioan. Sambucus & Nico. Reusnerus inter narrationes historicas rerum Turcicarum recensuit.

Melita siue Malta insula a Turcis oppugnari cœpta est an. 1565. 15. Cal. Iunij. In obsidione ceciderunt ex 500. equitibus Rhodijs siue Ioannitis 313. alijs ferè omnibus valdè vulneratis: Turci audito aduentu Garfiæ Proregis Siciliæ soluunt obsidionem 6. Non. Septemb. post 3. mensem & 17. diem, quàm descenderant in insulam, relictis illic suorum cadaueribus 23000.

* In ea obsidione admirationi imprimis fuit immanium tormentorum ab hostibus relictorum species. Nam quædam ex iis globos lapideos 300. pondo, alia globos ferreos 60. alia denique 80. torquebant. & inita exorta ratione amplius 60. millia emissionum a curiosis numerata sunt. Omnino in illa obsidione maximè omnium memorabili, quæ quatuor menses continuos durauit, singularibus libris ab Hieronymo comite Alexandrino, Vberto Folieta, Cælio Augustino Curione, Salazario, & omnium copiosissimè ab Antonio Francisco Cirreo, & ex nostris a Claudio Grangæo descripta, ex Turcis perierunt 20. millia, quorum 12. millia bellatores fuerunt, cætera turba remiges ac nauæ ex Christianis in arcibus S. Hermetis, Michaelis, & in oppido 9. millia omnis sexus & ata-

1566

5633

tis vario mortis genere absumpta sunt. *Iac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 38.*

In Liguria haud procul à Nicæa aliquot vici repentino terræ hiatu absorpti sunt. *Idem.*

Maximilianus Cæsar contra Turcas & alios quosdam Duce Lazaro Schuendio res in Hungaria gerit. *Idem.*

* Aprili mense 1565. Carolus Rex Tolosæ cum esset, ex Reginae matris voluntate mutatum Alexandri Regis fratris nomen, isque Henricus de Patris nomine dictus est, & mox mandatum, ut frater eius, qui prius Hercules vocabatur, & in Vicenarum castro relictus fuerat, deinceps Franciscus appellaretur, ut ita patris & aui nomen in iis renouaretur. *Iacob. Aug. Thuanus histor. sui temp. li. 37.*

* 9. Aprilis Rex Carolus Burdigalam in Biturigibus Vibiscis venit, ubi maiore quàm alibi pompa exceptus est, 300. armatis equitibus obuiam profectis, cum exterarum nationum turmis quasi captiuis, in quibus erant Græci, Turci, Arabes, Ægyptij, Taprobamenses, Indi, Canarienses, Mauri, Æthiopes, Canibali, Americani, Brasilienses. Quorum duces pro se quisque propria lingua ad Regem verba fecerunt interprete adhibito, qui singulorum verba explicabat. Inde Rex per portam, cui à rubro galero nomen, & viam latissimam eiusdem nominis, ingressus est. Cùmque ad medullianam portam venisset, per machinam demissa virgo in concha Regi ciuitatis claus obsequiosè obtulit. *Idem ibid.*

Adrianus Turnebus in Græcis præceptor meus, professor regius natus an. 53. obiit Lutetiae pridie Idus Iunij. Catholicus, etsi hæretici contrarium spargere conati sunt.

* De eod. Turnebo hæc paulò clariora in studiosorum gratiam è li. 38. histo. sui tempor. *Iac. Aug. Thuanus huc transtulimus.*

Annus & hic abstulit apud nos maximum huius ætatis ornamentum Adrianum Turnebum Andelij ad Sequanam, familia nobili, sed in tenui re natum, virum omnium virtutum, omniumque literarum genere instructissimum. Qui politionis initio literaturæ Græcæ ac Latinæ, dein philosophiæ in Schola Parisiensi professor regius, plurima raræ eruditionis monumenta edidit, & præmatura tandem morte statim post edita illa æternitate digna Aduersaria, summa omnium ordinum, ad quos vniuersos vnus mors pertinere visa est, moestitia, rebus humanis exemptus est. 12. Iunij, cùm tatum 53. annos vixisset. Huius corpus, quo die mortuus est, uti testamento madauerat, paucis amicis illud deducantibus, nullaque funebri pompa, in scholasticorum cœmeterio hora 9. vespertina conditum est, ubi sepulturæ locum delegerat. Quo etiam loco præstanti doctrina Medicum Iacobum Syluium paucis ante annis sepeliri voluisse meminerat. Quemadmodum verò boni omnes ac literati viuum summopere dilexerant ita in eo mortuo laudando incredibili æmulatione certarunt.

* 13. Iunij paulò post hor. 9. æquinoctialem Maria Stuarta Scotiæ Regina in arce Edimburgensi filium peperit, qui postea Iacobus appellatus, & nunc feliciter Scotorum & Anglorum regno præest. *Idem ibidem.*

* Mense Septemb. Antonius Goueanus debitum naturæ Augustæ Taurinorum persoluit. Is genere Lusitanus, sed adoptione (sicuti ipse, quo erat animi cædore, palàm profitebatur) Gallus, cùm puer & literarum rudis ab Andræa Goueano patruo in Galliã adductus esset, tanta felicitate

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

1566

5653

Anni
Christi.Anni
mundi.

233
I P I V S 5. Alexandri-
 nus an. 6.
 mens. 3. di. 16.

1566
 1572
 Vacat. di. 12.

Patriarcha.

*Constantinopoli Me-
 trophane,*

Principibus.

Tamma Persarum.

Solimano Turcor. Imp. an. 8.

in humanioribus studiis ingenium exercuit, ut nemo purius latinè scriberet, nemo versus elegantius pangeret, in Philosophia verò Aristotelica, tantum profecit, ut eius patrociniū iam tum in illa iuuenili ætate contra Perrū Ramum eius importunum oppugnatorem magna cum laude susceperit. Postea quasi omnium scientiarum æquè capax ingenium illius esset, quodque singuli in singulis, ipse vnus in omnibus præstare pollet, ab Æmilio Ferreto qui Auenione ius ciuile docebat, cum Lugduni priuatis studiis intentus desideret, ad illius perplexæ scientiæ professionem euocatus est. In qua rursus exiguo tempore tantos progressus fecit, rationem veram enodandarum ex antiquitate spinosarum iuris quæstionum statim animo complexus, ut Iacobus Cuiacius, cum Tolosæ ante vndecim annos in Vlpiani titulos scriberet. Iam tum testatum reliquerit, Goueanum ex omnibus iuris Iustiniani interpretibus, quotquot sint aut fuerint, vnum esse, cui si quærat, quis excellat, palma deferenda sit. Igitur Goueanus Tolosæ primum deinde Albiæ Cadurcorum, postea Valentia, & Gratianopoli ius ciuile magna auditorum frequentia professus est, impolitorū interpretum, quorum tantus numerus est, mole reiecta. Vnus raris hoc quo gloria communi doctorum suffragio hoc affectus, ut & poeta elegantissimus, & summus Philosophus, & præstantissimus iuris interpres simul haberetur. Quod cælo gallico, in quo à teneris probè institutus fuerat, vir gratus acceptum ferri volebat. *Idem Thuanus lib.*
 I VIR sanctus eo nomine etiam hæreticis venerabilis & Turcis formidabilis, aduersum quos fœdere sacro colligauit Hispanos, Venetos, Italiae proceres, equites Melitenses, cæteris Christianis Principibus ad hoc fœdus inuitatis etiam Moschis & Presbytero Ioanne, ite ex Profanis Sophi Persa. Quod cessit fœlicissimè in Lepantina pugna, de qua mox.

Pontifex longiore sessione dignissimus ad corruptelas nostrorum temporum profligandas, Pontificios reditus omnes vsu belli sacri. i. Turcici & Hæretici cæterorumque piorum operum contulit. Maiores mensæ & camerae suæ sumptus quadraginta duntaxat assibus faciens, quàm in Cardinalatu.

Diuinitus electus præter omnium expectationem. Cui priuatim singuli reiecturi viderentur, communiter vniuersi Pontificem nihil tale cogitantem declarauerunt 7. Idus Ianuarij 1566. & coronatus 16. Calend. Februar. *Onuphrius.*

Noluit missilia dare (ut mos erat) ne compressione turbæ, aliqui suffocarentur, sed maiorem pecuniæ summam diuisit in monasteria, loca pia, & vrbanos pauperes.

Ex Opilione Bononia oriundo Dominicanus, inde Cardinalis, demum summus Pontifex: cui illud Psalmi 77. competit. De post fœtantes accepit eum, ut pasceret Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.

Miræ sanctitatis & concilij Tridentini rigidus observator, tres Cardinales præposuit cognoscendis causis quibus Episcopi Romæ detinentur, ut si idoneæ non sint, ad suas dioceses extrudantur. Concubinatum omnem perpetuis carceribus aut exilio multauit, etiam reuentibus Romanis ciuibus, nec fuit suos consanguineos bonis Ecclesiasticis ditari: Numerum domesticæ familiæ valde imminuit, ut plus in rem Ecclesiæ posset insumere: mul-

etas à reis non coegit : Multos abusus sustulit : Leges seueras tulit contra Simoniacos & blasphemos : Statuit re-signationes beneficiorum simplices non admittere nisi habita priùs diligenti examinatione , num qui designantur essent idonei : Cùm autem aliquis ad ipsum retulisset id esse Curiam destruere , Minus malum est, inquit, destruere Curiam, quàm cultum Dei negligere, & Christianam Reipub. turpiter prodere. Veruit edicto Iudæos Christianum quemquam ad opus conducere. Vide epistolas aliquot nuper editas, de cæteris eius gestis.

An. 1569. renouat decretum siue Bullam Pij 4. contra Fiduciarios, quos Custodinos vulgus appellat. Simoniacos eos pronuntiat, sedi Apostolicæ absolutionem reseruat, cæteris adimit, ac tam eum, qui custodit, quàm illum, qui custoditur, restitutioni alligat, vt sic pro Sacerdotio (verbi causa) 100. aureorum ducenti restituantur. Hoc Simonix genere apud nos plena sunt omnia, magna conscientiarum socordia & pernicie.

Regnum Angliæ proseripit, prædæque exposuit, cuius fulminis vim pij quotidie deprecantur.

Hanc sententiam declaratoriam ann. sequenti, 1570. in ipso Corporis Domini festo Iohannes Feltonus nobilis Londini ad fores Episcopi iuxta summum templum publicè affixit, qui postea damnatus & in cratem injectus suspensus est, deinde fune præcisso viuus adhuc multa tormenta alia subiit. *Sanderus libro septimo, de visib. Monarch.*

Tridentinum concilium seruandum curauit, quantum in ipso fuit, è cuius præscripto Breuiaria, Sacerdotalia siue Missalia, & preces horarias recensuit, Catechismum emisit, &c.

Dæmonicas multas suis precibus in publicis supplicationibus liberauit.

Gravi Calculi morbo pressus solebat exclamare, Adauge Domine dolorem, sed da patientiam.

Ordines Monachorum multos reformauit, & certis regulis adstrinxit.

Aureum nomen in Calendario restaurauit.

Cardinalatum recusanti, & cum lacrymis deprecanti Hieronymo Sucherio Aruerno Abbati Clareuallensi simul ac Cisterciensi obtrusit. Ei autem in morte nominati ad Abbatiam quidem Cisterciensem Nicolaum Bucheratum, ad Clareuallensem autem Lupinum Myreum religiosos eiusdem ordinis, magnis virtutibus instructos, assensit, ne illi profanis more Gallico prostituerentur, & hos bolos è principum conuorūque aulicorum frustra renitentium faucibus fortiter eripuit.

170. Cosinam Mediceum magnum Ducem Hetrurix creauit, cum antea dux Florentix tantum appellaretur.

Adamas Claudij frater Æthiopum Rex, olim fidei Christianam eiurarat, crudelis & sæuus erga sedem Apostolicam contra morem maiorum initio Imperij male affectus, hodie melius. *in Epistolis Iesuitarum.*

1566. Albinus nobili Valzergorū & Seresiorū Ioā. familia ortus, Tholosanus Ecclesiastes & Archidiaconus, fidei defensor, & voce & libris clarus, toti Aquitanix charus, obiit 13. Calend. Sept. sub horam noctis decimā, natus ferè 38.

Eodem Despina & Roserius ministri conferentes Lutetix de Religione cum Simone Vigoreo & Claudio Sā-

Anni
Christi.

1566

Maximiliano 2. Occid.
siue Rom. Imp.

Carolo. 9 Maximiliano
Franc. Reg.

Claudio Æthiopia, dein
de Adama sto.

Philippo 2. Hispania.

Elizabetha Anglia.

Sigismundo 2. cog. Augu-
sto Polonia.

Sebastiano Portugallia.

Maria Scotia.

1572

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

atio Parisiensibus Theologis, postea à que Episcopis Narbonæ, & Ebroici, turpiter victi ac triumphati causam præbuerunt, vt in proxima synodo Caluinistæ decernerent, nullas deinceps cum Catholicis collationes esse habendas, ne ob frigida & manca suorum deputatorum responsa, plurimum sui Euangelij incrementis decederet. *Launeus lib. 2. in Apolog. c. 12. qui Synodo interfuit, nondum eu-rato Caluinistarum ministerio.*

Hac Theologorum collatione percussus Roserius nec deinceps animo quietus, an. 1572. Catholicus factus est, & pro Catholica fide libellum Caluinistis exitiosum vulgavit. Sequenti autem propter minas insidiarumque in Germaniam euadens, Lutheranismum professus est, vt paulò post nec Catholicus, nec Caluinista moreretur. *ibid.*

Elias, Eliæ Leuitæ, qui Merhurgheman, Tisbi, Bahur, Zicronoth, Masoreth, & multa alia scripsit, filius, Romanæ synagogæ Iudæorum præpositus, cum tota sua familia sit Christianus, & à PP. baptizatur prid. Idus Iunij. 1566. Eodem an. eius exemplo Iudæi plus 300. fidem Christianam suscipiunt.

Carolus Molinæus Iuriconsultus obiit mense Decembri. Statuerat multa contra Caluinistas scribere inter quos diu vixerat, etsi perpetuò cum eis altercans æquè ac cum Catholicis, sed magno eorum commodo morte est præuentus.

Belgium commouetur, in multis locis sacris imaginibus deiectis.

Franciscus Sonnius Episcopus Boscoducensis, Vuilelmus Lindanus Ruremundensis, Cornelius Iansenius Gandauensis, Cunerus Leuoardiensis, vt primi suarum Dioceson in episcopatus novos erectarum præfules, ita & probi iuxta ac docti.

Ioannes Hesselius Louaniensis, Iudocus Rauesten Tiletanus, Sixtus Senensis doctores Theologi.

1567. Cambresij quidam Ioannes Carmelita apostata mutato nomine se Philippum vocat. Captus pernegat se eum esse, etiamsi multi & mater ipsa certis indiciis id ostenderent, & ad resipiscentiam hortarentur. Cum suspensus fuisset, sparso rumore heretici excitatum dixerunt, ac in Francia concionari. Eius ergo cadauer perquisitum, denuò est suspensum.

Ad reliquias S. Liuini Gandau abscõditas clauda mulier sanata est, & alia facta miracula, quæ in publica acta relata sunt.

Flaccus Illyricus renouat Manichæos furores de causa & essentia peccati.

1570. Vncti in Surrria Comitatu Angliæ, c. Caluini schola oriuntur, qui docent peccare neminem, nisi qui veritatem ab ipsis prædicatam non recipit, &c. *Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia.*

Eodem Ioannes Kohita, minister legatorum Sigismundi Regis Poloniæ, à Ioanne Basilio magno Moscorum Cæsare siue Imperatore de religione Lutherana auditus cum ignominia & conuitiis non Christiani, Canis, Onagri, Antichristi, &c. reiectus est, ac voce, scriptoque principis refutatus, præsertim in capitibus de Patribus siue Doctõribus Ecclesiæ, de miraculis, de statu defunctorum, de bonis operibus, de Sanctõrum, potissimum de Virginis veneratione, de Traditionibus, de Ieiuniis, de Liturgia siue Missa, de Imaginibus, de votis & castitate, Monachis. *Ioan. Lasicius hereticus libr. de Theologi a*

1566

CONCIL. Mediolanense 2.
1569. & alia passim prouincialia pro
executione Concilij Tridentini.

5653

1572

5659

Moscovitica, Spira anno 1582. quo Ministrum fœde prostratum erigere conatur: sed iuxta prouerbium, Pinguis venter tenues sensus non gignit.

Ex eo tempore Moscus sequior fuit Polonis, tanquam hæreticorum fautoribus, & eos magnis præliis fudit. *Ibid.*

1569. David Chytræus Lutheranus Orationem in Academia vrbs Rosarum habuit de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Vngaria, Boëmia, Æthiopia, &c. qua docet per totum orbem terrarum non modò esse Christianos, sed nec differre quantum ad substantiam doctrinæ, & Liturgiarum siue Missarum solennia à Pontificiis (sic nos appellat) sed tantum in exigui momenti ritibus. Vbi & dolet Christianos, illic ubique occupari in Missificationibus. Sic enim loquitur. Ita Satanas per suos administratos testimonium interdum perhibet veritati, docetque Pontificiam, quam appellant fidem esse verè Catholicam. i. ubique receptam & agnitam. Orationem illam tandem edidit an. 1580. Francofurti apud Andræam Vvechelium.

Ioannes Storeus Anglus Londini illustri martyrio ad superos migravit. Nam Christum confitenti præciduntur genitalia, aperitur venter, viscera eruuntur, caput amputatur, membra dissecantur. *Sanderus in fine lib. 7. de visib. Monar.*

Quarto Octobris Claudius Spencæus Theologus Polygraphus obiit 69. ætatis anno, post S. communionem, perito & sumpto extremæ vnctionis sacramento: suæ instructissimæ Bibliothecæ hærede relicto Cardinali Lotharingo & septem Sorbonicis doctoribus, legatione Franciscanis, & Dominicanis facta ducentarum libellarum, Carmelitis & Augustinianis centum, Sorbone ducentarum, Nauarricis doctoribus quingentarum, Parochiæ S. Cosmæ centum quinquaginta, in qua se sepeliri iussit conuocatis omnium collegiorum & Ecclesiarum ordinibus, accensis innumeris cereis, funere ornatissimo. Præter Apologiam & alia opera impressa relicta scriptis posthumis, quibus se ab hæreticorum furis alienissimum ostendit. Is paterno genere ex clarissima Espencæorum in Campania, materno illustri Vrsinorum in latio & regno Neapolitano familia ortus, sed pietate, candore, & omnium disciplinarum absoluta cognitione illustrior, per 40. annos in Parisiensi Academia humanioribus Philosophicis, ac Theologicis studiis incredibili omnium admiratione operam nauauit. Quapropter à Frâncisco 1. Melodunum ab Hérico 2. Bononiâ, à Francisco 2. Autelianum, à Carolo 9. Possiacum inter primarios religionis hoc in regno Antistites nunc legatus nunc discèptator, sanctissimè, ac doctissimè de controuersis rei Christianæ capitibus cum delectis aduersæ partis Theologis summa æquitate ac moderatione egit, & voce ac eruditissimis in complures scripturæ locos editis commentariis religionis negotium promouit. Sacri etiam olim, Galerj decus potius meritis quàm adeptus.

An. 1572. Angliæ regina excommunicatur & proscribitur à Pont. à quo an. 1569. hæretica fuerat denunciata, vt inde omni dominio & potestate in Catholicos excideret, ipsique ideo in illam, velut Ethnicam & publicanam se posse infingere, nec illius legibus & mandatis deinceps teneri intelligerent.

Tumultus Flandrici Calvinistarum, qui ex hoc tem-

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

1572

5659

Anni
christi.

1566

Anni
mundi.

5653

pore Guesiorum, hoc est, balatronum nomen retinuerunt contra Philippi regis Hispaniæ edicta, post vnum ferè annum quàm excitati fuerant, coercentur, receptis ciuitatibus, quæ defecerant à regis magistratibus: Seditiosi egregiè puniuntur, Philippi regis Hispaniæ aduentu in Flandriam nunciato. In his turbis egregiam suo Regi nauarunt operam Norcanus Hannoniæ præfectus, Raffegemius quarundam etiam ciuitatum præf. Comes Meganus in Geldria.

Tumultus Scotici, quibus vt tutius occurreret Maria regina, nubit Darleio nobilissimo iuueni ex veteri Anglorum Scotorumque regum stirpe.

In his Caluinistæ noui regis animum clam regina tentarunt, atque ad ignoscendum ipsis omnia pelle-
xerunt.

Reuocati ab exilio in oculis ipsius ac reginæ Dauidem Secretarium interficiunt, in animo habentes, reginam grauidam, si quid effudisset, simul cum spe parrus tollere, adulterij crimine in illam conficito, & Catholicos omnes interficere, vel saltem regno pellere, Missam abolere, Caluinismum stabilire.

Regina simulans se ad illorum omnia coniuere: se Regemque eduxit media nocte, illorumque manus effugit, deinde collectis amicis & fidis, perduelles in Angliam, vnde prima mali labes, fugauit, aliquot etiam supplicio affectis. *In lueris Louani excussis an. 1566.*

Paucis mensibus interiectis nempe die 19. Iunii, ann. 1566. peperit masculum, cui vel hoc vno pessimè consultum, quod ipsi Georgius quidam Buchananus Minorita excucullatus Bacchicus histrio & Atheus poeta pro præceptore tributus sit. *Vide supra pag. 745. 13. Iunii.*

Iacobus Nothus reginæ frater spe regnandi curat, vt rex qui exacto conuiuio dormitum abierat, inter confederatorum manus suffocaretur, siue è fenestra elapsus, siue cum ædibus puluere tormentario in aera sublatus.

Reginam, quòd huic conuiuio non interfuisset, propterea que coniurationem frustrata esset, auctorem huius cædis mox spargunt, prætextu cuiusdam zelotypiæ, ac nubere è vestigio cuidam Boduuelo cogunt, vt his nouis & acceleratis nuptiis, nonnulla etiam apud Catholicos fieret suspitio & adulterij, & patricidij. Quæ vbi se collegisset, vsa stratagemate euasit in Angliam, vbi calumniis obruta contra ius Gentium, paris dominium perpetitur.

Sic Iacobus Nothus regni administrationem occupat, & specie pacis & cõcordiæ data fide initoque colloquio, nobiles & reginæ amici omnes sunt comprehensi, & in custodiam arctissimam traditi. Luit ille pœnas, nam an. 1570. pòst à suæ sectæ aliquo glande ærea, confossus est, idque priuati tantum odij ac inimicitia causa. Atque hæc sunt in Scotia noui Euangelij constituendi initia & successus, à seditione, conspiratione, Principum cæde, profugatione, calumnia.

Elizabetha Lõdini disputationem indixit, sed Catholici antistites partim circumstantium vndique protestantium fremitu, partim nobilium quorundam auctoritate interrupti ac perturbati quietè audiri non potuerunt, nec inchoatam orationem absoluerunt.

Cùm autem hæretici victi triumphatque conticuissent, sine pudore tamen libellum diuulgant, in quo singula longè aliter referebant, tanquam ipsi superiores euasissent.

1572

5659

Ecclesiā illic afflictā recreant ē Belgio scriptis Anglicis & Latinis Angli exules Thomas Hordingus, Nicolaus Sāderus, Thomas Heskinus, Guil. Allenus, Thomas Stapletonus, Copus, Theologiæ doctores, Thomas Dormānus, Ioannes Martialis, & alij quibus impij flammis duntaxat publicē illorum libris decretis occurrunt.

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

An. 1567. Fraicctenses ad Mosam atque Masecam sacris imaginibus & Episcopo suo Leondienti bellum indicunt.

* 1572. 1. Maij Pius V. Pontifex Max. duabus ante noctem horis vltimum vitæ diem clausit, anno ætatis 68. sacri magistratus 7. *Iac. August. Thuanus lib. 51. hist. sui tempor.*

HUMANÆ.

1566. Solymanus venit in Vngariam. Ante expugnationem Sigethi in castris moritur, cum prius Nicolai Serinenensis Comititis caput, qui oppidum strenuē defendisset, perfidē amputasset.

* De eodem Solymano, & Zygetri expugnatione hæc paulo fufius è *Iac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 39. huc transcripsimus.*

Zygethum 8. Iulij 1566. oppugnari cœptū tandē 8. Septēb. vi captū est. In cuius obsidione periēre 18. millia equitum, 7. millia prætorianorum, & in iis Misertius, Aliportanus, supremus cubicularius, camerarius, siue rei nūmariæ summus præfectus, omnes purpurati. 40. verò die Septemb. hoc est 4. diebus antē Zygethum captum ipse Solymanus vltimum vitæ diem in castris clauit aliquot epilepticæ paroxysmis primū tentatus, ac postremò apoplexia enectus. Princeps inter suos pietate, iustitia, magnitudine animi, & continentia, ac denique fide insignis, & in quo nihil præter veri Dei notitiam faciliè desiderares. Agebat cum moreretur an. ætat. 76. Imperium tenuit an. 46. & 6. mensib. eodem mense quo Carolus Cæsar à Germaniæ proceribus declaratus est, & ad imperium euectus. Sic verò vitæ cursum instituerat, vt in imperio militari, quodque pacis artes nescit, semper ferè alternis annis post expeditionem aliquam susceptam interquiesceret, prospera fortuna ferè vsus, amplificatis finibus, & Pannonia in Europa, Armenia, in Asia Turcili iuris factis. Interdum & aduersis conflictatus, superiore anno accepta memorabili ad Melitam clade, & eo auro duorum filiorum ac tot nepotum nece funestata, quo pacem in familia atque adeo in Othomanico imperio conseruaret.

* De Zygethi expugnatione narratiunculam scripsit. Io. Sambucus. Idem M. Samuel Budina Labacensis. Item Franciscus Forgathius in commentariis historiarum sui temporis. Quæ omnia Nicolaus Reusnerus inter narrationes historicas rerum Turcicarum recensuit.

Selymus Turcicum imperium suscipit duodecimus ab Ottomano, vsque ad ann. 1574. solus è filiis Solymani. Nam ritu patrio cæteri cæsi & iugulati à patre fuerant.

Septimo Ianuarij Frisia pacatur à Comite Arembergio.

Tornacum etiam mox occupatum est à Norcamio, & Episcopus cum Clero pulsus, restitutus.

In fine Feb. Valencenæ iam ferè expugnata à Norcamio, sine vlla conditione se permittunt Regis voluntati.

1572

5659

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

Septimo Aprilis Gubernatrix Ducissa de Parma conditiones quasdam Antuerpiensibus præscripsit. Quibus acceptis res ibi melius habere cœperunt. Decimo octauo die Iulij Bruxellas est reuersa, Comite Mansfeldio Antuerpiæ relicto cum præsidio.

* Secundo Maij Leonardus Fuchsius Rætus, qui summa cum laude medicinam Ingolstadij, ac deinde Onolsbachij fecit, & publicata stirpium historia magnam laudem adeptus. Tandem Tubingæ sexagesimo quinto ætatis anno decessit. *Iacobus Augustinus Thuanus historiarum sui temporis, in prima parte, libro trigesimo octauo.*

* Trigesimo die Iulij, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Guillelmus Rondeletius Montispefuli natus, medicinæ arte præcellens, mortuus est Tolosa rediens apud Regalem montem, natus annos quinquaginta octo, menses decem, dies quatuor. Huius vitam, mortem, epitaphia, cum Cathologo scriptorum ab eo relictorum, curiosè & venerabundus descripsit Laurentius Ioubertus ipsius in Montspeliensi Academia successor, tomo secundo operum Latinorum.

* Vigesimo septimo Septembris Marcus Hieronymus Vida Cremonensis, ante triginta quinque annos à Clemente septimo Albæ Pompeiæ ad Tanarum Episcopus creatus, qui primus inter Italos post Iacobum Sanazarium poeticam ad res sacras transtulit, & versibus elegantissimis ac purissimis prouinciam suam excoluit, in eadem, qua vixerat, pietate placidè ad Deum migravit, Albæ in Ecclesia sua sepultus. Eique postea à ciuibus suis, de quibus tam bene meritus erat, exequiis in maiore vrbs templo magna frequentia celebratis, & publicis elogiis honorifice parentatum est. *Iacobus Augustinus Thuanus historiarum sui temporis libro trigesimo octauo.*

Mense Augusto Belgium venit Dux Albanus corpore senex, animo iuuenis, cum electa militum Hispanorum manu, in locum Ducissæ Parmensis, quæ annis plus septem pacificè illud gubernarat.

Comes ab Helfenstein Vtricus ad Catholicam fidem rediit, abactis è sua ditione hæreticis. Sic Gablerus medicus, qui Paulo Vergerio adfuerat intereunti, apud quem mira viderat.

* Hoc anno lis olim agitata inter Franciscam Romanam, & Iacobum Sabaudum Nemorosium renouata est, interuentu Sancti Pontificis decisa est. Schemata Nemorosij de matrimonio, præsentibus verbis contracto, irrita pronunciata. Moxque Nemorosius Dux Annam Atestinam Ducis Guisij viduam in vxorem duxit: nuptiæque ad Sanctum Mauri Fossatenis Fanum haud longè à Lutetia celebratæ sunt. Quibus Rex ac Regina, vt maiorem auctoritatem rei conciliarent interfuerunt.

* Nec multò post celebratæ nuptiæ inter Franciscum Borbonium Mompenserij filium, & Renatam Andegauensem Nicolai Audeganensis Marchionis Mezeriæ hæredem, quas & Rex ac Regina præsentia sua cohonestarunt. *Iacobus Augustinus Thuanus histor. sui temporis lib. 39.*

* Hoc anno pestilètia Brûsuigâ, Hildesiâ, Hânobriâ, om-

1572

5659

nesque ferè Saxoniz vrbes duriter afflixit.

In Gallia noui tumultus, accito etiam è Germania peregrino milite: Comes Arembergius eò venit cum auxiliariis copiis. Nam an, 1567. ciuile bellum secundum.

* 1567. Mense Maio edictum à Rege in Fossatenfi Castro ad Mauri Fanum, factum iuxta vtile & æquum, quo & familiarum nobilium decori simul & viduarum solatio prospicitur. Nam cum per S. C. Tertyllianum, quod D. Hadriani temporibus factum est, filiorum hæreditas tristi successione matri deferretur, non adhibita distinctione bonorum, eo fiebat, vt Bona paterna, & auita Imaginibus veluti reuulsis ad alienas familias transferrentur, & ita agnati ac gentiles, qui plerumque patruels erant, etiam proximiores iis exuti ad extremam inopiam redigerentur. Quod obtinebat in Prouinciis regiis, quæ iure Romano reguntur, puta Aquitania, Septimania, Prouincia, ac Delphinatu. Ad hæc in Aruernis Segusianis, Lugdunensi, & Matiscomensi præfecturis, quæ senatui Parisiensi subsunt. Cui malo ea cõstitutione remedium adhibitum fuit. qua cautum est vt bona nobilia, & res soli aliunde quam à Patre aut paterna linea profectæ in solatium amissorum liberorum matri cedant cum bonorum paternorum & aitorum pro dimidia parte vsufructu. Quorum proprietates extincto per mortem matris vsufructu ad proximos agnatos reuertatur. Hoc edictum in senatu Parisiensi 29. Iulij eiusd. anni magno cum applausu postulante cognitore regio promulgatum fuit. Quod tamen tanquam ambitiosum ab aliis regni curiis, quarum præcipue ratione conditum fuerat, reiectum est, nec vllis quamquam sæpius repetitis iussionibus postea impetrari potuit, vt in acta referretur. *Idem Thuanus lib. 41.*

In conflictu Dionysiano qui in 10. Nouemb. 1567. incidit, Montmorantius Comes Stabilis paulò minor octogenario, vir præter natalium splendorem omnibus honorum gradibus decursis clarissimus, militari scientia, prudentia, rerum gerendarum vsu, ad hæc præcipua in patriam, & Gallicum nomen charitate, cum paucis comparandus notissimus cæditur, & paulò post inrerit. Admiralius & reliqui fuga euadunt. Deinde collectis reliquiis Carnutum obsident, ne victi viderentur, & vt secundam pacem consequerentur.

Anno igitur sequenti confecta pax, sed non diu duratura. Nam mox tertium bellum exardebit.

1568. Gulielmus Auraicæ princeps duxit exercitum in Brabantiam irrito conatu.

Mox Albæ dux capit perduelles multos, Securi percudit Comites Egmondanum & Hornensem, aliòsque complures fœderatorum principes. Granatense regnum mouet defectionem, contra Philippum R. sed frustra.

Comes Arembergius è Gallia reuersus in Frisiam contra Gueusios mittitur, vbi *procumbens contra Ecclesia patriæque rebelles, non potuit letho nobiliore mori.*

Eum secutus dux Albanus ad primum conflictum occidit 1500. non longè à Gruninga. Ad secundum 700. partim ferro, partim submersione. Ludouicus Auraici principis frater nando se seruauit. Capta sunt signa 13. è 25. tormenta bellica 16. commeatus omnis generis, prædæ que maxima. E regio milite desiderati sunt tantum sex aut septem.

Ad tertium in fine Septembris 8000. vt proinde Au-

Anni
Christi.

1566

Anni
munda.

5653

1572

5659

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

raicus exceſſerit ditionum Belgij limites in fine Nouemb. nulla re memorabili geſta, niſi quòd in Eccleſias fit graſſatus, multo plus damni Imperij vrbibus inferens, quam Catholici regis ſui ditionibus.

Albanus Bruxellas reuertitur, ac pacem toti Belgio reſtituit.

Turcæ in Aſia bellum gerunt contra Saracenos & prouinciâs, quæ defecerant. Perdunt Mecham ad mare rubrum.

* Iulio menſe (alij Octobri malunt) Carolus Hiſpaniarum princeps Philippi 2. filius, cum tantum annum 23. attigiſſet in Hiſpania mortuus eſt. De eo varij ſermones ſparſi, in id conſentientes, quòd iuuenis acer, vehemens, ac ſupra modum ambitioſus, & imperij cupidus, ſuſpicionem nouarum rerum de ſe apud patrem ſuſpicacem exciſſet. Igitur Pater ubi vidit, ſic ingenium filij eſſe, vt nec ratione, aut caſtigacione vlla ſanari poſſet, re cum S. Inquiſitionis officio communicata, æquum iudicauit, priuſquam ille ſibi, quòd in custodia haberetur, deteſtando patricidio manus afferret, ei tanquam reo dâmnato vim à legitimo magiſtratu afferri, quod vt regij nominis maiſtati conſuleretur, clam factum eſt. *Idem Thuanus lib. 63.*

1569. Ioan. Baſilius Moſcorum Cæſar captos in Iſborg arce Liuonica 300. Nobiles Polonos, orſus ipſe cædem in ſuo conſpectu contrucidari iuſſit. Præſertim quòd Poloniam audiſſet in ſuo gremio fouere Lutheranos. *Laſcius hæreticus lib. de Theol. Moſconitica.*

* 2. Auguſti Baptiſta Menilius in Parlamento Pariſienſi Aduocatus regius ex hydrope deceſſit, cum tantum annos 51. egreſſus eſſet, vir longiore vita dignus, & non ſolum eruditione, ſed æquitate, prudentia, ac ſoleſtia præſtans. Is in eo foro cauſis priuatorum agendis ſummâ diligentia, fidei, & induſtriæ fama primùm verſatus, maiori laude, poſtquam ſiſci patronus à Rege creatus eſt, magiſtratum geſſit, cum ad eam dignitatem præter eruditionem & exactum rerum forèſium vſum in fractam animi conſtantiam, generoſos citra vanitatem ſpiritus, & perpetuum in æquali vitæ tenore amorem recti, & publici boni ſtadium attuliſſet. Ad hæc tanto ingenij acumine ac luce excellebat, vt cum ius publicè diceretur, quæ multis horis & verbis aduocati partium perplexè diſſeruerant, ille vno verbo expediret, tanta æquitatis apud iudices opinione, vt vocem perorantis mox decretum ſequeretur, & ipſe quodammodo Præſidis verbis præire videretur. Et obſeruatum eſt à curioſis, nunquam ferè ſenatum ab eius ſententia ſeu rogatione diſſenſiſſe. *Idem Thuanus lib. 46.*

* Magna hoc anno paſſim prodigia viſa lunt. Nam iuxta Louanium horrenda tempeſtas terræ motum conſecuta eſt, & terra ſemel atque iterum dehiſcere viſa. Et 14. ac 19. Maij viſi volitare per cœlum ſerenum ignes. Itē 3. Martij luna defecit. Et Baſſauij ac Salisburgi in Norico 8. Nouembris cometes colore liuido & flammis ardentibus radians in prima faciei quinti gradus Capricorni apparuit prope lucidam ſtellam ſagittarij, cauda ad orientem verſa, ſed in occaſum vergens, à Benedicto Valerio Mathematico obſeruat. Quæ omnia motus noſtros portendiſſe creduntur. *Idem Thuanus lib. 46.*

1570. aduerſus Venetos in Cypro pugnant, & eam capiunt, nullo feritatis genere prætermiſſo. 1571. inſeliciter res gerunt contra Moſcos ad Tranaim.

* Belli Cyprij inter Venetos & Turcas geſti anno 1570.

1572

5659

& 1571. narrationem inter rerum Turcicarum historias recensuit Nicol. Reufnerus.

* Sc̄uit hoc anno tam iniqua hyems, vt & Rhodanus alueum sifteret vtrinque continuo gelu concretus: & in rei nunquam audita monumentum, Comes Volcius, vir illustris fluuium pedes cum familia, multisque aliis transmiserit, cum illac etiam oneratos mulos iussisset præire, è Viuarate in Delphinatum. Ego tum Turnoni cum essem Rhetorices auditor, nouitate rei incitatus cum aliquot condiscipulis volui experiri num ea glacies satis firma esset, & pedibus Rhodanum transmisi. Populus etiam Condriensis idem tentauit, & 2. Ianuarij die qui D. Claro sacer est, ad eius ædem Sacram quæ est in Delphinatu pedibus iuit in supplicatione solenni & anniuersaria.

Tertium bellum ciuile in Frãcia in duos annos. In Iarnacensi conflictu an. 1569. 13. Martij princeps Condæus interfectus est. Bipontinus Comes non ita diu post mortuus est, 11. scilicet Iunij die.

* 1569. 3. Octob. Montcoturiana pugna, in qua magna parta victoria, Caluinistarum partes plurimum sunt comminutæ. Admiralio de more fugiente in Vasconiam.

A Philippo rege mittitur in Galliæ regis subsidium Comes Mansfeldius cum magno Burgundionum auxilio, qui in mensis Octobris prælio vulneratus est.

Regina Scotiæ è manu perduellium euadit in Angliã, vbi per fidem capitur, & contra iura hospitij detinetur in hunc vsque diem.

An. 1570. Tertium pacificationis edictum in Francia.

Eodem Anna Maximiliani Imp. filia Philippo regi Cathol. nubit, quæ in fine anni sequentis 1571. ei hæredem masculum peperit. Altera autem Elizabetha nomine, Carolo nono Francotum Regi.

Ægidius Burdinus Regius Procurator, Catholica virtute & literis præstans 21. Ianuarij ad Deum migrat.

* Mense Iunio Celebratum Mechliniæ Ecclesiasticorum consilium, in quo de Concilij Tridentini decretis executioni demandandis actum est. *Idem Thuanus lib. 47.*

* 16. Augusti Structo Autuerpiæ ligneo theatro ante ædes publicas Dux Albanus regium diploma superiore anno 16. Decemb. Madriti datum palam recitari iussit. Quo principis benignitate ex Pontificis consensu & ipsius Albani consilio vniuersis præteritorum gratia condonabatur. *Idem ibid.*

* Octobri mense tanta tamque insolita aquarum diluies toto Belgio exundauit, vt aggeribus locis plerisque deiectis, in Frisia, Batavia, & Mattiacorum insulis, & Antuerpiæ præcipue incredibile damnũ acceptum sit. Quod prodigij loco habitum est, cuiusmodi multa toto orbe passim hoc anno visa sunt.

* Nam 8. Ianuarij in principatu Tirolensi prope Oenifalinas multi pagi aliena maximè anni tempestate flammis de cælo tractis conflagrarunt.

* 2. Augusti in Norico iuxta Donauerdam circiter 5. hor. vespertinam ad quadrantem horæ sanguine pluuisse narratum est, qui in folia & hominum vestimenta guttulis impressis, in varia loca transmissus est.

* 17. Decemb. Venetiis & toto illo tractu ingens terræ motus exortus est, qui tamen vbi nullam cladem importauit. Sed eodem Ferrariæ adeo quassata fuit, vt ædes multæ corruerent, aliæ plerisque locis apertæ ac nutantes vix

Anni
Christi.

1566

1572

Anni
mundi.

5653

5619

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

tibicinibus, & trabibus fulcitæ sunt. Princeps verò cum suo comitatu, & permulti è nobilitate paulùm ab ædificiis sub tentoriis concedere coacti. Iamque plebs urbem omnino deserere parabat, compluribus iam dilapsis, cum Alfonso seucro, sed pro tempore necessario edicto, bonorum amissionis pœna proposita, mox etiam grauiore, fugam eorum stitit. Similes terræ tremores Mutinæ, Regij, Corregij Florentiæ, etiam Finalij in Liguribus fuere. *fac. Aug. Thuanus. lib. 47.*

* 5. Nouembris, Augustæ Taurinorum nondum superato 30. ætatis anno obiit Iacobus Greuinus. Claromôti in Bellouacis natus, ingenio & rara eruditione præstans, qui cum à pueritia poetiæ elegantia excelleret, quod gelodactrys, & alia edita, cum raris illius æui poetis comparanda, & æternum victura ad posteritatem testantur, ad Medicinæ studium animum appulit, in qua pari felicitate ingenium exercuit. Nicandrum elegantissimè à Ioanne Gorrazo Latinum factum Gallicis versibus non cedente Græcis latinisque elegantia reddidit, & de venenis commentarium Gallicè itidem scriptum adiecit. Multa insuper siue edidit, siue commentatus est, quæ morte præcipitata ultimam manum non receperunt. *Idem ib. d.*

* 15. Iulij Georgius Fabricius Chemnicensis decessit anno ætatis 56. Is rem literariam non mediocriter & scriptis & viua voce inuit, & illustrauit, diu illustri Iudo Misenæ Hermundurorum post Io. Riuij obitum præpositus, & poetica facultate, quam rebus sacris ferè impendit, magnam laudem inter suos adeptus. *Idem Thuanus lib. 50.*

1571. Die Epiphaniæ Franc. à S. Andrea supremi senatus præses ætatis octogesimum primum agens, post diuinas humanasque leges purè obseruatas ad Christum migravit, filios, non modo suarum opum & bonorum, verùm etiam pietatis, virtutis, doctrinæ hæredes de re literaria bene meritos relinquens.

1571. Cyprus à Turca Venetis eripitur, Duce Mustapha, qui Astorem Baleonum & M. Bragadenum vnà cum trecentis Christianis Famagustæ, siue Salaminæ superstites, contra fidem datam crudeliter necauit. Quam perfidiam Deus ultus est. Nam octo annis post, iram Amurathis Selymi successoris metuens, sumpto veneno de se statuit, natus plus minus an. 80.

Hic est ille Mustapha, qui Baiazethem Solymani f. viuo patre contra fratrem Selymum insurgentem vita exuit, Ægypti & Syriæ motus composuit, Arabes rebellantes domuit.

In Italia terræ motus immanes, maximè in vrbe Ferrara, quæ vastas ex iis ruinas perpetitur. Maris & Fluuiorum magnæ inundationes: præsertim in Frisia, contra in Anglia littora maris intro cedebant, vt homines possent ad aliquot passuum millia intra maris ambitum pedibus incedere.

1571. in Anglia mons sat procul à mari distitus motus est suo loco, euersis radicibus arboribus, &c.

* 25. Martij Elizabetha Caroli 9. vxor in Dionysij fano more maioribus vsurpato coronam regalem accepit, & quatrduo post urbem Luteriam ingressa est, eo maiore magnificentia, quod pompis muliebribus, quam virilibus maiora ornamenta adhiberi solent. *Idem Thuanus lib. 50.*

* 4. Maij cum Carolus 9. Alneti esset emisso diplomate. quò maiorem securitatis publicæ fidè faceret, omnem

1572

5659

omnis generis sclopetarum & balistarum vsum, & gestationem interdicit pœna capitis, & proscriptionis bonorum addita. *Idem ibidem.*

* 25. Maij Fœdus initum est Venetiis quo perpetua societas sancita est inter Pium 5. Pontificem Max. Philippum 2. Hispaniarum Regem, & Aloisium Morenicum Venetiarum Principem aduersus Turcam, non modò defendēdi & arcendi, sed inferendi belli, neque id regnis tantum à Turco possessis, sed Tripoli Algeriæ, & Toneti in Aphrica beneficiariis Turci vrbibus inita est. *Idem Thuanus lib. 49.*

* 15. Iunij cum angustia annonæ fere vbiq̃ summa, tum præcipue in Sueuia ac Norico laboraretur, raro præter naturam beneficio, pisa, rapula, frumentum ac triticum compluribus locis Gottebergiæ & Lambij in Quadis pluit, ex quo collecto trituratoque homines vndique accurrentes triduo post panem esu optimum confecerunt. *Idem Thuanus lib. 50.*

* Nec multò post eodem mense in Saxonia Leoburgi ad Albim, quæ Saxonix inferioris principum sedes est, duo sordidi & inhumaniter avari institores aliquot millibus frumenti modiis coemptis, dum illud Hamburgum deferri, quò carius diuenderent, curant, horrei foribus referatis frumentum iis in oculos sponte obuiam fertur, atque per fenestras euolat, vt ne granum quidem in tabulato reliquum fuerit, magna popularium admiratione. Quo casu vnus ex Dardanariis artonitus concidit, ac mox expirauit, alter ex horreo desiliens cum ad Albim se suffocaturus tenderet, à baiulis ægrè retractus ac vinctus est. Princeps vero, qui Katsburgi erat, re ad eum perscripta, Leoburgum venit, vt coram de re omni certius cognosceret, cumque miser ex desperatione reiecto omni salutari consilio, tandem animam à malo spiritu diu vexatam efflasset, princeps cadauer eius publicè cremari iussit, pœna capitis & bonorum omnium in eos sancita, quicumque ex suis subditis ad annonam flagellandam, & grauandos pauperes frumentum premeret, aut interuerteret. *Idem ibidem.*

* 20. Iulij spectrum horrendum Pragæ plerisque noctu visum narratur, equitatus iuxta Emauntij cœnobium magno cum fragore discurrentis, & currum trahentis, què ortu ocreati homines sine capitibus sequebantur. Quæ omnia lucido igne exorto subita ingentis turbinis vi difflata euanuerunt. *Idem ibidem.*

* 29. Septemb. solis aspectus per omnem illum tractum tristis, rubicundus ac sanguinolentus fuit.

* Proditum est & à quibusdam, in ditione Emdensi apud Frisios Orientales, exeunte anno sanguinem pluuisse. *Idem ibidem.*

Septimo die Octobris tribus aut 4. horis pugnatum est à Turcis & Christianis, sed victoria inclinauit ad Christianos, Ioanne Austriaco Caroli 5. notho belli socialis contra Turcas duce in Sinu Lepantino. Triremes Turcarum captæ 180. combustæ 25. submersæ 15. Magnus Bassa gener Imperatoris Turcarum interfectus. 25. millia Turcarum occisa, multa capta, è quibus nobiliores, si tamen illic sit nobilitas, vbi cuncta sunt seruilia, ad Pont. tracti & in castrum S. Angeli inclusi, 20. millia Christianorum recuperata. Ex nostris triremes admodum pauca desiderata sunt, sed viri plures quàm fortissimè pugnantes occubuerunt, quorum pietas in meliorem vitam transit.

Ochiali Amyralis Turcicus, natione Calaber, qui tunc Algeriæ Profultanus erat, fuga tempestiue sibi consuluit, cum 40. triremibus, cum segniùs eum Andreas Auria in-

Anni
Christi.

1566

Anni
mundi.

5653

1572

5659

Anni
Christi.Anni
mundi.

sequeretur. Vnde breui classem reparauit, & postero anno Nostrorum conatus in Pelopóneso retardauit: & tertio post pugnam anno cum Sinam Bassa Guletam expugnauit.

Iste est Ochiali qui olim veniens in Turcarum potestatem, primùm ad remos damnatus fuerat: verum abnegas fidem Christianam Mahumeti se dedit, indeque ad tantos honores ascendit.

Diplomate à Rege obtento Lutetiæ aperitur Academia Musicorum, quorum Musica constabat vocibus, fidibus, & fistulis. Quæ quamuis auribus grata esset, tamen quia neque erat Diatonica, neque Enharmonica, neque Chromatica, vt potè noua, è tribus confusa, deniq; in eadem cantione plurium modorum siue tonorum mutationibus adstricta, auditis Dudraco & cæteris Senatoribus Regiis ad eius examen destinatis, à senatu Regij diplomatis approbationem consequi nõ potuit, sicq; tandem extleuit.

Columnæ suæ classis præfecto magnificentissimum triumphum Pontifex decernit, virtutis ergo ad veterum speciem, vt sic in Capitolium veheretur.

Mensibus circiter 18. post cæsum Iacobum Nothum, in Scotia interfectus quoque est pari ferè modo Comes Lineuxensis, qui secundus Prorex, etiam cum præsidio, ex Anglia eò missus fuerat. Dehinc variis multisque cædibus inter se Scoti ad hunc vsque diem sæpiunt, nec vllus adhuc tantorum malorum exitus videtur.

Fernãdus Princeps Philippo 2. Hisp. regi ex Anna Austriaca nascitur. Madriti die 4. Decembris,

Eodem anno Criminensis Tartarus, Turcæ tributarius, cuius regnum cingit Imperium Moscouiticum à meridie, expeditionem in Moscũ suscipit, qua vrbs Mosca deletur incendio. Se ei coniunxerant Tartari Nagaij, è quibus Tamerlanes originem duxit, Moscis Orientales, & à Mosca 500. milliaribus Germanicis distantes, Mosco infensi, quãuis superioribus annis in Liuonia pro eo stetitissent & grassati essent.

EXIMIVS Iurisconsultus, ad vestigia sanctissimi sui præfessoris se composuit. Vir tanto Pontificatu dignus.

Simonem Vigorem & Ioan. de Prouetis Theologos Paris. renitentibus Aulicis ad Narbonensem Archiepiscopatum & Præmonstratensem abbatiam solo virtutis & doctrinæ nomine euexit. Suspectos à Sacerdotiis quouis prætextu excludit. Fidem Catholicam vbique restituere conatur.

Varia doctrinarum collegia ad subleuandas inopum eiectionumque nationum ærumnas instituit, ac magnis vctigalibus instruxit. Hinc Romæ collegium Græcorum, Armeniorum, Afrorum, Iudæorum, Neophytorum Germanorum, Anglorum, Scotorum, &c.

Nuper etiam adiecit seminarium Hebræorum, vt idonei quique in bonis literis, maximè Hebræis, Chaldæis & peregrinis erudiantur. Inter hos sæpe Turci & Mauri baptizantur.

Rhemis item Anglorum seminarium Loretæ Slauiorum, Pontimofellæ in Lotharingia Scotorum erexit.

Menses diésque præcurrentes retraxit, ac labantem festorum dierum rationem correxit iuxta veterem Nicenæ Synodi, Alexandrinamque rationem, demptis è mense Octobri anni 1582. diebus decem, deinceps æ-

234

1572 m GREGORIUS 13.

Bononiensis an. 13.

1585 mens. I. di. 3.

Vacat. di. 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Metrophane, deinde Ieremia.

Principibus.

Selymo Turcorum Imp. deinde Amurathe 3.

5659

5672

quinoctio Verno ad 21. Martij affixo, quod in decimum retrocesserat, & epactis ad nouilunia designanda in Aurei numeri locum substitutis.

Ius Pōrificium recognouit. Sacra Biblia Latina ad pristinam integritatem rededit.

Linguas fovit. Quare eius iussu & sumptibus elegantes characteres Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Armenios an. 1579. & 1580. Robert. Granjon Parisiensis Romam euocatus fabricauit.

Post mortem Metrophanis, hodie in Patriarchatu Cōstantinopolitano sedet Ieremias ab ann. 1572. quo & cœpit sessio nostri Gregorij, vt in Antiocheno Ignatius, Hierosolymitano Germanus Alexand. Syluester. Est autem Ieremias inter Constantinopolitanos centesimus quadragesimus secundus.

Plures quidem constituunt, qui originem sedis Constantinopolitanæ repetunt non à tempore Constantini, sed ab Andræa Apostolo. Nam ab eo vsque ad Alexandrum, quem propriè primum Patriarcham cum veteribus institimus, nominant 23. nempe Andræam, Stachim Onesimum, Polycarpum, Plutarchum, Sedecionem, Diogenem, Eleutherium, Fœlicem, Polycarpum, 2. Athenodorum qui Ecclesiam in Eiea extruxit, Euxoium an. 16. Laurentium an. 16. Alypiu 13. Perinacem virum Consularem Romanum 19. Olypium 11. Marcum 13. Chorucum 16. Castinum, qui extruxit Ecclesiam sanctæ Euphemie 7. Titum 35. Domitium fratrem Probi Imp. 24. Probū filiu huius Domitij 12. Metrophanē filiu Probi superioris, qui primus dicitur vocatus Episcopus, Constantinopolitanus, quod eius tēpore Cōstantinus ibi cœperit habitare. Sed hi Patriarchatus titulum & iurisdictionem sunt consecuti.

Ieremie autem, qui hodie Constantinopoli sedet, an. 1575 Tubingenses Ministri (scorsum Iacobus quidam: puto esse Iacobum Andræam Smidelinū: & Martinus Clusius) 1576. Vvitembergenses, 1577. Rostochiani Augustanam Confessionem obtulerunt, iudicium de ea sciscitantes, & vt in communionem Ecclesiarum eius reciperentur petentes. *In Epistolis Chytræ Lutherani editis an. 1580. apud Vvechelum, Francofurti.*

Quos non modo non recepit, sed etiam scripto triplici tumma illius Confessionis capita refutauit. Hinc illa censura Orientalis Ecclesiæ, quam Stanislaus Socolouius Cracouie vertit, & emisit an. 1582. Hinc & acta atque scripta Theologorum Vvitembergensium, & Patriarchæ Constant. quæ vtrique ab an. 1576. vsque ad 1581. de Augustana Confessione inter se miserunt. Græcè & Latine Vvitembergæ 1584. Vos misistis ad Ioannem, ille testimonium perhibuit veritati. Nam illic nostra omnia, quæ in controuersiam vocatis, confirmat: septem sacramenta esse docet, Missam esse sacrificium, &c. Quibus responsis de conspiratione cum Romano pontifice suspectus istorum proditione apud Turcam redditus in carcerem, indeque in exilium trusus, Macharium quendam in sedem suam substitutum hodie cernit.

Quia capta Cōstantinopoli siue an. 1452. pro Patriarchis Græcis Latinos Cardinales nominant Bessarionem an. 20. Petrum an. 2. Hieronymum Landum an. 11. Ioannē Michaelē an. 18. Marcum Cornelium an. 21. Egidiu Vviterbientem an. 6. Franciscum Pisaurum an. 14. m. 3. Martinum Grimmanum an. 1. m. 7. Ranusium Farnesium ann. 4. Fabium Columnam an. 4. Ranusium iterū an. 12. Scipio-

Anni
Christi.

1572

1585

Tamma Persarum, mox
Ismaele 2. ann. 2. denique
Mahomete Habubendo.

Anni
mundi.

5659

Maximiliano 2. Occidē-
tis siue Romanorum Imp.
deinde Rodolpho 2.

Carolo 9. Francorum re-
ge, deinde Henric 03. qui &
Polonorum.

Philippo Hispaniæ.

Elizabetha Angliæ.

Sebastiano Portugalliæ,
deinde Henrico Infanti Car-
dinali, denique Philippo, qui
& Hispaniæ.

Maria Scotiæ.

Stephano principe Polo-
niæ.

Concilium Provinciale Mediola-
nense 3. Carolo Barrhomæo S.R.E.
Cardinale Praside an. 1573.

5672

Anni
Christi.

1572

*Concilium prouinciale Mediola-
nense 4. eodem præsidente, an. eodem.*

*Concilium Rhotomagense Carolo
Borbonio Cardinale Præsidente, præci-
pua auctore & altero Erra Claudio
Sanctio Episcopo Ebroicensi, an. 1584.*

*Concilium Prouinciale Mediola-
nense 5. eodem præsidente, an. 1579.*

Anni
mundi.

5659

nem deniq; Rebibam, titulo tenus id faciunt, nec Cano-
nicam successionem, minus ministerium sequuntur.

1572. Ioan. Maldonatus Iesuita Capellum, Helinum,
Loqueum, & 20. alios ministros Calvinistas Sedani pri-
mum differendo, deinde declamitando prostrauit. Nam
in declamationes disputationem transmutandam censue-
rant, quòd eius vim syllogisticam non possent depel-
lere. *Launeus, qui tum minister aderat, lib. 2. Apolog.
cap. 12.*

Magloriani Monachi è vico D. Dionysij in suburba-
na D. Iacobi translati sunt, vbi olim valetudinarium D.
Iacobi de alto passu, vt in eorum monasterium filia Pœ-
nitentes intromitterentur.

Hieronymus Burgensis Catalaunensis Episcopus &
Comes de pietate & literis bene meritus mense Decem-
bri è vita discedit.

1576. Mattheus Launeus & Henricus Penneterius Mi-
nistri Calvinismum eiurant, ac eius flagitia suis scriptis
detegunt, quæ nondum Beza & reliqui Ministelli diluere
potuerunt.

1578. Ioan. Sturmus Argentorati conatur sectam in-
troducere, quam Mediam viam appellat, & absque of-
fensione Catholicorum & Protestantium. Vtroque enim
modo eos vocat. Ad eam autem rem firmandam ex de-
cem Circensibus singulis Impetij prouinciis septem eli-
gendos censet ex illorum numero, qui eiusmodi scrip-
serunt, quòd vtrisque non displiceret, vt 70. illorum vi-
rorum concilium concordiam constituat, receptis è Cõ-
cilio Tridétino, quæ placeant, & hominibus placere pos-
sint, reiectis cæteris: adhibita etiam charitatis regula,
directa, non ad seue ritatem, sed ad mansuetudinem. *ipse
pres. in psalm. Conradi Heresbachij Iurisc. Basilee apud Pe-
trum Pernam. 1578. De quo genere liberationis se scripsis-
se ait ad Cæsarem, in sermonibus suis Turcicis. Vique-
quòd miseri claudicatis in duas partes? Vtinam esses cali-
dus aut frigidus, sed quia es tepidus, &c.*

1580. Chytræus Lutheranus Orationem vulgat de sta-
tu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Æ-
thiopia, Armenia, &c. Francofurti. Illic autem docet a-
pud omnes eas gentes cuncta esse Missarum plena, sacra-
menta septem dispensari, Ecclesiam per Hierarchiam à
Patriarchis in Archiepiscopos, Episcopos, &c. descenden-
tem administrari, Sanctis inuocationes, honores, ima-
gines, saltem pictas adhiberi, tria loca morientium dis-
cerni, vt tertius media conditione inter beatos &
damnatos collocetur, applicari sacrificium Missæ pro
vuiis & mortuis, honorarium pro Missis dari, pro Ba-
silij quidem Missa duos aureos, Chrysostomi verò pau-
cos denarios. Maritos sacrificio fungi, sed Monoga-
mos duntaxat. Coningium, intra septimum consan-
guinitatis & affinitatis gradum, & in secundo affini-
tatis genere intra quartum, in tertio intra secundum
gradum interdici. Constantinopoli 20. esse Christiano-
rum templa, vigere & illic Senatium sine Collegium
duodecim sacerdotum, cum quo Patriarcha communi-
catis sententiis per inferiorum graduum pastores res Ec-
clesiasticas gubernet.

Syros & Georgianos veterem Iberiam & Albaniam
incolentes inter Colchos, Caucásium, mare Caspium,
& Armeniam, in 18. Episcopatus distribui: Syros li-
turgix suæ auctorem D. Baglium laudare Armenios à
finibus Cappadociæ & Ciliciæ vsque ad Iberiam, mare

1585

5672

Caspium, Mediam, Assyriam, longissima terrarum spacia occupantes, religione & ritibus esse Pontificiis simillimos, habere Patriarcham, quem Catholicum nominent: in Missa inuocationis & intercessionis Sanctorum & oblationis Sacramenti præ cæteris expressius prolixiusque meminisse.

Passim etiam in Perside ac toto Oriente idem facere Christianos vni Patriarchæ, quem Isafelichum appellât, obediens. Maronitas ad montem Libanum Latinæ Ecclesiæ in cunctis esse conformes. Multò latius in Asia & Africa Iacobitas à Iacobo Syro, qui circa ann. 550. pro Eurychis & monothelitarum doctrina pugnavit, propagari, & Missis operam dare, &c. *Hæc ille, pag. 7.8. 11. 12. 13. 15. 18. 20. 21. Vbi ex ore hostium innotescit nostram esse Catholicam, id est, ubique per totum orbem usurpari.*

Scribunt varia hoc tempore Iac. Billius Prunæus S. Michaelis in Eremo Cœnobiarcha, Laurentius Surius Carthus., Martinus Cromerus, Iacobus Pamelius, Benedictus Arias, Martinus Isengrenius, Petr. Canisius, Frac. Turrianus Iesuitæ, Ioannes à S. Andræa, Ioannes Mautmontius, Gentianus Heruetus.

Ex Anglis Sanderus, Hardingus, Fekmanus, Alanus, Heskinus, Stapletonus, Marshallus, Dormanus, Rostallus, & alij.

Stanislaus Hosius Polonus, Carolus Borromeus, Guil. Siretus Cardinales, Hieronym. à martyribus Bracarenfis, Vuillelmus Lindanus Ruremundensis.

Iacobus Amiotus Altissiodorensis, Petrus Epinacus Lugdunensis, Petrus Villarius senior, Viennensis, Petrus Villarius iunior Mirapicensis, Guilielmus Rufæus Andegauensis, Claudius Sanctius Eroboïcensis, Arnaldus Pontacus Bazatensis, Aimarus Ennequinus Redonensis, Arnaldus Sorbinus Niuernensis Episcopi scriptis & pietate illustres.

Ioannes Baptista Ficlerus, qui ius ciuile Theologicum, siue Theologiam iuridicam condidit, è iure ciuili docens fidem nostram Catholicam illam ipsam esse, quæ ante mille ducentos & eo amplius annos floruit, ac Iuriconsultos, si qui sint hæretici, contra suam artem libros, leges, principia peccare.

Inter hæreticos solus ferè Theodorus Beza, ex obscuro & impuro poeta repentinus Theologiæ Geneuensis Minister, indeque Caluini istius rabulæ & spurij successor, scribit, quamquam ab aliquot annis rariùs, siue quia ad eruditionis suæ fundum peruenit, siue quia delictis sudoribusque iuuentutis fractus est, nisi quòd ad poesim reuersus, interdum ea latrantem demulcet conscientiam, veteribus amoribus decantatis. Hinc profana illa Præfatio in Psal. 51. *Miserere.* & versificatoria Cantici Canticorum paraphrasis, contra quam aliam Iambicis versibus condidimus & commentariis illustrauimus.

Ministri cæteri, qui hodie supersunt vel nascuntur, præ infantia nec scribere, nec intelligere solidi quicquam possunt. Ita breui infelicem Calvinianæ bestię interitum expectamus. Nisi grauissima nostra scelera Deus Mahometismo, quò Calvinismus inclinât, vindicare velit. Quod ipse auertat, qui est benedictus in sæcula.

Ex quo Apocalypsim Mahometismi abominaciones disertè pingentem, suorum factis congruenter suspectã faciunt. Nam Caluinus de libro Apocalypseos sententiã rogatus ingenuè respondit se penitus ignorare, quid velit tam obscurus scriptor, qui qualisque fuerit, nondum

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

Concilium Provinciale Mediolanense 6. eodem præside, an. 1582.

Rhemense præside L. Guisio Cardinale.

Burdegalense de eadem re, nempe de se componendo ad Canones Tridentini.

Turonense de eodem.

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

cōstet inter eruditos. *Bodinus de method. hist. c. 7.* cū tamē esse de sacratorū literarū numero, ac scriptorem habere Ioann. Euangelistam, inter omnes eruditos Catholicos constet.

* Maronitæ Christiani phœnices in Syria, Libani mōtis accolæ, ad orthodoxam fidem adducuntur per Ioannem Baptistam presbyterum Societatis Iesu, procurante, quæ ad religionem introducendam necessaria sunt Gregorio Pontifice. Legunt reruntque illi catechismum Arabica lingua Romæ excusum, cuius Sebastianus Verronius exemplum attulit ex Syria Patriarcham, & Episcopos, cum presbyteris, & monachis habent latinorum amicissimos, ac iam legatus à Patriarcha Romam venerat anno 1515. ad Concilium Lateranense 3. eximius vir Acurius Ioseph. Illud commiseratione dignum est, populos hosce anno 1584. expugnatos à Turcis, multa atrocità perpeffos esse, qui tamen in fide Catholica porro perseverant, & ad eam se mutò cohortantur. *Sebastianus Verronius in Chronicis Ecclesia & monarchiarum libro 8.*

* Patres societatis Iesu ad corroborandam & ampliandam vt par est, Romanæ sedis obedientiam, & vt Pontifici Gregorio, cui plurima debebant, gratificarentur, per suos egerunt, vt quidam reges & principes Iaponiæ legatos suos ad S. Pontificem miserint. Huc pietas, & affectus optimus erga Rom. Pontif. permouit Franciscum Regem Bungereum, Prorasiū Regem Arimæū, & Bartholomæum Oinurcæ principē. Hi collatis consiliis decreuerunt, quatuor ex suis cum Patre Alexandro Valignano visitatore societatis Iesu Romam mittere. Qui paratis omnibus ad iter necessariis 20. die Feb. anni 1582. è portu Nangaschæ enauigarunt, & post longam difficilēque nauigationem, tandem Romam venerunt die 22. Martij anni 1585. tertio anno in ense vno & duobus diebus postquam è Iaponia decesserant, iterque viginti millium milliarium essent emensi. Excepti fuerunt Romæ cum summa lætitiā, & in domo professionis societatis Iesu diuersati sunt.

* Postridie S. Pontifex publicum conuentum Cardinalium indixit, consistoriumque habuit, in quo legati cū ineffabili apparatu excepti, atque ab omnibus dominis & principibus aulæ summis honoribus affecti sunt. Quicquid illis nec essarium erat, abundē suppeditabat Pōtifex, qui paulò post eorum aduentum 10. Aprilis mortuus est, postquam 83. annos & menses circiter tres vixisset, & Pontificatum annis 13. mense vno & tribus diebus exceptis administrasset. Quo tēpore diuersis vicibus 33. Cardinales creauit, inter quos Vrbanum 7. Gregor. 14. & Innocentium 9. Pontifices Maxim. Sepultus est apud S. Petri in Vaticano, in Sacello S. Gregorio Nazianzeno à se magnificè exædificato, dotato, & ditato. Monumentum à suis consanguineis ei postea constructum & ornatum. *Anton. Cicarella in vitis Pontif.*

* Hic Pontifex antea Hugo dictus, Bononiensis è Boncompagnonū nobili familia oriundus, patre Christophoro natus est an. Christi 1502. 7. Ian. à Paulo 4. Episcopus Vestæ ordinatur, & reuersus à concilio Tridentino Romam à Pio 4. die 12. Martij ann. 1565. Cardinalis tit. 5. Sixti creatur, & in Hispaniam ad regem Catholicum legatus à latere mittitur. Tandem creatus est Pontifex 13. Maij ann. 1572. Coronatus apud S. Petrum 25. eiusdem.

1585

5672

* Hic dum viveret optima fuit corporis dispositione, quam quia in cibo & potu parcus erat, usque ad mortem integram conseruauit. In incessu strenuus erat & grauis, aspectu placidus, & maiestate plenus, animo mansuetus & benignus, in elemosynis erogandis liberalis. In legibus eximie doctus, studiis adeo assuetus, & cum voluptate deditus, ut etiam in extrema senectute studia non intermiserit. In publicis literis & signaturis prompte respondebat, occurrentia omnia prudenter soluebat, omnibusque satisfaciebat. *Idem Cicarella.*

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

HUMANÆ.

Sacrum fœdus siue vinculum post mortem Pij Pont. cuius studio & sumptibus fuerat conciliatum, à Venetis dissoluitur, dum clam sociis. Victores à victo Turca magno ære & integra Cypri cessione pacem turpiter promercentur, pettæsi Dei hostes vincere, nisi interim per totius Mediterranei emporia suam quætuosam mercaturam exercerent, nec recordati illud Græcorum apud Pachymerem lib. 5. historię. *Cum hostibus crucis geratur bellum, ubi & victoria laudabilis est, & vinci salutare. Item Pax colenda, ubi Dei iacturam non facimus, rursus bellum gerendum, ubi religio periclitatur.*

* 1572. 8. Iunij. Ioanna Labretana Regina Nauarræ 5. morbi die Lutetiæ moritur, cum ætatis annum ageret. 44. Princeps magni animi, & ingenij, ac periculorum omnium supra seculum contemptrix.

* 13. Maij. Ioan. Argenterius, Castronouo in subalpina regione loco obscuro natus, sed ingenio, quod in Aristotelis schola præcipue exercuit, excellens, præstantissimus ite medicus, & scriptis ad posteritatem victuris clarus, Augustæ Taurinorum decessit, cum ætatis annum ageret 58. ad S. Ioannis ab Hercule filio honorificè sepultus. *Iac. Aug. Thuanus histor. sui tempor. lib. 54.*

* 7. Iulij Sigismundus 2. cognomento Augustus Poloniae Rex vltimus ex Jagellonum familia, Kuifiniæ in Lithuania ubi diu æger decubuerat, tandem ad Deum migravit, cum 52. annum ageret, nullis hæredibus relictis ex Elisabetha, & Catharina sororibus Ferdinandi Cæsaris filii & Barbara Radeuilia, quam inter eas mediam duxerat. *Iac. Aug. Thuanus, lib. 53.*

Genlisius & cæteri Galli prope Montenaldum ab Albano cæduntur, nempe *Hæreticus certum est Flandrorum terra sepulchrum.*

* 17. Aug. Regis Nauarræ nuptiæ quas excepit ob quãdam in Catholicos Principes coniurationem dies Bartholomæanus, siue matutinæ Bartholomæanæ. 24. eiusd. mensis à Gaspare Colinio maris præfecto, initio sumpto.

Postero die de aliis pœnæ sumptæ. Inter eos Petrus Ramus Veremandus, turbulentæ vitæ, & sui in Linguas, Artes, disciplinas, Theologiam denique ipsam furoris supplicium dedit.

* 8. Nouemb. noua stella sub Cassiopeæ asterismo cõspecta est, quæ cum coxa & pectore ipsius Cassiopeæ rhombi figuram signans immota diutius anno constitit, & cum initio Iouem magnitudine & fulgore æquaret, paulatim attenuata, & initio anni 1574. omnino extincta est. Eam cum stella, quæ magis ab Oriente ad adorandum generis humani propitiatorem recens Berhlemi natum venientibus præluxit ingeniosa & accommo-

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

data ad tempus similitudine quidam in Protestantium gratiam luculento carmine edito eandem fecit, additis tristicis augurij minis, quas bæui post euentus comprobauit. Quæ & Cornelij Gemmæ Friisij medici & astronomiæ nostra ætate peritissimi sententia fuit, ob id Neomagum ab Albano duce tunc tēporis euocati, qui de ea multa scripsit in sua Cosmocritica, ei que post natum Christum vix aliud phænomenon comparandum illuxisse dicit, siue sublimitas signi, siue raritas & diurnitas spectetur. De eo & æque miranda tradiderunt Thaddæus Hagerius, & Fabricius Polus, qui illud Viennæ in Austria obseruarunt, & Hieronymus Munius Valentia in Hispania, Hebraicæ linguæ, & Mathematicorum artium professor. *Jacobus Augustinus Thuanus historiarum sui temporis libro quarto & quinquagesimo.*

* Secundo Decembris Hyppolitus Atestinus Alfonfi primi Ferrariæ Ducis & Lucretiæ Borgiae filius, effæto laboribus, potius quàm annis, corpore, nondum enim sexagesimum ætatis annum attigerat, vita excessit. Corpus in Sanctæ Catharinæ depositum, postea Tibur translatum est, & in Franciscanorum templo conditum. Is maximis negotiis à prima adolescentia apud Reges Gallia innotuit, & propter arctam Herculis fratris cum Francisco primo affinitatem etiam ad intima eius consilia admissus, ac opimis sacerdotiis donatus, eiusdem commendatione à Paulo tertio in Cardinalium collegium cooptatus fuit. Postea sub Henrico secundo Senas, quæ ad Regis patrocinium confugerant, summa prudentiæ & æquitatis opinione moderatus, ac denique longè maximi momenti legatione sub Carolo nono defunctus, patrocinium rerum Gallicarum Romæ suscepit. Vir elato & magnifico ingenio, quod ingentia, ædificia in Gallia ab eo fabricata, & horti regali sumptu ab eo in monte Quirinali, & Tibure extructi, ad quæ visenda, toto orbe etiam hodie fit concursus, ad posteritatem testantur. *Jacobus Augustinus Thuanus historiarum sui temporis libro quarto & quinquagesimo.*

1573. 8. Ianuarij insolens ac prodigiosum diluuium Louanio incubuit. Nam Dilia fluuius post diuturnum toto Decembri asperrimum gelu solutis niuibus intumescente, & alueum supergresso, aquæ supra murorum pinnas excreuere, tandemque hora ante meridiem decima, perruptis aggeribus stragem latissimam dedere, tanta vi, vt casas omnes humiles, & cariosas secum vorticoso impetu rapuerint. Torrenti flumini ædes proximæ ad 12. vlnarum altitudinem demersæ vix rapidos fluctus sustinere. Tum pauidi omnes ad summa tectorum fastigia euadere, muros perfodere, tabulara perfringere, scalas, celoces, scaphas, tumultuariis clamoribus, ac plerumque lamentabili voce exposcere. Eiulatu puerorum ac sceminarum passim omnia personare, tectorum vbique ruentium fragores exaudiri, conuelli arbores, simulacra per templa erui, integras domuû contignationes, spondas, lectos, culcitrâs, capsas, mensas supernatare. Denique mortuorum ossa, ac plerumque cadauera tumulis effossa prorsus horrendo spectaculo fluitare. Iamque multis in humilioribus vrbis partibus mensuram vitæ ad aquæ in momenta excreuentis modum fortuna admetiebatur, cum raso Dei beneficio aquarum vi reuulsa magno cum strepitu altera ciuitatis porta, quasi carcere effracto, Dilia liberior in Campos subiectos effunditur, & præsentis exitij

1585

5672

metu tot conseruatas animas soluit. Quod portenti loco accepit Cornelius Gemma in sua Cosmocritica lib.2. cap. 4. vt & exhalationem lucidam Chasmatris specie in caelo visam 27. Ianuarij, frequentes hostium externorum irruptiones, ruinas vrbiũ, proditioes, conflictus, clades, vt ille ait, significantem. *Idem lib. 55.*

* 13. Martij Michael Hospitalius inter magna huius seculi ornamenta reponendus, anno ætatis circiter 70. in Viuiano suo placidissima morte ad Deum migravit, condito prius testamento, quo vitæ antea quæ redditæ ratione, pietatis in Deum, charitatis erga patriam, ingenij elegantia, & prudentia, quæ eum ad extremum vitæ spiritum vsque comitata est, testimonium veluti consignatum reliquit. Hic per omnes togæ gradus summa cum doctrina, integritatis, grauitatis, ac prudentia incomparabilis laude versatus, ad solstitium tandem honorum peruenit, & turbulentissimis Gallia temporibus, iis etiam qui rempub. turbatam quàm pacatam malebant, suffragantibus, ob summam virtutis & constantia opinionem, post Francisci Oliuarij mortem, quem ille viuum præcipuè coluerat, Cancellarius Franciæ creatus, inuidiam semper virtutis comitem magnis conatibus aduersam habuit, cum qua infracta animi magnitudine diu luctatus, non victus, sed cedendo victor euasit, & ad quietem domesticam versus, in honestissimo otio, quod reliquum vitæ fuit, tranquille exegit. Dum in aula fuit, indignam meritis suis gratiam rependi dolens, tamen iudicatio ordini corrigendo intentus, sanctissimas leges promulgauit, quæ sanctissimæ earum conditoris memoriam apud posteros conseruabunt. Quæ de iure scripsit immortalitate dignissima in tenebris hæctenus delituere, aliquando vtinam magno reipub. bono lucem visura: versus ne perirent, Vidi Fabri, quem ille viuus singulari beneuolentia semper profecutus est, pietas vetuit, qui eos huc illuc neglectim ab auctore sparso, Iacobi Augusti Thuani viri clarissimi opera, & Scæuolæ Sammarthani viri inter alias dotes harum rerum peritissimi, in iis ordinandis vsus, collegit, & publico dedit. Ij versus puritate sermonis, nitore, acumine, & sententiarum pondere cum omni antiquitate certant, virumque verè expriment, qui non vultu tantum Aristotelis os, quod ex vtriusque Imaginum vbique prostantium comparatione constat, sed Solonis, Lycurgi Charondæ, ac Platonis denique sapientissimorum legislatorum pectus, mores, doctrinam, & iudicium, quibus longo rerum maximarum vsu & experientia confirmaram prudentiam iunxerat, in omni vitæ siue priuata, siue publica actione referebat. *Iac. Aug. Thuanus histor. sui temporis lib. 56.*

* 7. Maij Henricus Andium Dux, Caroli regis frater, Rex Poloniae renunciatur. *Idem ibidem.*

Eodem anno Rupella obsidetur. Item Sancerra, vbi horrenda fames obsessos nefandis cibus vri coegit, quod promulgatae pacis condiciones nollent admittere.

Quarta pacificatio, ob Henricum Regem Poloniae designatum.

* 11. Nou. Frac. Balduinus haud obscuræ famæ Iuriscōsulhus, & Cracouiensi Academiae, nisi mors hominem præuenisset, instaurandæ destinatus, Lutetia annos natus tantum 53. fato concessit. Is è veneno Caluini tempestiuè conualescens, sui doctoris & ministri pudenda detexit, & sacris pie sumptis, in fide patrum se mori testatus est. Procurante Pap. Massono I. C. cõditus est in Claustro Martinorum, quo in loco conuentus Academiae agi solent

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

Schola Parisiensis mortuo prolixè parentauit. Io. Auratus poeta epitaphium, Pap. Massonus grati animi auditor elogium scripsit, ac tumulum cum hac inscriptione.

CVIACI?

BALDVINVS HIC IACET. HOC TECVM
REPVTA, ET VALE. MORTVIS
VOBIS, IVRISPRVDENTIAM
CORRIPRET GRAVIS SOPOR.

* 1574. Cum Henricus Andium Dux, Poloniae Rex electus, Poloniae regnum ingressus esset, Cracouiam primariam totius regni urbem praemissus fuit Radefiarum Comes, qui nomine Henrici regis, exequiis Sigismundi Augusti interesset. Sic enim apud Polonos institutum est, ut nisi prius rite conditis decessoris manibus, Rex auspicio inaugurari posse non credatur. Ea pompa quia magno apparatu celebrata operæpretium me facturum putavi, si e Jac. Aug. Thuani li. 57. huc transcriberem.

Corpus defuncti Knisinio Tikocinam arcem munitissimam à se extractam, & inde Varsouiam, ac Varsovia postremo Cracouiam deportatum fuerat, Anna sorore infante funus cum magno Senatorum atratorum comitatu prosequente, & in curia Paduicensi depositum est, ac demum

15. Februar. viri, qui ad funus cohonestandum vndique confluerant, ac matronæ illustres lugubri habitu in arcem ad infantem se contulerunt. Praecedebant legati singularum prouinciarum cum propriis vexillis numero 30. Tum primarij ministri, armiger, ensifer, & huiusmodi: dein pomum mundi figuram representans, sceptrum, corona aurea, à Senatoribus, quibus id ex ratione muneris competebat, praeferebantur. Sequebatur corpus plumbeo loculo inclusum, & serico velamine nigro obuolutum, octo equis vectum, & post corpus feretra 32. cum insignibus regijs, & equi 30. egregie instrati. Infans atrata hinc inde à legato Pontificio, & à Veneto deducebatur. Tum nobilitas incedebar, & post eam urbis senatus, & longo ordine plebes ad 4. millia atrati omnes cum candelis & funalibus. Eo comitatu in arcem itum, ubi primaria aede cereis vndique collucente sacrum celebratum, quo peracto Megilensis Abbas Regem defunctum laudauit. Biduo sequenti priuatis sacris in alijs urbis templis mortuo parentatum est.

18. Februarij Henricus Rex Poloniae ad urbem Cracouiam sub vesperam cum regio tū Gallorum, tum Polonorum comitatu procedit, quam facibus vbiq̄ accensis splendentem in equo egregie instructo ingressus est per S. Floriani portam, vraniscum praeferebantibus consulibus, tubis inde concinentibus, & inde machinis continuo fragore displosis. *Idem lib. eodem.*

Montgomerius Comes Lutetiae securi percutitur.

* 30. Maij, ipso Pentecostes die Carolus 9. Rex Francia in castro Vicennarum prope Lutetiam mortuus est, cum annos 23. mens. 11. dies 3. vixisset, regnum annos 13. menses 5. dies 25. tenuisset. Princeps praecleara indole, & magnis virtutibus praeditus. *Jac. Aug. Thuanus hist. sui temp. lib. 57.*

* Henricus 3. Poloniae Rex Carolo fratri successit, & sic Gallicae Rex 62. qui audita morte fratris sui, Poloniam relinquens, quantis potuit itineribus in Galliam se recepit.

* 15. Decembris impiam efflauit animam Selimus eius nominis 2. Turcarum imperator.

20. Decemb. illi successit filius Amurathes 3. & 13. Tur-

1589

5672

carum imperator, qui à quinque fratrum impuberum strâ-
gulatione & cædibus eius administrationem auspicatur,
ætatis 26. Mahometanæ, impietati vehementer addictus
fertur, juris amans, Solymani aui imitator eximius.

Ad armorum sonitum & tormentorum fragorem con-
tremitere aiunt. Vnde bella contra morem maiorum per
legatos gerit.

Marris vxorisque imperio agitur, qua vnica dicitur cõ-
tentus. Filium habet vnicum Mahometem, qui & liberos
habere narratur, etsi vix sit pubertatem egressus, vti & iste
Amurathes à Selymo vix pubere est genitus.

Vino contra Patris consuetudinem abstinet. Milites ta-
men, qui sub Patre consueuerunt, vt nunc abstineant, cogi
nõ possunt, *Hac Epist. Franc. de Billerberg. ad Dauidè Chytræn.*

Literas, Christianorum maximo dedecore, sic inscribit:
Amurathes *Deus terra*, gubernator mundi vniuersi, nun-
tius Dei, fidus seruus magni Prophetæ Mahometi, &c.

Amidas Rex Tuneti victus à Turcis regno excidit, quod
in prouinciam redactum est, expugnata demum Guleta,
quæ Hispanico præsidio tenebatur.

Calendis Februarij Iacobus Carpentarius in Philoso-
phia meus præceptor, professor & medicus regius, anti-
quæ Philosophiæ contra Ramum & alios Logodædalos
assertor tabe trimestri, magno eruditorum desiderio ex
hac vita decessit.

* 21. Maij Cosmus Medices Florentinorum & Senen-
sium Dux decessit anno ætatis 55. cum 38. annis imperium
tenuisset, princeps raris naturæ, & ingenij dotibus prædi-
tus, & in quo summa felicitas cum rara prudentia certauit.
Idem Touanus lib. 57.

Vigesimo sexto die Decembris, die S. Stephani moritur
Carolus Lotharingus Cardinalis summo Calvinistarum
voto, siue quia sua autoritate & consilio illorum conspi-
rationes disturbabat, siue quoniam in conuentu Possiaco
Petrum Martyrem, Bezam, & decem alios Ministros lu-
culenta oratione letaliter vicerat, & vniuerso Conuentui
piaculares reddiderat.

1575 Quartum bellum ciuile Francicum inita Caluini-
starum cum aliquot Catholicis societate. Vnde quintum
Pacis edictum an. 1576. secutum est.

Eodem Abdemelec regnum Marochianum & Feflense
armis Turcicis adiutus nepoti suo Mahometi Cheribo
eripit, qui post aliquot prælia in Portugalliam elapsus, ma-
gnarum calamitatum Christianis ipsum reducere conanti-
bus auctor fuit.

Eodem Basilicæ consulentibus Ministris, vt Turca con-
tra Pontificem & reges accerseretur, Princeps Condæus
restitit. Quin ne talia sibi deinceps proponerentur, sub
pœna sanxit. *Launæus lib. 2. Apologia.*

1576. Torenis cum copiis, quas è Germania deducebat,
profligatur à Duce Guylio, qui tamen, dum ardentius pa-
lantes & fugitios insequitur, in vultu vulneratur.

Conuentus Blesensis, in quo reuocatur edictum paci-
ficationis quo prætextu vrbes aliquot à Calvinistis inter-
cipiuntur. In eo petorantur pro primo ordine Petrus Epi-
nacus Lugdunensis Archiepis. celebri sui & totius Eccle-
siastici nominis palma, pro secundo Nobilium, Claudius
Baufremontius Senescei Baro, vt genere, sic virtute do-
ctrinâq; nobilissimus, pro tertio, Verforius Paris. Patronus.

Isidorum in Arueruia funditus à Francisco regis fra-
tre & prorege deletur.

* 21. Septēbris Hieronymus Cardanus clariss. medicus

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

& mathematicus, Romæ moritur, & sepelitur.

Erastus contra paracelsum veteris medicinæ labefactorem, & nouæ conditorem scribit.

* Hoc anno 1576. 19. Iunii erectum est collegium medicorum Lugdunensium, sine villo tamen censu & reditu annuo. In Basilica vrbis prima statuta ipsius proposita sūt. Quæ deinde in Palatio præsidiali die 6. Iulij lecta & publicata. Tum ab Henrico 3. Franciæ & Poloniæ rege confirmata & collaudata per literas parentes, quas vocant, Octobri mense anni 1577. Postremo ab Henrico 4. Franciæ & Navarra Rege mense Septembri anni 1595. & à summo Parlamento Parisiensi approbata. Itaque hoc Medicinæ Collegium inter prima & præcipua totius Galliæ ab eo tempore viget & floret impensis & sumptu priuato ipsorum Medicorum, qui hoc anno 1599. in eo sunt hi decem, (numerus Apollini sacer) Iacobus Pontius, collegij Decanus, Ludouicus Thorellus, Laurentius Faius, Angelinus Fournierius, Richardus, Laurentius, Ysaac Connanus, Ioannes Marquiſius, Hieremias Lanerius, Pancratius Marcellinus. & Michael Riberius doctrina & opere medico clari.

* 12. Octob. Ratisbonæ in Bauaria diem suum extremum clausit Maximilianus 2. Imperator Romanorum. Cui successit eius filius Rodolphus 2. rex Vngariæ & Boemiar, Archidux Austriæ. *Hericus Buringus in sua Chronologia.*

1577. Belgij accepta potestate conuocandi ordines, vt de re sua & tranquillitate patriæ deliberarent, modò nihil de religione tractarent, circumuenti à Gueusis, mortuo Governatore in suum Principem conspirant, abigendos Hispanos decernunt, se hæreticis iungunt, Auraco principi obsequuntur, euocant Matthiam Imperatoris fratrem dominationis specie, cùm interim ipsi & Auracus omnia essent gesturi.

Antuerpiam milites introducunt, Hispanos in arce obsident, qui facto impetu, quamuis pauci, de eorum perfidia pœnas dignas sumunt, quatuor externorum militum millia iugulant, oppidanos sternunt, diripiunt, in carceres coniiciunt, fugant, ædibus compluribus concrematis.

Ioannes Austriacus ad Flandriam pacandam mittitur, eum imperio. Certis conditionibus recipitur ab Ordinibus, qui ei postea insidiantur, externos principes alliciunt, Catholicis melioribus dissidunt, sacerdotes & omnis generis clericos eiiciunt.

Chirurgi à Medicorum Parisiensium schola deficiunt, ac, illis frustra se eorum Patres, Dictatores, Magistros esse docentibus, quòd hætenus ex ipsorum lectionibus, dictatis, consultationibus, examinibus pependissent, seorsum sua omnia agere, publicè Chirurgiam prælegere, priuatum denique corpus conficere incipiunt, actionibus, declamationibus, libris hinc inde versu ac prosa contra se mutuo editis.

Petrus Danesius Parisiensis professorum regionum primus, per quem literæ Græcæ deinceps suum solium Luteriæ constituerunt, deinde Vaurenſis Episcopus Aprilis 23. sub ætatis 80. tribus linguis & omnibus disciplinis ornatus vitæ puritate illustris in Domino obdormit. Sepultus est in D. Germani Prædichs, quòd se bienniu ferè ante cõtulerat, vt in sancta solitudine inter Psallentiũ choros psallens ipse moreretur, quando id in sua Diœcesi per hæreticorum arma non licebat. *E nostra in eum funebri oratione.*

Tristandus de Bizet, Episcopus Sanctonensis, mille libellas annui redditus Lectoribus, & aliquot aliis de collegio Bernarditarum Parisiensium assignat.

1585

5672

Grassinorum Collegium absoluitur pecunia testamentaria Grassini Senatoris. Atque ita Lutetiæ 54. Collegia existunt, eaque omnia ferè ab Ecclesiasticis vel condita, vel locupletata: quot & quanta in vlla alia orbis academia vix quispiam notauerit.

Mustapha Georgianos siue Iberos, qui Christum more Græcorum colunt, an. 1576. oppressit. Tiffin regni caput cepit, tributo annuo imposito. Inde in Mediam irrumpit contra Ismaëlem Persarum regem.

1577. Mahometes Hodabendus fratri Ismaëli succedens, bellum contra Turcas suscipit, vt Mediam recuperet, ac Georgianos veteres socios vindicet; prosperèque pugnat.

Nam ad Seruan, à qua vrbe hodie Media Seruan appellatur, commisso prælio Turcas ad 70. millia concidit. Scythas cum 30. millibus equitum subsidio eis venientes penè omnes deleuit. Tartarici regis, qui ad Mæotidem paludem dominatur, fratrem necauit.

* Belli Persici inter Amurathem 3. Turcarum, & Mahomethem Hòubendo Persarum Regem gesti historiam scripsit Henricus Porcius Iuriscōn. Quam inter rerum Turcicarum narrationes recenset Nicol Reusnerus.

* 10. Nouemb. apparere cœpit sub aquila volante in asterismo Antinoi, horribilis cometa, longissimam caudam spargens ab occasu versus ortum, progressus est secundum ordinem signorum, ad collum vsque Pegasi, fuitque, sine dubio prænunciator belli Mauritani, quod paulò post secutum est. *Henricus Buingus in sua Chronologia. De eodem scripsit historiam Cornelius Gemma Louaniensis medicus.*

* Franci cum antea numerarent per libellas siue Francos, edicto Regis Henrici 3. mensis Septemb. iussi sunt numerare per aureos, & aureorum partes, aureo ad summam 60. solidorum redacto.

1578. Mustapha, Turcarum ductor, victus excurrit in regnum Seruanum, id est, Nudorum Georgianis transitum præbentibus, Sammachium regni caput occupat. Ibi Achmeto Eunuchò Bassa relicto cum 25. millibus hominum in Armeniam contendit. Sed eum Persæ affecuti, iterum vincunt, & 80. millia Turcarum trucidant, cunctis proceribus penè vel interfectis, vel captis, adiuuantibus Georgianis, qui & ipsi repente copias contra eos collegerant, vt pontem à Mustapha in sua regione excitatum, & à triginta millibus armatorum seruatum rescinderent, seque Turcicis terroribus liberarent.

Sammachia à Persis recipitur cum multis tormentis, spoliis, pretiosisque impedimentis, atque omnibus bellicis apparatus, Eunuchò Derbentum versus profugiente.

* 4. Augusti facta est pugna cruenta in Mauritania, inter Abdemelech Mauritanie & Sebastianum Lusitania Reges. Abdemelech in ipsa pugna apoplexia extinctus est Sebastianus Lusitaniae rex cum Muleyo Mahomete Cheribo, quem in suum Fessense regnum temere reducere conabatur, ab infinita barbarorum multitudine oppressus, fortiter occubuit. vbi & cæsis 12. Christianorum millibus, & totidem captis, desiderati sunt Episcopi Coimbrensis, & Portuens, & Præfectus Pontificius, Marchio Hyberniae, quem Pontifex instruxerat cohortibus Italicis ad Hyberniam occupandam, multique alij principes. Abdemelechi autem frater Hametus, victoriam, & regnū Mauritanie obtinuit. Inuentus est tamen 23. post eam infeli-

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

cem pugnam annis, qui se Sebastianum Lusitaniæ regem esse dixerit, & senatum Venetiarum, aliisque Christianis principibus approbare se conatus sit. Qua de re vide historiam Petri Matthæi narratione 4. libri 4.

Paulò post initio Octobris Ioannes Austriacus in Castris contra Flandros diem clausit extremum, princeps immortalitate dignus, inuictus Hæreticorum & Turcarum victor, vt proinde appositè in suis signis militaribus crucem cum hac tessera gereret, *In hoc sig no vici Turcas, in hoc signo vincam Hæreticos.*

Ei succedit Dux Parmensis, de quo illud Esaiæ cap. 14. sibi dictum perduelles interpretentur, *Ne lateris Philistæa tu, quod comminuta sit virga percussoris tui* (Ioannis Austriaci.) *De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucres, &c.*

Gandavi Gueusij rati Catholicos satis iam à rege Catholico suis artibus abalienatos, quo consilio cepissent arma detegunt, nempe non vt bono publico consulere, sed vt pietatem labefactarent. Nam tunc sacras imagines deiiciunt, templa subuertunt, diripiunt, Catholicos vexant & opprimunt.

Atrebatî seditio & aliis in locis contra Gueusios, apud se idem, quod Gandavi, molientes. Hinc ordinum à se inuicem distractio. Mox ne petirent funditus, & mutarent non Dominatum, sed Dominum, incipiunt captare Imperatorem de pace à suo Principe exoranda. Vtinam eis illud Osee 2. & 3. c. congruat: *Post hac reuerientur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & David regem suum, & dicent, vadam & reuertar ad regem meum priorem, quia melius mihi erat tunc, quàm nunc.*

Pontis Lapidei supra Sequanam prope Augustinianos Parisienses insignia fundamenta iaciuntur in Luparam regiam.

Mense Decembri Seruan vrbis Mesopotamiæ munitissima prope Tegil Fl. Amurathi eripitur à Sopho Persarum, cæsis centum sexaginta Turcarum millibus. Bassæ, qui Constantinopolim euaserunt ab Amurathe ob tantam cladem stomachante, securi percussi sunt.

A peruigilio cœptus ordo equitum S. Spiritus, die primo anni 1579. instituitur ab Henrico 3. Franciæ R. Faxit Deus vt suo nomini consonet, sanctoque spiritu regatur, neque sit oneri & damno Ecclesiæ, pro qua honoranda tuendâque conditus dicitur.

Mense Aprilis riuus Gentiliacus, vulgò Bieura, nimio 30. horarum imbre exundans, agros & suburbana D. Marcelli nocte obruit, aliquot hominibus & pecoribus extinctis, muris, parietibus, nonnullis etiam ædibus disiectis.

Decimo septimo Maij hora decima in Monasterio S. Vedasti Atrebatensis, Artesij, Hannones, Insulæ Duaci, & Orchiaci pacem à rege Catholico certis conditionibus impetrant, hymno *Te Deum* postridie Atrebatî decantato.

In Flandros, Brabantinos, Hollandos, Zelandos, & reliquos perduelles, eius nomine, Parmensis Dux exercitum mouet, vt vel easdem pacis conditiones subeant, vel debitas perfidiæ pœnas luant.

Bar. Brissonius patronus Regius (indèque supremæ curiæ præses) & Renatus Chopinus summi nostræ ætatis Iurisconsulti hoc mense Maio contra Paracelsistas) Pseudomedicorum genus, qui damnato Hippocrate, Galeno, & veteri schola, prodigiosam Medicinæ praxim vsurpat,

1585

5672

& prodigiosiore Theoriam, Principia, causas, &c. constituant) pro Medicorum veteri disciplina in Senatu Parisiensi perorant.

1579. Mahometes Hobobendus Persarum Rex, Turcas in quadam ampla planicie de improviso inuasit, ad 30. millia instar pecudum mactauit, vt Amurathes Scytharum siue Tartarorum opē implorare coactus sit, quibus vt tutò res necessariæ conuehi possent, Occhiali Admiralius Phasis amnis acolas adortus, castellum prædicto amni imposuit, & duas arces in littore maris Colchici siue Mengrelij ad arcendos hostes excitat. Sed eæ à Persis captæ sunt & euersæ.

Amurathes Mustapham reuocat, indèque ad venenum compellit. Sinam autem Bassam, qui victor ab Africana Guletæ expeditione redierat, in locum eius substituit.

De pace tractat: sed quia Media non vult cedere, Persæ eius agros vndique vastant, pagos villasque exurunt, & comineatu intercepto, fame pestèque Turcas absumunt.

Munitionem in finibus maioris Armeniæ ab ipsis factam, vt Georgianorum vires à Persicis disiungerent, vna sui exercitus parte diruunt, ac Turcas in ipsa inuētos trucidant. Altera Vanum & alia oppida in finibus Babylonici expugnant: Trecentis 50. missis Carcin, munitionem, quæ in ora maris Euxini struebatur, capiunt & euertunt.

Aucti copiis auxiliariis Bogodani reguli, & quadraginta millibus Hemircani Persici regis filij, Sinam Bassam ad pugnam prouocant, ac ad oppidum Aazirum siue Argironem in finibus Turcomaniæ & maioris Armeniæ haud procul ab Euphrate vrgent. Tredecim millia equitum in suos agros excursionem facientia, atque illic comineatum conuehentiã confodiunt. Prædam & captiuos recuperant.

Pestis in vniuersa Peloponneso, & aliis terris Turcicis sæuit, vt vel in vna ciuitate Hieropoli plus 70. millia cõsumpta sint.

Stephanus Poloniæ Rex Iesuitis Polotiæ templum struit. *Vuarjenicius in Panegyrico ad illum regem.*

Mahometes primarius Turcæ Bassa mense Octobri circa horam pomeridianam à quodam mendico antea milite supplicem libellum porrigente in Palatio plagam in pectore excepit, & duabus post horis mortuus est. Percussor in tumultu laceratus, apud Turcam perpetratæ cædis causam dicere non potuit.

Mense Augusto Cardinalis ille Hosius vitam hanc cum meliore mutat.

Suetiæ rex Iesuitis profectis ad repurgandam Ecclesiam illic dogmatibus hæreticis corruptam se æquū præbet, cum spe Catholicæ fidei recipiendæ.

Archiepiscopus & Archidiaconus Angulamensis in ea Indiæ parte, vbi sunt Christiani D. Thomæ, characteres linguæ Chaldaicæ siue Syriacæ à summo Pontifice per Iesuitas postulant, vt sua non modò imprimant, (nā Missam & preces Canonicas lingua illa, vel etiam Hebraica celebrant) verum etiam nostra in eam linguam conuertant. *Emanuel Texera in Epistolis.*

1580. Ob siccitatem sermè inauditam Cõstantinopoli & in locis finitimis, Amurathes ab Epidauris frumētum petit.

Filius Regis Persarum cum 20. millibus equitum in

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

Turcicos agros excurrit. Triginta milibus equitum sibi occurrentibus fugam simulat. Reuersus perturbat ordines, & ad 20. millia interficit.

Sina Bassa residet ad ciuitatem Ezerum ad Euphratem sita, & auxilia expectat.

Inde initio Octobris Turca magnam cladem à Persa accipit, frustra que ei in pacis lenocinium magnam suæ ditionis partem offert.

Sub finem anni Persa stratagemate vsus, munitionem Tifis occupat, & præsidium alterius Cars dictæ cedit.

1580. Die 31. Ianuarij Henricus Cardinalis Portugalliæ Rex moritur, cuius successorem cum Catharina Bragariæ Dux, Antonius ex Ludouico Regis nepos notus, & alij sibi designarent, tandem Philippus Rex Hispaniæ, qui à Cardinali moribundo nominatus fuerat, eam Ecclesiasticorum & Nobilium suffragatione assequitur.

Die 27. Februarij Malicotentij Contracum mutato habitu occupant. 30. Martij Ninoua duce Lanouio Gallo, scælarum ope capitur. 6. Aprilis & seq. Anglia, Zelandia, Hollandia, & Flandriæ pars terræ motu concutuntur.

9. Apr. M. chlinia ab Ordinibus Temptio duce ante dileculum superato vallo in potestatem redigitur, magna que crudelitate in ciues & præsidiarios sæuitur.

9. Maij Lanouius Gallus ab Hispanis capitur, quindecim pedum signis cæsis.

Initio Iunij Frisij traiecto Rheno patriam armis repertunt, obuiumque Comitem de Hollac cum 22. vexillis pedum, ac equitum duobus milibus superant, cæsis mille quingentis, cum de suis tantum 55. amississent. Hac pugna Groningenses obsidione liberati sunt, & multa Frisiz oppida, portus & propugnacula recepta.

8. Iunij Flandri Disthemium oppidum occupant, & Ecclesiasticorum ædes diripiunt.

Eodem mense Cameracum se patrocinio Ducis Alanfonij Gallorum Regis fratris permittit.

Iulio, Stephanus Rex Poloniz ex Lithuania in ipsam Moscouiam ingressus, duas arces Vuaisium & Vsuatum occupat. Deinde Vuelikilukium. Sed multis suorum amissis, sub finem ferè anni reuertitur.

Eodem legati ab Ordinibus Belgiz ad Ducem Alanfonium mittuntur, vt se patriamque Belgicam, certis conditionibus, abiurato Hispaniarum Rege, ipsi offerant.

Augusti 19. proscriptio Hispaniarum Regis contra Principem Auracum Namurici publicatur.

* 20. Augusti Hieronymus Olorius Lusitanus, Algarbiensis Episcopus, Tauinas Lusitaniz vrbi, in fratru Fraciscanoru cœnobio, 74. ætatis anno placide in Domino obdormiuit. Vir verè pius, diuinæ gloriæ studiosus, Christianæ religionis propugnator insignis, excellens Theologus, in cæteris disciplinis non mediocriter eruditus, post Tullium Romanæ eloquentiæ princeps, patriæ suæ decus, cuius vtilitatem suis rebus semper prætulit, veritatis amator, timoris & ambitionis omnino expers, veræque gloriæ cupidus. De qua etiam libros 5. edidit, & alios cõplures, quorum titulum petes ab Epitome Bibliothecæ Cõradi Gesneri. Huius viri magni vitam descripsit Hieronymus Olorius nepos, quæ addita est libris quinque de gloria, & de nobilitate civili, & Christiana libris totidem, excusis Lugduni in 12. apud Ioannem Pillehotte, 1609.

1585

5672

Mēſibus, Julio, Auguſto, Septembri, Fera Picardiæ vrbs à Rege obſiderur, tandēque certis conditionibus ab Huguenotis redditur.

* Die 30. Auguſti Taurini obiit diem ſuum Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, Princeps conſtantia, prudentia, & Chriſtiana pietate clariffimus.

Die primo Septembris anni huius 1580. Græci ac Moscovitæ annum ab orbe condito 7089. numerare incipiūt.

Menſe Septembri Hiſpani & Itali milites, qui Pontificiorum nomen ſibi indiderunt, duabus clauibus pro inſignibus uſi, in Hiberniam appellunt, munitionēque erigunt contra Anglos.

* 25. Octobris, Pariſiis obiit Petrus Seguierius ſupremi ſenatus, ſecundus præſes, cui Antonius Seguierius Pariſienſis prætor, vnus ex liberis hoc Epitaphium dignū quod poſteri cognoſcant, exarauit. Quod marmori nigro inſculptum aureis literis, poſitum eſt in Sacello Seguierianæ familiæ, in Templo D. Andree de arcubus ad dextram chori.

PETRVS SEGVIERIVS an. Domini 1580. Octob. 25. hora 2. à media nocte mortalitatem expleuit, magno aſſidentis coniugis luctu, & circumiacentiū liberorum. Longa illi ætas, annum ſextum & ſeptuageſimum exceſſu in altiffima tranquillitate, pari veneratione. Honores multi. Ciuis egregius, fortiſſimus aduocatus, Index recliſſimus. Vidit illum Senatus, Præſidem antiquis illis (nihil eſt de modeſtiſſimo viro dicendum elatius) parem fortuitorum magna copia, vxor optima, liberi pientiffimi, opes ſpecioſæ, firma valetudo, ſecunda fama, & ſi quæ alia foelicibus aſtruit caſus, non denegauit. Sed hæc circa illum, non in ipſo fuere. Non eſt quod ex his, quibus ſine moleſtia carere potuit foelicem illum indices. Foelicem crede foelicem pronuntia, amplectere, admirare, cui magnus, ſacer, æqualis animus, hærens origini ſuæ. Qui per humanos caſus recta ſemper inceſſu via. Qui vitam conſummauit ante mortē, & expectauit ſecurus reliqua ſui temporis partē. Qui vidit, credidit, ſperauit ſatietatē leniarum, delectationes in dextra. Qui videt nunc, qui fruuntur, qui amplectitur, totus in illis. Vos ô Propinquus ſanguis, Vxor, Liberi, & ſi quos fidelis iunxit amicitia, parcite muliebribus lamentis, doletis quaſi ereptum, qui ereptus non eſt. Vultum quidem mortalem, & imbecillum mors abſtulit, ſed illi forma æterna menſis vobiscum eſt. Quicquid ex illo amaſtis, Quicquid mirari eſtis, manet, manſurumque eſt in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum. Dolor ille veſter, veſtra illa lachryma inuidentium ſunt magis, quàm amantium. Num quem ad coronam magno cum anhelitu currentem vidiftis, coronatum ingemiſcitis? Parcite, ceſſate, & animos veſtros doloris opinione magis quàm dolore ullo conſternatos, ſpe eius gloriæ, ad quam foeliciter raptus eſt, erigite. Nec longa mora, nulla dilatio eſt. Ecce dum colligitis vos, dum componitis aderit immortalitas.

SACR. DEF. MEM. VXOR, ET
LIBERI MOER. POSVERE.

27. Octobris Anna Auſtriaca, Philippi Regis vxor moritur, cum is iam paulò antè Luſitanico regno extinctis in eo motibus, & perduellibus partim cælis, partim captis, partim in gratiam receptis, inauguatus eſſet. Ita regnum Luſitaniæ cum Hiſpanico, à quo fuerat an. 1110. diuulſum iterum coaleſcit.

Novembri in Anglia publico edicto potestas ſit vnūquemque vel detegendi, vel accuſandi ex minima circumſtantia, quæ Catholicam religionem indicet. Ex quo multi pij deinceps comprehenſi, & aliis calamitatibus affecti. Quin & lex fertur, ne Catholicus exilio patriæ ve-

Anni
Chriſti.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi,

5659

derelictione se pœnis vel persecutionibus subtrahat.

Concordia discors. Sic appellata est à Catholicis, quâ frustra Lutherani hoc anno 1580. cum aliis sectariis in Germania inire conati sunt.

Decembri, die Conceptionis, Guilielmus Laurentius Altiuilij minister, prope Gratia portû, in Calerensî Normanorum agro, se fraxino fossâ imminenti suspendit.

Post Cadurcum ab Huguenotis captum inicitur pax.

Eiconas virorum illustrium emittit Beza. Illustres vocat Ioannem Hus, Calvinum, Bucerum, & similes cuiusque sectæ apostatas, quorum nomina in inferno conscripta sunt, corpora verò in terris magna ex parte suppliciis dignis affecta.

1581. Sina Bassa arma & pecunias per Pontû Euxinum & Trapazuntem contra Persam recipit.

Alter Turcarum exercitus ad portas Caspias duce Osmano Bassâ locorû beneficio & Tartarorû auxilio euasit.

Hic est annus, quem Græci ab orbe condito septies millesimum statuunt.

Beglerbegus Assyriæ siue Ezorumæ, huius belli suator, ad pœnas deposcitur, quas euasit matre & vxore Amurathis, centum millibus aureorum sibi conciliatis, & ducentis millibus ducatorum in ærarium illatis.

Sina reuocatur Constantinopolim, vt mandata accipiat de pacis conditionibus, vel induciis vnus anni, quæ tamen breui post ruptæ sunt.

Die sexto Ianuarij, Magni Moscouiæ Ducis internuntius ad Rodolphum Imperat. venit, atque inde Romam ad Pontificem.

Occhiali Bassa Cõstantinopoli cum classe in Africam venit, vt seditiones Tunetani regni compescat, indèque regnum Fessanum. Mauri enim recepto per Melitenses hæreditario suo rege, qui detinebatur Neapoli, & abnegato Mahomete Christianus euaserat, Turci rebellarât.

Tufanus Giboult Lunç Paschatis Rhotomagi in S. Audoëni, Caluini hæresim & ministerium eiurat, præsentibus & audiëtibus multis hominum millibus, sicque Ecclesiæ, manibus Cardinalis Borbonij reconciliatur. Inde de veræ falsæque Ecclesiæ comparatione & suæ ad Ecclesiam reuersionis causis concionatur. Nempe difficile est, vt hi, qui olim cœleste pabulû gustauerûnt, fuerat enim Doctor Theologus Parisiësis, in sacris libris & lectionib. educatus, indèque Canonicus & Archidiaconus Tholosanus) postea in perpetuum filiquis porcorû vesci velint.

Amon Minister Foquardi prope Fanuillam, in eadem Normania, è propria filia filium sustulit.

Mense Iulio in Synodo Rupellana Ministri Cõmetaria Lâcelloti du Voysin Popelinerij de rebus horum 30. annorû tota Europa gestis proscribüt, quòd purè & simpliciter, ad historiæ veritatè, nõ ad Cause (sic luè perduellionis mysteriû appellant) gratiã cuncta narraret. Quod paulò antè in alia Synodo Montis Albani factitarât. Suis scilicet leges iniiciunt, vt vel mentiantur, vel verû prætereant. Quod tamen numquam à tanto, tam candido, & erudito viro consequentur. *Prima* (inquit Cicero) *Historia lex est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua sit suspicio gratia in scribendo, ne qua simulatis.*

Sanderus & alij plerique Nobiles & Catholici freti Bulla Pij quinti, in Hibernia contra Angliæ Reginam bella pro patria & religione gerunt.

7. Die Septembris Guil. Postellus centenatio maior, multarum linguarum peritus Lutetiæ moritur.

1585

5672

Mēse Decēbris Turca duos internuntios in Galliā mittit, qui ad Circūcisionē filij Regem inuitent. Nā nonū Martij anni sequētis festo Circūcisionis eius, designarat.

Die Nathalitio, domi meæ Iacobus Billius, de nobili Prunæorum familia, Abbas S. Michaelis in Eremo, Græcæ literaturæ lumen, Hebraicæ non ignarus, placidissime & sanctissime expirat.

Primo die Decembris Egmundus Cāpianus Iesuita, Scherrinus, & plerique alij sancti & docti martyrio afficiuntur Londini, quōd Catholicè sacramenta vel administrarent, vel acciperent.

Inde Anglicana persecutio, quæ iam 24. annos durat, ingrauescit latis legibus, quarū hæc est summa, Quicumque vel vnicum, vt minimum, actum Christianæ siue Catholicæ religionis exercuerit, vel exercentes non detulerit, pœnas perduellionis luito.

Legatus Hispanicus Ioan. Martianus Mediolanensis, induci in trienniū impetratis, Byzantio in Hispaniam redit, ita tamen vt neuter alterius amicitiam expeteret, Sed quōd Turca Persico bello vexatus à Christianis timeat, Hispanus hæreticorum fraudibus implicatus, cogatur sua bello persequi & repetere, cum alioqui posset Christi præcipuo hosti resistere, & Deo duce vincere.

Contentio Genevæ ob quoddam scriptum Lambertii Danæi ministri, quo tres blasphemias contra S. Trinitatem propositiones defendit. Ad quam sedadam Geneva Danæus exulare cogitur. Prima erat, *Deum de Deo, lumen de lumine* in Symbolo Nicenō duram, impropriam, & periculosam esse locutionem. 2. τὸ ἀσυμμέμενον, *Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nostri*, inconsultè à patribus esse dictum periculosè, barbarè, improprie. 3. *Tres personas in vna diuina essentia subsistere*, proprie, rectè & piè dici, cum Catholici eas in se, siue per se allerāt subsistere, & id perfectiùs veriùsq; quàm vlla rerum procreatarū indiuidua.

1582. mense Ianuario pax in decennium inter Ioannē Moscorum & Stephanum Polonorum Reges, per Antonium Possëuinum Iesuitam Pontificis legatum transigitur, ac ea Moscus cedit Liuonia siue Gotthia Orientali, reliētis 34. arcibus cum tormentis omnibus & apparatu bellico, & redemptis captiuis: Polonus autem soluta Plescouiæ obsidione, arces in Moscouia anno superiore captas iisdē legibus reddit. Tres enim expeditiones in Moscum fecerat. 1579. 1580. 1581. Nam huius Ioannis auus, & Basilius pater regno Polonorum amplissimas prouincias ademerant, Plescouiensem, Nouogordensem, Smalensensem. Vielcoluscensem iam receptam, Sueqierensem, & Mosaiscensem.

Moscus tria Iesuitarū collegia in suo imperio cōstruit, spemque præbet de suo ad Ecclesiam Romanam transitu. Alioqui Constantinopolitano Patriarchatui obsequitur.

Mense Septembri legatos Roman mittit, petens Episcopos Catholicos, Latinæ Ecclesiæ communionem denique Regis titulum.

* In Cyonia ciuitate Moscouiæ, amœna in valle inuētus est tumulus P. Ouidij Nasonis cum hoc epitaphio:

*Hic situs est vates, quem Diui Cæsaris ira
Augusti, Latia cedere iussit humo.*

*Sape miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra. Hunc illi fata dedere locum.*

Mense Februarii Franciscus Dux Alenfonius Antuerpiam magna pompa & exultatione populi ingreditur.

18. Martij, Princeps Auraius à Ioanne Iauriguo His-

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

pano glande plumbea in faciem per vtramque maxillam & palatum impacta, Antuerpiæ trajectus est, nec tamen mortuus.

Per se legatos Constantinopolim mittit, cum pacis conditionibus, vt Amurathes sibi restituat regionem Seruanam. i. Mediam, iuxta pactionem cum Sina Bassa initam.

Turcicum exercitum noua clade afficit, tria millia equitum perimit, quatuor Sangiacos siue Prouinciarum principes necat, duos capit, Bachallam expugnat. Denique eum aiunt Mesopotamiam, vulgò Diarbec, cum ipsa Babylonia & regno Siruano, siue Medorum recepisse.

Amurathes Sinam ad exercitum remittit.

Cum legato noui Principis Transyluaniae ita transigit, vt quatuor millia Ducatorum veteri tributo Transyluanus addat.

De qua re Hieremias Constantinop. Patriarcha ad Hêricum Regem Franc. scripsit, addens Transyluanum in gratiam, ipsius Regis causa, à Turca receptum. Quam Epistolam Iac. Amiotus Episcop. Antissiodorensis Regi vertit & explicauit.

Mense Augusti copiae Antonij de regno Portugalliae cum Philip. Rege Hispaniae dimicantis ad D. Michaelis insulam nauali praelio cesa sunt. Hic Strossius Francicæ manus Ductor cum toto penè suo exercitu deletur.

Legato prioris Regis Fessani promittit Turca se Ochialum, quem ad opem nouo Regi ferendam cum exercitu miserat, reuocaturum, postquam nouum illum Regem intellexisset Regi Hispaniae portum Larace è regione Arzillæ vrbis tradidisse, ac iam portum illum 600. Hispanorum praesidio teneri.

Calendarij à Pontifice correcti ratio obseruari in Galliis cœpta est, nisi quoddam decem dies sunt detracti è mense Decembri, non Octobri, à nono die videlicet ad vigesimum. Nam decimus dies habitus fuit pro vigesimo &c.

* De hac Calendarij correctione varij variè scripserunt, in quibus est Hugolinus Martellus episcopus Glandatensis, Iosephus Scaliger, Henricus Butingus, Christophorus Clavius, & alij nonnulli.

* Die 28. Octobris Laurentius Ioubertus, Valentinus Delphinus, Medicus Regius, Academiae Monspeliensis protodidascalus, Cancellarius, & Iudex obiit diem suum in Lombardiensi oppido, & sepultus honoris causa in sacello ipsius Episcopi. Vir dignus longiore vita, rei literariae & imprimis medicinae causa, nondum enim excefferat 52. aetatis annum, clarus fuit & celebris inter huius saeculi medicos, multa scripsit. Librorum in lucem emissorum titulos, vide in Epitome Bibliothecae Conradi Gesneri.

Die omnium Sanctorum è corpore migrat Christophorus Thuanus, primus Senatus Parisiensis Praefes, vigesimo anno sui magistratus, doctus, diligens, plebicola, Cleri amans aetatis 75. integris adhuc dentibus, oculis sanis, & perspicillorum nesciis.

* Hoc ipso etiam die eiusdem anni & mensis, hoc est, Calendis Nouembribus Occidit & alterum inter Lugdunensis Prouinciae Magistratus clarissimum Lumen, Franciscus Villarius, cui Petrus Mirapicensis, dein Viennensis Praeful, Hieronymus exsenator Parisiensis, Archiepiscopus Viennensis, Balthasar Praefes, & Praetor Lugdunensis, Senatus Dombarum Princeps, filij mœrentes hoc epitaphiũ posuere, in Sacello Villariorum Familiae, quod in D. Nicetij templo visitur per antiquum.

1585

5672

D. O. M.

Et manibus Francisci de Villars ciuis & Propriet. Lugdun. auita & religionis & antiqua virtutis tenacissimi, comitatus, & erudition. singularis. Qui cum xxx. annos Iuridicundo summa fide & præcipua in Principem cura præfuisset Calend. Nouemb. quem moriendi diem in votis habuerat. cessu è viuus, anno salutis 1582. Aetatis 68. Corpus in hoc familiari monumento coditur.

Quanto nunc, Francisce Villari, gaudio frueris, cum vides per te Patriæ, imò toti Galliæ datos Archiepiscopos duos Optimos & Doctissimos, & Præsidentem vnum æquissimum, integerrimum, Fratres tergeminos, disertissimos, & Regi suo dilectissimos! Quàm lætum tibi quòd comparatus Præsidi etiam vinceris!

Ioan. Lasicius Sarinata primùm Trinitariorum æmulus sub an. 1565. mox Caluinista, postea frater Boëmus siue Picardus, iam anno 1582. libro Spiræ edito de Moscouitarum religione, se Lutheranum profiteretur. Verendum ne anno sequenti peccatorum mole obrutus ad Mahometismum, inde ad *debetna* migret. Quò inclinat illud eiusdem libri pag. 16. *In Hebraicis, Græcis & Latinis utriusque Testamēti codicibus, variata esse plurima, quibusdam sublatis ab Hereticis, aliis deprauatis, commutatis, additis. Quod bellis testimoniis probat Erasmi, Bezae, Castalionis, Franc. Lucae, & Franc. Iunij. Nam illud videtur Mahometis, non fidendum Euangelii, quò corrupta sint. Sed & atrociter accipit Mahometem dici docerive Antichristum, eique numerum 666. Apocal. 13. assignatum conuenire. Vbi lubens suam regulam applicaret, locum Ioannis fuisse à quodam Pontificio corruptum. Denique illic gulæ, bibacitatis, voluptatis, impudicitæ patronum agit: quò non mirabitur, qui eum viderit. Nam ea est forma & aqualiculo, vt totus ad ventrem natus videatur, si modò is est, quem Lutetiæ cognoui & confirmaui aduersus Trinitarios, circa an. 1567.*

Ioan. Brunnerus Dogkenburgensis in hæresi natus, educatus, & annis circiter quatuordecim minister institutus professionem Catholicam edit, & Græcarum literarum, sanctæque linguæ professor sic apud Friburgum Brisgoiæ. hic apud Anglos paulo ante Bellus minister, lectione sanctorum Patrum ad Catholicam pietatem perducitur, & pro ea Martyrium facit.

1583. Persa Osmannum Bassam ad portas Caspias cædit, præter captiuos & vulneratos contrucidatis circiter quadraginta millibus, inter quos multi sunt Sangiaci siue prouinciarum prætores. Quin & ipse Osmannus dicitur captus cum plerisque proceribus, & nescio quot tormentorum millibus, magna pecuniarum vi, variæque suppellectile.

Calendis Ianuarij Franc. Belloforetius, politus, piusque multorum librorum Gallicorum scriptor, humanis eximitur, & apud Franciscanos Lutetiæ tumulatur.

Die Epiphaniæ Ioannes Maldonatus Iesuita, post Theologiam, præsertim Scholasticam, multis annis illustratam, & innumerabiles ad eius studium inflammatos, Romæ, quò se contulerat, ad recuperandam valetudinem sanctis illis laboribus fractam, ad Deum euolat, Doctorum aureolam percepturus.

Ianuarij decimo sexto, Ghebardus Archiep. Colonien. sis Augustanam Confusionem amplexus, vt vxorem posset ducere, Bonæ edictum promulgat, quo cæteris hæreticandi, & vxores contra Christianas leges ducendi, potestatem facit.

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

Decimo septimo Princeps Auracensis & Antuerpiani Francos in tutelam sui euocatos Antuerpiæ vel trucidant, vel in flumen præcipitant, nonnullis in custodiã receptis.

Natalis Iornet Caluiniticus Ludimagister Metis supplicio afficitur, quòd librum contra Patriarchas, Prophetas, Apostolos, eos vt impostores, & falsarum religionum auctores traducens, condidisset.

Martij vigesimo Lutetiæ apud Augustinianos Pœnitentium sodalitiũ ab Henrico rege introducitur, Nuntio Apostolica sacra operante, & candidas *oparopav* veltes consecrante. Quo exemplo mensibus deinde Iulij, Augusti, Septembris in Lotharingia, Campania, Picardia, & nonnullis aliis prouinciis, supplicationes populosa promiscua multitudinis per decem, viginti, pluresve leucas acta sunt, Clero corpus Christi sacra ve reliquias efferente, laicis cuiusque ætatis & sexus cum puris lineisque vestibus, & crucibus ligneis, litaniis, aliisque pijs precatiunculas flebiliter cantu per tot terrarum spatia modulantibus.

Bobecus pagus Normaniæ in agro Caletensi, igne cœlesti penitus præter vnã domum consumptus est. Id diuinæ vltioni tributum, quòd ille Calvinistis redundaret.

Ghebardus Colonienſis Archiepiſcopus exauctoratus est, quòd Lucheranus euadens, & Episcopatum & vxorem retinere cuperet. Leodienſis ſucceſſor nominatus, illum & Cazimirum ſuppeticas ferentem, Hispanorum Italarumque auxilio fudit, ac ſpe percipiendi vltos in poſterum ex Archiepiſcopatu fructus exiit. *Huius rei hiftoriam vide cap. 14. lib. 5. de origine, progreſſu, & ruina hæreſis huius ſæculi, per Florimondum Ramondum conſiliarium Burdigalenſem. Liber excuſus eſt in 40. Pariſiis apud Guil. de la Noue. 1605.*

28. Auguſti Ioan. Baptiſta Caſtelliſ, Epifc. Ariminenſis, Nuntius Apoſtolicus, qui nouo more pietatem cum politica coniunxit, reſque ſpirituales temporarijs prætulit: Sepelitur Lutetiæ in D. Mariæ choro. Oratione funebri à Iuliano de ſancto Germano Coepifc. virtute & doctrina præſtanti, decoratus eſt.

Nuntium ei ſimilem vix ſæcla antiqua tulerunt:

Vnam vix (metuo) ſæcla futura ferent.

cunctis ſua, non quæ ſunt Chriſti, quærentibus.

Regina Angliæ Puritanos aliquot ritu barbarico ſuſpendit, quòd negarent piè dici, ſæminam eſſe caput Eccleſiæ alicuius prouinciæ, vel regni. Sic Deus hæreticos hæreticis committit, vt Catholicis tacentibus mutuò ſe conficiant.

Catholicos etiam exquisitis ſupplicijs afficit, vt eius annis Anglia plures videat, feratve martyres, quàm mille quingentis ſexaginta ſuperioribus.

1584. menſe Ianuario Miniſter Renuſ Peſchardus, reconciliatus Eccleſiæ, à Sangermano Cæſaræ Epifc. Lutetiæ recipit Franciſcanorum indumentum, quod per apoſtaſiam ante annos 30. exuerat.

* Circa initium anni huius inconfuetum agmen auium viſum eſt in terra Brunſuicenſi, haud procul ab arce Lauenſtein. *Henricus Butingus in ſua Chronologia.*

Diffidium de funere mortuorum inter Geneuenſes. Perrotus miniſter cenſet cauendos eſſe Pſalmos & Deum precandum, vt vſitata de profanis rebus tractatio impediatur. Beza conſuetudinem retinendam, qua hæretici efferuntur in ſepulchrum, more belluarum, abſque vltio religionis vſu, & precationis ſpecie: Ne (inquit) videamur more Papiſtarum orare pro mortuis.

Hyprum & aliquot aliæ inferioris Germaniæ vrbes ad

1585

5672

Principem Parmensem deficiunt. Alij de deditioe deliberant. Ad cæteras eò adigendas, continenter è Germania, Albania, Hispania, Italia, milites confluunt.

Franc. Gatugarellus Sabaudus Genevæ in carcerem conuicitur, quòd captare occasionem vrbis Principi Pedemontano prodendæ diceretur.

* 30. Maij Vidus Faber, Dominus Pybraccij, Præses in Parisiensi Parlamêto, & Frâcisij Valefij Alençonij Ducis Cancellarius obiit Parisiis. Hic eloquentia fuit admirabili, & cuius nonnulla extant apud posteros monumenta. Verùm eam paucis hoc breui elogio vir doctus defuncti amicus comprehendit.

Pybraccus hic iacet, viator. Ille, inquam, Pybraccus, ô viator, qui è Polonis Regem dedit, è Gallis Regem reddidit. Ad cuius eloquentiam obfupere Sarmata, Gallicus contremuit Senatus. Mors constitisset ipsa, nisi dum ille cum vita aeterna colloquitur, è ipsam alloqui neglexisset.

Peruigilio D. Barnabæ Francisc. Valefius Alençoniorum, Regis frater, post Cameraci tutelam suis hæredibus testamento commendatam, morte magnum sui desiderium Catholicis reliquit.

* 10. Iulij Guillelmus Nassouius Princeps Auaicus anno ætatis 51. à Balthazare Bererzo, aliàs Serach, è comitatu Burgundiæ oriundo triplici glande plûbea occisus est.

Vvittembergenses edunt Græcè & Latinè tria Hieremiæ Constantinopolitani Patriarch. ad se respõsa, in quorum vltimo iubet Patriarcha ne ad se deinceps scribant, quòd quia non paruerunt duobus prioribus rescriptis, cogatur eos hæreticorum illorū habere loco, de quibus Apostolus, Hæreticum post secundam aut tertiam correctionem deuita, sciens quoniam huiusmodi est planè subuersus, & iudicio proprio damnatus.

Turca in Hungaria contra Christianos firmissimam arcem stroit. Ne ab illis fortasse ista parte inuadatur, dum his octo annis cladibus perpetuis à Persa in Oriente affligitur. Sed fallitur. Nam malumus in Occidente hæresibus voluptatibus, cæterisque sceleribus seruire, quàm Christo, cuius iste se hostem fatetur.

HIC CHRONOLOGIÆ SVÆ POSVIT FINEM GILBERTVS GENEBRARDVS.

QVÆ SEQVVNTVR vsq; ad finem totius libri, & multa in superioribus annis addidit Ioannes Marquilius, Parisiensis Scholæ Medicus: è Diario suo, & commentariis rerum gestarum aut suo, aut superioribus sæculis.

1584. 8. Martij, Ioan. Basilius magnus Dux Moschouia vi morbi mente captus, aliquot subditorum millia in carcere detenta occidi imperat, & moritur.

18. Iunij Theodorus eius filius coronatur in ecclesia S. Michaëlis à Metropolitano.

3. Nouemb. Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis obiit diem suum an. ætatis 47. & lapidi monumenti inscribi voluit hunc titulum:

CAROLVS tituli S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis. Archiepiscopus Mediolani, frequentioribus cleri, populiq; ac deuoti feminei sexus precibus se commendatum cupiens, hoc loco sibi monumentum viuens elegit.

* Singulare hic fuit lumen ecclesiæ, abstinencia, charitate in Deum, & proximum quemque, sapientia & sanctitate illustris. Assiduus in oratione pro ecclesia Dei, in meditatione rerum diuinarum, & administratione earum.

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5659

1585

5672

Anni
Christi.

Anni
mundi.

rerum quæ plebem saluti manciparent, vita non longa sempiternam gloriam est cōsecutus. Victus ei diu ex pane, & aqua fuit, cubile tabulatū ligneum paleis stratum, aut stramine, vestis interior, cilicium, mensa instructa fistilibus, & vitro, somnus parçè ad modicas horas sumptus. Doctrinam Christianā sæpe ter, quater in diem prædicabat. Visitatores & censores seu vicarios ad sexaginta habebat ecclesiarum, parochiarū, monasteriorum, hospitalium, sodalitarum, pauperum, tribunalis rerū forēsiū, à quibus rationem statis anni temporibus excepisse non contentus, præsens ipse etiam omnia perquirebat, reformabat, decernebat, ac studio indefesso lustrabat ipse, & recēsebat pagos, oppida, & porrò Diœceses suffraganeas singulas. Familia ei, vt numerosissima, ita occupatissima erat, otio à quouis lógè ablegato. Peste grassante, præsens ipse decumbētibz aderat, aulæa, ad pauperum inopiam subleuandam diuendebat. Biblia sacra vir Dei profundo silētio frequenter legebat, tantisper ob Dei in iis loquentis reuerentiam in genua curuatus. Scripsit plurimas lucubrationes nō editas: Synodos Prouinciales sex coegit, quibus ad reformationem Christianæ religionis plurima præclare fanciuit. Per odium aliquādo à scelesto homine reformationem indignè ferente, plumbeo globo ex tormento igneo petitus, dum in precatione defixus esset, fidei plenitudine immotus persistēs. nō antè surrexit, quàm solitas preces absoluisset, ac globus licet penetrata veste tergo liuidam impressisset notā quam post eius mortem demum deprehenderunt, ipsam minimè læsit, quòd scuto cœlesti munitus à Deo esset. Cū enim se recepisset in cubiculum, soluta, decussaque veste, globū in terram excussit. Orationem, & diuinas contemplationes postremis annis in horas senas producere solitus, cū Ecclesię præfuisset ann. 25. obdormiuit in Domino. *Eius vita carmine & soluta oratione copiosè scripta extat. Sebastian. Verronius in chronicis Ecclesiæ & monarchiarum, lib. 8.*

12. Nouemb. Carolus Emanuel Dux Sabaudia nuptias celebrat cum Catharina Austriaca minore natu filia Philippi regis Hispaniarum, in Aragonia cum multa pompa, illuc misso eam ob causam Amedeo fratre suo notho.

1585. 24. Febr. Philippus rex Hispaniarum CæsarAugustam cum magna pompa & honore ingreditur.

13. Martij Bruxellenses in Belgio cum Alexandro Parmensi Principe pacem componunt, & ei se dedunt.

n Natus est Sixtus 5. anno 1521. ipso die sanctæ Luciae. Patria illius fuerunt antra siue cauernæ castri Montisalti in Marchionatu Anconitano. Parentes eius in paupertate nati, adeò vt ipse de generis sui humilitate verba faciens, dicere soleret, se domo natum illustri. Domus enim in qua genitus erat, cū lacero tecto magna parte esset discooperta, à sole illustrabatur. Nomen Felicis initio illi à parentibus inditum est, à quibus pro illorum facultate vtique ad 12. ætatis annum honestè educatus. Asculi, quæ ciuitas non longè ab eius distat patria, sancti Frãcis habitū suscepit: in quo instituto mutare nomē noluit, vnde & frater felix à suis appellabatur. Quod nomen magnum profectò magnæ felicitatis, quæ illi in vita hãc esset obuentura, fuit prælagium. In hoc monasterio indefesso adolescēs studio literis incubuit, magnosque fecit in illis progressus. Vt anno ætatis suæ 27. in cōuentu Firmano Doctoris titulo & honore insigniretur. Tandē per varios honorū & munerū gradus à Pio 5. Pót. Max. creatur episcopus S. Agathę, mox Cardinalis; deinde Episcopus Firmanus, &

1585

235

n SIXTVS 5. Anconitanus.

Annos 5. mens. 4. dies 3.

1590

Vacat dies 18.

Patriarcha.

Constantinopoli

Principibus.

Amurathe Turcarum Imp.

5672

5677

tandem hoc anno 1585. Pontifex renunciatur:

Facta est hæc electio die 24. Aprilis. Coronatur primo Maij, & Sixti nomen sibi sumpsit.

Porro Mercurij dies Sixto 5. felicissimus fuit, & omnis plenus. Eo namque die & natus est, & monachus factus, postea sui ordinis Vicarius generalis, Cardinalis, & tandem S. Pontifex creatus est. Eodem quoque die sub area D. Petri coronatus est.

Per primos Pontificatus sui dies ad iustitiam administrandam animum adiecit, & ad extirpandum magnum exulum numerum, banditos Itali vocant. Hi ab omni parte statum ecclesiasticum affligebant, tanta licentia & insolentia, vt nusquam locus inueniretur, vbi homines securè viuere, & sua tueri possent. At Sixtus iustitiæ rigore & seueritate effecit, vt breui temporis spatio omnis banditorum insolentia repressa sit, & radicitus extirpata. Quam ob causam, & rerum necessariarum abundantiam, quam toto Pontificatus sui tempore Romani senserunt, erecta ipsi ærea est statua in capitolio cum hac inscriptione.

SIXTO V. Pont. Max. ob quietem public. compressa seariorum exulumque licentia, restitutam, annona inopiam subleuatam, urbem adificijs, vijs, aqua ductu illustratam S. P. Q. R.

Iaponiæ Principes, qui ad Gregorium 13. missi, & ab eo paucis ante mortem diebus honorificè fuerant accepti, magnifico & regio apparatu, quandiu Romæ morati sunt, fouit, & amplis congiariis honoratos dimisit.

Obeliscos enim antiquissimos, incredibilis altitudinis quorum vnum 114. palmarum vltra basim fuit, & admirandi artificij transferri, restaurari, & sumptuosissimè erigi curat. Sacellum præsepj dominici construit. Sepulchrum Pio V. magnificum ædificat. Perficit aquæ ductum illum toto orbe celebrem, vbi verò vtilissimum ex agro Columnæ in montem Quirinalem. Laborarunt in eo opere quotidie hominum duo millia, sæpe tria, nonnunquam quatuor. Sumptus fuit, ducenta & septuaginta ducatorum millia.

Palatium amplissimum in Laterano a fundamētis excitauit. Ædificauit quoque in initio plateæ Iuliæ ad ripam Tyberis amplissimas ædes, in vsum mendicorum, vlcerosorum, & mutilorum, quibus deest facultas victum sibi comparandi. Dotauitque has ædes 15. millium ducatorum prouentu annuo. Locus est capacissimus, vt vno eodemque tempore in eo bis mille homines possint habitare, nec vnus alteri sit impedimento.

In vijs quoque aperiendis, restaurandis, ac dilatandis fuit studiosus. Sed præcipue in ipsa D. Petri Fabrica, in qua continuò sexcenti homines defudarunt, vt ipsius ecclesiæ nauis quasi absoluta sit. Qua non excelsior in toto Christianismo esse putatur.

Bononiæ Collegium studiosis ex Marchionatu Anconitano oriundis erexit, in quo præter ministros, 30. Iuuenes aluntur, qui literis dant operam.

Beatæ virginis Lauretanæ splendidissimum templum ædificauit, atque illud episcopatus titulo nobilitauit.

Ciuitatem in monte alto cœpit ædificare, quo in opere sine intermissione laborabat, eandemque ciuitatem Episcopatus titulo donauit.

Bibliothecam magnificentissimam, & qualis ab orbe condito non est visa, in Vaticano, in loco quem *Belvedere* vocant, ædificauit. In cuius vsum, antiquum, quod illic visebatur, theatrum conuertit. In hanc fabricam omnes

Anni
christi.

1585

Mahomete Hobubendo Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.

Henrico 3. Francia & Poloniæ rege, deinde Henrico 4. qui est Navarra.

Philippo Hispaniæ, qui est Portugallie.

Elizabetha Angliæ.

Maria Scotiæ, deinde Iacobo 6. eius filio.

Stephano Poloniæ, deinde Sigismundo 3.

Anni
mundi

1672

1590

1677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

libros qui in Vaticano erant, inferri mādauit, numerumque multis (si qui desiderabantur) nouis auxit, & marmoream tabulam in ipsa bibliotheca erigi mandauit, in qua hæc inscriptio legitur:

SIXTVS PONTIFEX *Maximus Bibliothecam Apostolicam a Sanctissimis prioribus illis Pontificibus qui B. Petri vocem auerunt, in ipsis adhuc surgentis ecclesie primordijs inchoatam, pace ecclesie reddita, Laterani inuuantam, a posterioribus deinde in Vaticano, ut ad vsus Pontificios paratior esset translata, ibique a Nicolao V. auctam, a Sixto IV. insigniter excultam, quo fidei nostra, & veterum ecclesiastica disciplina rituum documenta omnibus expressa, & aliorum multiplex sacrorum librorum copia conseruarentur, ad puram & incorruptam fidei ueritatem, perpetua successione in nos deriuandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aucto per amplo vestibulo, cubiculis circum, & infra scalis, porticibus, totoque edificio a fundamentis extructo, subsellis, pluteisque directis, libris dispositis in hunc aduum, pernicidum, salubrem, magisque oportunum locum exiuli. picturis illustribus undique ornauit, liberalibusque doctrinis & publica studiorum utilitati dicauit, Anno M. D. LXXVIIII. Pont. III.*

Quam Inscriptionem eam ob causam posuimus, quia ad antiquitatem Bibliothecæ Vaticanæ aliquid facere uidebatur. Non procul ab ea officinam typographicam instituit, in qua libri antiquiores, qui aut nunquam editi, aut editi distracti sunt, nec amplius inueniuntur, imò qui ab hæreticis variis in locis corrupti sunt, emēdati denuò imprimantur, pristinaeque fidei & synceritati restituantur. Item sacra scriptura, catecheses, dogmata fidei, quæque ad pietatem spectant, diuersis linguis in usum barbararum & exoticarum nationum excudantur, ad propagationem fidei catholicæ, ecclesiæque ædificationem. Huius typographiæ curam dedit Dominico Basæ, viro multarum rerum experientia clarissimo, quo magis idoneum huic operi nemo facile inuenit.

Cæterum hanc piam & Christianam Sixti prouidentiam posterius mirabuntur, utinam & uelint imitari. Is primo Pontificatus sui anno decies centena aureorum millia in castro S. Angeli recondidit cum decreto addito, ne minima huius thesauri pars expendi unquam aut erogari posset, nisi in recuperatione Terræ sanctæ, generali expeditione in Turcam suscepta, & ne tunc quidem priusquam exercitus mare traiecerit, littoraque turcica tenuerit. Aut tanta esset fames, annonæque difficultas, ut sine præsentissimo populi exitio ferri diutius miseria nõ possit, aut pestis contagiosissima grassaretur, aut prouincia aliqua Christiana periclitaretur, ne in manus infidelium vel inimicorum ecclesiæ incidat, cum iam hostilis exercitus ad finitima dictæ prouinciæ loca peruenerit, ipsique imminere uidebitur. Aut denique ciuitas aliqua ab ecclesia defecerit, quæ aut recuperari, aut conseruari sine his nummis non possit. Iurauit Sixtus se hæc obseruaturum, uoluitque omnes successores suos idem iuramentum dicere. Tertio denique Pontificatus sui anno in eadem arce, & in eundem usum, alia decies centena millia ducatorum, seu aureorum reposuit, declarans insuper, inter casus in quibus tam prior, quam posterior thesaurus posset expendi, etiam intelligendam esse recuperationem alicuius Regni, ab inimicis S. Romanæ Ecclesiæ occupati. His duobus thesauris ter decies centena millia postea adiecit, ita ut in arce hac post obitum suum quinque circiter milliones, ut uocant, hoc est, 5000000. co-

1590

5677

ronatos reliquerit. Hinc liquet etsi grauiā tributa populo imperauerit, officia quædam, quæ donari solent, viderit, atque in erogandis nummis parcissimus fuerit, omnem tamen pecuniam non sibi, sed vtilitati publicæ, ministerio ecclesiæ, & Reipubl. Christianæ splendori esse referuatam. Quibus finibus qui possunt esse honestiores, & vtiliores? Sed etsi tam attentus ad rem Sixtus fuerit, & in congregandis nummis tam studiosus, nihilominus magnam auxi vim in fabricis antea commemoratis, aliisque in rebus expendit. Ducēta aureorum millia perpetuo disposuit, in vsum annonæ, ne quid ad victum necessarium in vrbe deesset. Sed copia semper rerum necessariarum suppeteret, vt patet ex Bulla ipsius, quā hac de re condidit, qua ducenta aureorū millia ex illius parcimonia (vt in ea Bulla dicitur) colligebantur, successorēsque suos ibidem hortatur, ne quid huic summæ detrahant, sed eam potius augeant. Tria aureorū millia quotannis assignauit Archifraternitati Confaloniarū ad redimendos iis captiuos, aliāque opera charitatis fecit plurima, & quidem prompto animo, quæ longum esset commemorare.

Primis Pontificatus sui mensibus in pleno Consistorio Nauarræum regem, & Henricum Borbonium Condensem Principem excommunicauit, hæreticos, & ad successionem regni Gallici inidoneos declarauit, subditos quoque omnes à iuramento fidelitatis, iisdem Principibus præstito, absoluit. *Antonius Ciccarella in vita Sixti V. & Casar Campana historia mundi lib. 6.*

Ipse promotionibus octo 33. cardinales creauit: noluit sibi in publicum prodeunti à quoquam acclamari, Viuat Papa Sixtus. Deceuit etiam, vt quicumque pensionem haberet Ecclesiasticam, sexaginta sex Ducatorum pretium excedentem, clericali indutus habitu incedere iure teneretur. Vt autem lites non essent immortales, in animum suum induxerat, primo quoque tempore Senatū aliquem supremum hominum timentium Deum & qui prudentes, sinceri, incorruptibiles, & munerum contemptores essent, constituere. Legem tulit contra adulteros, capitis pœnam illis statuens. Astrologiam iudiciariam prohibuit. Sanctum Bonauenturam inter Doctores Ecclesiæ voluit recenseri, eiusque festum sub officio duplici celebrari mandauit. Sacella Pontificia, quæ antea in solo palatio Vaticano fieri consueuerant, primo Pontificatus sui anno per varias, easque primarias vrbes Ecclesias distribuit.

Multa quoque noua instituit in Ecclesia Dei festa qualia sunt; Præsentationis gloriosæ virginis matris Dei Mariæ, sancti Francisci de Paula, sancti Nicolai Tollentini, sancti Antonij de Padua, sancti Ianuarij Episcopi & sociorum suorum martyrum, & sancti Petri martyris. Voluit quoque deinceps celebrari festū sancti Placidij, & sociorum martyrum, Eutychie, & Victorini fratrum illius carnalium, Flauixque sororis, quos & in Calendarium referri iussit.

Canonizauit etiam Sixtus in Ecclesia sancti Petri anno 1588. S. Didacum ab Alcala, Henacesium. Natus is est in arce D. Nicolai, in territorio Hispalensi, prouincia Bœtica, quæ nostris Andalusia dicitur. Annus, mensis, & dies natiuitatis eius ignoratur. Id saltem constat, paulò ante annum 1400. natum esse. Valdè namque senex obiit anno 1463. 12. die Nouembris, in sabbatho, cum ante annos 12. Romæ in Iubilæo anni 1450. fuisset, vnde con-

Anni
christi.

1585

Anni
mundi

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

3659

sequēs est eum circa id temporis, quod diximus, fuisse natum. Cum autem in Hispaniis euentissima eius sanctitatis undique collecta essent testimonia, & processus formatus esset legitimus: Sixtus eum, multis id precibus contendente Rege Catholico canonizauit, & in catalogum Sanctorum retulit. In canonizatione autem Pontifex, ipse hanc orationem in laudem Sancti huius cōposuit, & recitauit: *Omnipotens sempiternae Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quaeque confundas: concede propitius humilitati nostrae, ut pius beati Didaci confessoris tui precibus ad perennem in caelis gloriam sublimari mereamur. Per dominum nostrum, &c.*

Cæterum ipse Pontifex quarto antè quàm moreretur mense aduersa cœpit affligi valetudine, rarissimè tamen decubuit, sæpe in publicum prodiit, negotia numquam intermisit, frequens erat in ore illius dictum Fauij Vespasiani Cæsaris. Principem stando mori oportere.

Tandem verò 20. die Augusti anni 1590. grauis accessit febris. Erat autem dies Lunæ, cum Sabbatho ante pedes fuisset ad S. Mariam, quam Teutonicorum, siue Germanorum vocant, ut Deo gratias ageret, ob conuersionem Badensis Principis illius nationis ad veram Catholicamq; fidem Mercurij cœpit febris ingrauescere, postridie fuit remissior, voluitque die illo interesse congregationi Inquisitionis. Sequentibus diebus subinde paucis horis decubuit, surgensque ut comederet, frugibus arborum nonnumquã vescabatur. Dominico die sumpsit pharmacū, quod officinis manna dicitur, sed parum operatum est, eo quòd integrum sumere non potuit. Die Lunæ qui fuit 27. Augusti, præter modum creuit morbus, aded ut manè vix loqui potuerit. Sacrificio tamè Missæ interfuit, & extrema vnctione procuratus, vesperi hora circiter 24 vitam hanc miseram cum illa beata permutauit. Postquã annos vixisset 70. Pontificatum verò annos 5. menses 4. & dies 3. administrasset. Eius corpus sequenti nocte in Ecclesiam S. Petri in Vaticanum lectica illatum est, ibidemque sepultum. Vnde Cardinalis Montaltus, princeps singularis prudentiæ & magnanimitatis, sequenti anno in Ecclesiam S. Mariæ Maioris cum splendidissimis exequiis iussit transportari, & in sacello quod ibidem Sixtus viuens extruxerat, sepeliri.

Vacauit morte illius sedes diebus 18. Qua vacante occasione quorundam, qui statuam sexto in capitolio erectam euertere voluerunt, Romani decreuerunt nulli posthac Pontifici viuenti statuam esse consecrãdam. Decretum hoc marmori insculptum, in quadam aula capitolij erectum in hanc sententiã legitur: *Si quis siue priuatus, siue Magistratum gerens, de collocanda viuo Pontifici statua mentionem facere ausit, legitimo S. P. Q. R. decreto in perpetuum infamis, & publicorum munerum expers esto M. D. XC. Mens. Ang. Anto. Cicarella in vita Sixti V. Janssonius l. 3. Mercurij Gallobelgici, & Caesar Campana libr. 11. histor. mundi.*

* Persecutiones incipiunt Christi fidelium in Iaponia, vbi Cabacundonus tyrannus subactis Insulæ amplissimæ plurimis regnis religionem Christianam extinguere nititur. Tanta Sathanæ inuidia est in florentem diuini cultus pietatem! Meacum sedes Tyranni grauissimas afflictiones sustinuit, sacerdotes Christi exulatum missi, totoque regno exacti, Christiani fortunis omnibus exuti, sedibus pulsi, templa & ædificia euerfa, exusta, ad profanos vsus redacta, exercitia, cultus Dei, sacramentorum,

1585

5672

annunciandi Euangelij sublata sunt. Quæ causa est cur fideles illis tepescere incipiant, sintque expositi periculo apostasiæ, quamquam in aliis regnis res Ecclesiæ utcunque meliore in statu versentur. Prothasius Rex Arimæ, & Fidenæ, ceu columna fidei illustris protectorem se profiteretur cum fidelium, tum legis Christi Domini Ioânes Amacusa princeps magnanimus, nihil vult de solemnitate religionis intermittri. Iustus Vcononus Princeps, generosus Christi miles post amissam dignitatem, potestatem, opesque maximas, etiam vitam pacatus est pro Christi nomine ponere. Goroni per sedecim annos destituti sacerdotibus, & sæpius à persecutoribus perquisiti, perseuerant in simplicitate fidei. Aliis in locis sacerdotes aliena veste circumueunt, seruos Dei iuuifunt, docent, hortantur ad constantiam, fideles ipsi facultatum amissionem, exilia, malaque alia ferunt æquo animo, & si interdum non licet, noctu ad factam synaxim, ad institutiones Christianas conueniunt, tantumque abest, eos de fide, & amore Dei penitus dimoueri posse, vt etiam mediis in periculis multa millia paganorum variis locis conuertantur, noménque Christi, diuina gratia confirmati profiteri incipiant. Ex epistolis Indicis & Iaponicis. *Sebastianus Verronius in Chron. Ecclesia & monarch. lib. 8.*

* In Schinam vel Sinarum vastissimam prouinciam aditus etiam ad mediterranea Euangelio Christi patefactus est, per Societatis Iesu presbyteros quatuor, anno 1586. tertio post anno vt exteri delati, iussi sunt exire Xinauchino regia vrbe, quæ sedes est legati, quem Gubernatorem vocant. Concessa autem illis facultas est, Xaucheo agendi, quæ in regione Cautone est, cuius portus maritimus Macao, vbi, & per vicina loca Euangelio de regno Dei promulgando salutarem nauant operam. *Ex epistol. Iapon. & Sinarum, Idem Verronius ibidem.*

HUMAN A.

1585. 20. die mensis Aprilis Carolus Cardinalis Bobonius, & reliqui principes confæderati in Gallia declarationem euulgant, qua causas aperiuunt, quibus arma capere coacti fuerunt aduersus eos qui religionem Catholicam subuertere conantur.

Eodem mense Henricus 3. Rex Francorum & Poloniæ edicto publico aperit, & declarat voluntatem suam super his nouis tumultibus sui regni.

2. Maij. Lugdunenses ira commoti munitissimam arcm in colle S. Sebastiani hoc est editiore vrbis parte, constructam, quam Citadellam vocant, vi & armis occupant, & solo æquant, ne in hostium ciuitatis potestatem deueniret. Id propugnaculû anno 1564. Decreto Caroli 9. cum Lugduni esset, fuerat constructum, præsidiumque continendis oppidanis ibi positum.

Mense Iunio Marcus Antonius Muretus, presbiter & ciuis Roman. anno ætat. 60. obiit Romæ Panægyrica oratione corâ Cardinalibus, & populo Rom. publicè laudatus in ipso funere, à Francisco Bencio sacerdote societatis Iesu, in templo S. Trinitatis 14. Calend. Quintileis, ea excusa est, & extat. Epitaphium ipsius placuit hîc ascribere.

Hic Marci caros cineres Roma in chytâ seruat,

Quos patria optasset Gallia habere sinu.

Stau colle hortorum tumultus, stat proximus astris,

Quæ propius puro contigit ille animo.

Anni
Christi.

1585

Anni
Mun.

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

*Tu sacros lauces lacrumans asperge viator,
Et dic heu lingua hic fulmina facta iacent.*

Mense Iulio publicata est reconciliatio Ducis Guisij & confœderatorũ pro fide Catholica, cũ Henrico Rege. 18. Iulij Henricus Rex edicto publico prohibet suis subditis tota Gallia exercitium religionis præteritæ reformatæ, vt aut obediant aut regno exeant intra sex menses, facultate interim illis permiffa bona sua vendendi intra id tempus.

26. Iulij Alexander Farnesius Dux Parmensis obfedit Nuys urbem occupatam ab Episcopo Coloniensi protestante, eam 26. mensis Augusti expugnat, & vi capit.

17. Augusti Pax componitur inter Ducem Parmensem, & Antuerpienses, quæ postea 20. eiusdem mensis publicatur. Ac tandem 27. ipse Antuerpiam ingreditur magna nobilium comitante caterua.

7. Die Octobris Henrici Regis Franciæ declaratio super edicto mensis Iulij præcedentis euulgatur, & à Senatu Parlamenti Parisiensi confirmatur.

Sach Meaham magnus Rex Persarũ scribit litèras ad Philippum Hispaniarum regem, & missis pretiosis muneribus ad scœdus prouocat.

Amurathes Solimanus Turcarum Imperator ad eundem Catholicum Regem scribit, & inuitat ad pacem, ob eam causam Legato misso Ali Bassa cubiculario suo cum donariis immensi valoris.

Hoc anno Petrus Ronfardus poëtarum Galliæ Coryphæus obiit in suo Prioratu sancti Cosmæ propè Turo-nensium ciuitatem. Cuius perenni memoriæ hoc Epitaphium positum fuit: *Ossa poëta Gallici hic fœuent Musa, mortemque eius lugent. Quid stas viator, recede à lacrymantibus, parce virginum pudori, & abi.*

1586. 1. Ianuarij die, Henricus Rex Nauarræ, post binas declarationes emissas in lucem anno superiore aduersus edicta Henrici Regis, ad status siue ordines Galliæ literas scribit, in quibus de ruptura postremi edicti pacificationis conqueritur.

* Circa finem huius mensis Margarita Austriaca Princeps selectissima moritur. Ea Duci Octauio Farnesio Principi Parmensi nupserat, eique præstantissimum hæredem Alexãdram Heroem incomparabilem pepererat. *Caesar Campana.*

16. Martij Henricus Princeps Condæus in vrbe Taillebourg vxorem ducit Catharinam Carlottam Trimoliam ex altissima & generosissima Trimoliorum (qui ex regibus Burgundis & Hispanis originem ducunt) familia natam à latere paterno, à matre verò ex illustribus. Ducibus Mommoranciis, Regni Galliæ ferè perpetuis Conestabulis, è qua vnicum filium suscepit.

1. Octobris Antonius Babynghton Comes & alij sex Angli extremo supplicio in Anglia afficiuntur.

* 17. Septemb. Octauius Farnesius Princeps Parmensis moritur. *Caesar Campana.*

Eodem mense Legati Io. Casimiri comitis Palatini, Ducis Saxonix, Marchionis Brandenburgensis, & aliorũ Principum, & ciuitatum quatuor Imperialium protestantium Germaniæ. Henticum 3. Regem Galliæ adeunt ad D. Germani in Laia, vt eum quibus modis & rationibus poterunt dehortentur, & deterreant à bello hæreticis & perduellibus Galliæ inferendo. Illorum longæ orationi, breuiter & summa cum grauitate respondit Rex Christianiss. Itaque re infecta redeunt ad suos.

1590

5677

* 11. Februarij August. Saxoniz Dux Elelector, vltimū mortalis suæ vitæ diem clausit, ætatis suæ an. 60. gubernationis 33. & post 4. hebdomadas illustri pompa funebri sepultus est Friburgi. Successit illi filius Christianus, Septemvir Archimoscallus Sacri Romani impetij. Henricus Buringus in sua chronolog. 7.

Constantinopoli nuptiæ magna pompa, & sumptu immenso filiz Amurathis Imperatoris Turcarum celebrantur cum Bassa Hebratim.

Franciscus Dracus Admiralius Regine Angliæ classem armatorum militum in Peru ducit, & illic vrbes & ciuitates aliquot expugnat, e quibus prædam ingentem in naues exportari iubet.

1587. die Mercurij 18. Februarij Maria Stuarta Regina Scotiæ in Anglia capite plectitur, in castro de Fodrington, anno ætat. 45. Coronata fuit regina Scotiæ cum nata esset tantum 18. menses. Postea ætatis suæ anno sexto in Galliam ducta. Vbi 15. ætat. anno, Francisco 2. tum Delphino Franciæ nato annos 14. nubit. Cum quo viuit annos tres. Eo mortuo in Scotiam redit, & nubit Henrico d'Arlei viro nobili ætatis 22. E quo vnicum filium suscipit Iacobum vi. nunc Scotiæ Regem. Marito mortuo, tertio nubit comiti de Bothuel qui postea moritur in carcere. Ea in Angliam profecta retinetur ab Elizabetha Regina Angliæ, sub seuera custodia in qua 18. annos, & vsque ad mortem, raro, in eo sexu fortitudinis & Christianæ constantiæ exemplo manet. Et pridie quàm moreretur ad Iacobum filium vnicum dat mandata, vt viuat in timore Domini, & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ adhæreat. De ipsius morte extat historia. Extat & oratio funebri Latinè & Gallicè. Item liber quòd Maria Stuarta à cæde d'Harleana sit innocens.

12. Die Maij Philippus Emanuel filius primogenitus Caroli Emanuelis Sabaudiz Ducis & Michaëlæ infantis Hispaniæ Taurini baptizatur magna pompa & exultatione. Eò honoris causa legati à plerisque principibus Christianis cum pretiosis muneribus, & infanti & matri offerendis missi fuerunt.

Hoc anno 1587. in Gallia à proceribus regni. cum Primariis orbis Christiani principibus cū Pontifice Romano, Philippo 2. Hispaniarū Rege, Italiæ Regulis Lotharingis, Sabaudiz Duce, & aliis scædus nititur quod sanctā vnionem, siue ligam postea vulgus appellauit. Huius fœderis duo præcipua erant capita: vnam religionem, eamque Catholicam Romanam seruandam, omnes hæreses hæreticosque regno Franciæ, nisi resipiscant, pellendos. Deinde neminem e principibus, quamtumuis sanguine propinquum, nisi Catholicus sit, ad regni successionem eligendum. Fœdus hoc sanctum, iustum, Ecclesiæ Dei, atque reipub. vtile esse publico programmate ostendunt.

Jansonius lib. 1. Mercurij Gallobelgici.

16. Iulij edicta sunt comitia Galliz, in quibus articuli fœderis renouantur & confirmantur. A rege multis precibus obtinetur vt alium, quàm regem Nauarræum, Catholicum non hæreticum, regni successorem nominet, in omnes Catholicæ Romanæ religionis hostes arma conuertat. Idem Ibidem.

Rex Nauarræus sibi vim & iniuriam fieri queritur, & vicissim necessariam sui defensionem suscipit, & permisso Regine Angliæ, Principumque quorundam Protestantium Germaniæ, in ditione eorum aliquot equitū turmas colligit. Quæ in Alsaciam eodem mense Iulio magnis itinere-

Anni
Christi.

1585

Anni
muni.

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

ribus cōtendunt, pluresque ibi hebdomadas commorantes, direptionibus, incendiis, ac cædibus grassantur. Tandem Roberto Bullionæo, & Fabiano à Dona ducibus iter ingrediuntur, viamque sibi per Lotharingiam vi & virtute sua aperiant. Occurrit illis ad Mosellam Dux Guyfius, ab Henrico Rege eò missus cum exercitu, remoram, ne cum Nauarræo Rege coniungantur iniecturus.

10. Octobris Nauarræus desiderio excipiendi adiutrices copias flagras aduolat, & in itinere cum Annæo Ioieuseo vestigiis suis à tergo semper insistente & ad prælium prouocante, ad Contracum dimicat. Victoria penes Nauarræum manet. Ipse Ioieuseus perit. Perierunt & cum illo frater, & aliquot principes Galliæ, gregariorumque militum numerus non exiguus. Ducis Ioieusei, & fratris ipsius epitaphium elegans, à viro docto scriptum, vt lectori studioso gratificaret, placuit ascribere:

D. M.

Hic fides, hic charitas iacet, Siste viator.

Anneus Latius dum imperanti Regi obsequitur, pugnat, & pugnando cadit. En tibi cum obsequio fidem. Claudius Latius dum saucium Annæum fratrem tentat assequi, & ipse morientem sequitur. En tibi cum amore charitatem.

o Fratres felices, queis mors dedit vitam, & virtus mortem: Felices fratres, quos boni tanquã viuos adhuc colunt, mali etiam nunc defunctos persequuntur inuidia! Felicem tumultum, cui honor perpetuam parit inuidiam, & inuidia æternum honorem.

Sub finem Nouembris exercitus Germanorum relicto calle iusso, contrarium ingressus, seipsum locis periculosissimis implicuit. Quo factum est vt maxima pars equitum in pagis vicinis residens nocte sancti Galli festum infecuta, fusa & oppressa sit, multis præstâtibus iisdemq; nobilibus viris, captis, dissipatis trucidatis. Nec minore clade affectus est Fabianus à Dona, aliquot turmas equitum, peditumq; secum habens in oppido Aulneo, quod peruigilio neglectum, ipso die S. Martini albescente, ex improviso per Guisianos hostem more suo Martinalia celebraturum, & profundis poculis largius se inuitaturum subolentes, adortum, expugnatum, & direptum est, Germanis altum dormientibus partim captis, partim trucidatis. Baro à Dona belli Dux superato saltu muro, morte præsentem cum vno aut altero seruo vix euasit. Equites Germani, quos belli calamitas reliquos fecerat, inermes, ægri, nudi, & pedites plerique cum quinque tantum turmarum equestrium præfectis (desideratis sedecim) in Germaniam redeunt.

Hoc modo perquam magnus ille exercitus, qui equitum 5. millibus, peditum verò 20. millibus cōstabat, superiorem victoriam infelici hoc exitu, cum maxima Germanici nominis ignominia fœdè corruptit.

Dux ipse Guisius reliquias persecutus est Gebennam vsque, vnde ad Diui Claudij ædem sacram vnà cum Principibus, Ducibus, Comitibus, equitibus, & militibus, qui ipsum comitati fuerant, profectus est, vt Deo gratias ageret, pro tam insigni, & insperata victoria. Diuo autem Claudio votiuiam hanc tabulam aream appendi iussit.

VICTIS, fractis, fuis & fugatis Orthodoxa Catholicaq; religionis hostibus, qui cum Germana, Heluetia, & Gallica gentis quadraginta quinque millia hominum collegissent, Galliam ingressi, clauis è Diui Petri manibus auellere, eumq; de cælo & sede Apostolica pellere ferociter minabantur: ab Henrico Duce Guisæ cum tribus fortium tantummodo virorum millibus, ante-

1590

5677

quàm Ligerim attigissent, confossi sunt celeriter & deleti. Dux igitur ille Guisus, cum reliquias tantæ multitudinis, quæ tota à fide catholica defecerat, Gebennas usque persequeretur, tantam, & tam inexpectatam victoriam Deo referens, Deo, Diuq; Claudio gratias & vota persoluit. Laureati verò principes, Duces, Comites, Equites, & Milites, qui tantum, & tam bene de Republica Christiana meritum Ducem hac in expeditione sunt secuti, in perpetuam rei feliciter adeo gesta memoriam, hoc as pius ac victricibus dextris insciderunt. Anno 1588.

19. Augusti eiusdem anni 1587. Heluetiorum tria millia occisa & deleta sunt in Delphinatu prope Gratianopolim ab Alphonso Dornano sub Henrico Franciæ Rege.

Eodem mense conflictus Hispanicæ classis cum Anglica, quæ inferior fuit.

Hoc mense eodè Guillelmus Gonzagua Mantuæ Dux moritur. Illi succedit vnicus filius Vincetius, natus an. 25.

Aliquot post mensibus, hoc est 19. Octobris Franciscus Medices magnus Dux Tusciæ obiit. Maritum sequitur non ita multò post Blanca Capella vxor eius. Fratri succedit Ferdinandus Cardinalis.

4. Octobris Regina Algiæ cum sex natis, & honesto comitatu Romam venit, Baptismi Sacramento suscepto in Maioriqua insula, ab illius loci Episcopo. Eam Romanus Pontifex honorificè excipit, & omni re necessaria subueniri iubet.

20. Octobris Iacobus 6. Rex Scotiæ obsidetur à suis, & capitur in castro S. Damiani.

Hoc etiam anno Stephanus Battoreus Transsylvaniæ Princeps, & Poloniæ Rex, in Polonia diem suum obiit, postquam nouem circiter annos ibidem regnasset. Huius mortem omnes doluerunt, & deflerunt multi. Religionis enim Christianæ strenuus assertor erat, in rebus bellicis felix, in ciuili administratione prouidus & sapiens. Hæreticorum audaciam refrænauit, ciuiles discordias sustulerat. Ducatum Surrinensem, & Smolencensem, quos ante multos annos Ioânes Basilides Moschouitarum Princeps Polonis ademerat, armorum potentia recuperauit, & Coronæ Poloniæ denuo subiecit. Aduersus Turcam quoq; se imperterritum ostendit. Cùm enim ille anno 1584. secundùm antiquam consuetudinem certas à Polonis militum copias ad bellum quod cum Persa gerebat, peteret, Rex Stephanus has illi negauit, dicens; candidam Polonorum aquilam antea implumem, & viribus suis destitutam, nunc reiuulescere, pennas recepisse, vngues & rostrum exacuisse. *Anton. Ciccarella in vita, Sixti. 5.*

Mortuo ergo Rege Stephano, Ordines Regni Poloniæ solliciti de nouo Rege creando, varia inter se agitarunt consilia. Vt enim potentiam, autoritatem, & existimationem fortitudine Stephani partam tuerentur, necessarium putarunt, Principem aliquem eligere cõsilio abundantem, iudicio maturum, armis potentem, amplissima cognatione & plurimis amicitii illustrem. Pleriq; existimabant Coronam hanc Rudolpho Cæsari deferendam, propter contractum in electione Maximiliani patris initiu quo cautum dicitur, ut si Maximilianus ad regnum admissus, in ea dignitate moreretur nullum foret interregnum, sed Rudolphus absque ulla electione patri succederet. Quidam oculos in Alexandrum Farnesium Principem Parmensem coniecerant, cuius tunc bellica fortitudo, militaris prudentia, & præclara pro Rege Hispaniarum facta per omnium ora volitabant. Nonnulli à Principe Transsylvaniæ, Stephani ex fratris nepote non magnopere abhorrebant, qui ad hoc

Anni
Christi.

1585

Anni

1585

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

regnum multis modis, magnisque intercessionibus aspirabat. Cardinalis etiam Battoreus à non paucis expetebatur. Dux etiã Ferrariæ, vt insignis Polonicæ nationis fautor & Patronus in deliberationem venit. Erant & nonnulli ex ipsa Polonorum nobilitate, qui diadema patrium affectabãt. Inter quos nemo magis idoneus videbatur Cancellario magno Zamoscio, qui sub Stephano Rege ad tantam dignitatem & auctoritatem ascenderat, vt nihil in illo, quàm titulus Regis, desiderari videretur.

Ab hac itaque electione exclusi sunt omnes, quos hactenus recensuimus. Erant autem alij adhuc competitores duo, Sigismundus Princeps Sueciæ, & Maximilianus Archidux Austriæ, Rudolphi Imperatoris frater. Hi in medium propositi sunt. Vtriusque causa diu, multumq; discussa, & ventilata. Tandem Maximilianus ab vna parte suffragantium, Rex Poloniæ renunciatus est. Alij Sigismundum Sueciæ Principem, viginti circiter annorum iuuenem, Regem proclamarunt.

Electi sunt itaque Reges duo, & vterque salutatus, vterque ad possessionem regni vocatus fuit. Qui certiores facti, collecta quammaxima armatorum manu, summa celeritate ad possessionem festinarunt. Maximilianus prior cum suo exercitu venit, & cum sedecim peditum equitumque millibus 16. die Octobris anni huius 1587. in conspectu agroque suburbano vrbs regiæ Cracouiensis castra metatus est, electionemque suam in urbem misit, petens vt admissus inauguraretur. Cracouienses verò, qui à Sueco stabant, nullo modo Austriacum recipere voluerunt. Sed missis literis & nunciis ad Sueciæ Principem, eum vt aduentum maturaret, admonuerunt. Qui iactatus diu maris tempestate, tardius quàm sperauerat aduenit, & 9. die Decembris Cracouiam ingreditur, vbi magna pompa & exultatione totius populi & præcipuæ nobilitatis, in castro Archiepiscopi Guesnensis, 27. eiusdem mensis coronatus est.

1588. 11. Ianuarij Dux Bullionæus Geneuæ moritur an. 25. ætatis, relicta hærede Charlotta de la Mark sorore sua.

25. Ianuarij Maximilianus Archidux Austriæ, Rudolphi Imperatoris frater, Rex Poloniæ electus ab vna parte regni, vt superius diximus, à Sigismundo Principe Sueciæ, etiam ab altera regni parte electo, salutato, ad possessionem vocato, & coronato, dum inter se bello decernunt, in expugnatione Oppiduli Pitschem captus, in potestatem hostium deuenit, & pro qualitate suæ personæ, parum (vt quidam scribunt) honestè habitus, in custodiam dimissus est.

Quæ res cum Sixto V. Pontifici Romano nunciata esset legatum suum Hippolitum Aldobrandinum, magnæ eruditionis, experientiæ auctoritatisque virum, tunc Cardinalem, postea verò anno post Christum natum 1592. Pontificem creatum, in Poloniam mittit vt pacem inter vtrumque Regem renunciatam conciliaret, Austriacumque captiuitate liberaret.

* Februario mense in Dithmareia visi sunt quinque soles. *Casar Campana.*

1. Martij Bonus Broæus Præses in Senatu Parisiensi, Parisiis moritur. Cuius pietatè insignem, & reliquas virtutes hoc breui elogio Petrus de Montchal in Senatu Parisiensi aduocatus, nepos, & vnus è testamenti Curatoribus comprehendit.

1590

5677

D. M.

Et memoria aeterna amplissimi & clarissimi viri D. Boni de Broe suprema Par. s. curia Senatoris, Primæq. inquisitionum classis Præsidis integerrimi, Monasteriorum Montisburgensis, in Constantiensi, & sancti Amanii, in Engolismensi Diocesi. Abbat. sanctæq. Capella regalis Palatii Paris. Canonici.

Bonus Broeus Turnon. ad Rhodan. inter Consultos Iuris Consultiss. in suprema curia Paris. castiss. integerrimeq. sedit, præseduit ann. duodeciginta, Senator, dein Præs. primæ inquisitionum classis, iussu Regum Christianiss. & Katharinae matris augustæ, magnis de rebus legationes in Italia obiit feliciter. sacerdos & cœnobiarcho, pietatem imprimis coluit, clericq. iura de mandatu Pontif. Maxim. sapius tutatus est. De excessu longè cogitans, ut viuus mortuus viuus prodesset, templis, scholis, ptochotrophis, conlocandis virginibus grandem pecuniam suprem. tabulis reliquit. Quin & Turnoni VII. Studioforum collegium instituit, usq. museum, alimentaq. perpetuo legauit. Tandem inter labores sensim & sine sensu obrepit somnus, qui dum putatur latus, & mollis, in lethæum versus est. Cal. Mart. M. D. LXXXVIII. Parisijs, ubi in æde Augustinianorum ad oram maioris altaris eius corpus conditum est. Vixit annos IV. & LX. Mens. I X. dies XX.

Hoc ipso eiusdem mensis die obiit Lugduni Iacobus Dalechampius, nobilis medicus. Cuius elogium in æde fratrum Dominicanorum Lugduni ætæ tabulæ insculptum placuit adscribere:

D. O. M.

E T.

M. Æ.

Siste gradum viator, & pellege.

Jacobus Dalechampius Cadomensis medicus celeberrimus, nota & spectata fidei, bonorum omnium amiciss. & studiossi. auctus prole dulcissima carissim. annum agens LXXV. cum magno suorum luctu vniuersiq. populi desiderio, mortis quondam victor, à morte tandem victus obiit Calend. Mart. Ann. M. D. LXXXVIII.

5. Martij Henricus Borbonius Princeps Condæus in vrbe S. Ioannis d'Angely moritur cum suspitione veneni. De quo accusatus & conuictus vnus è domesticis, supplicio extremo afficitur. In corpore Principis post interitum aperto, certissima & euidentissima veneni exhibitæ signa apparuerunt.

** 4. Aprilis moritur Fredericus Rex Daniæ relicto filio Christiano hærede fati Iuene. Campana.*

12. Maij. Tumultus Parisiensis, in quo Henricus Dux Guisæ, ne qua cædes fieret sollicitus, ciues quantum licuit cohibuit, & repressit. Henricus Rex periculum videns, Lutetia confestim excedit, & Carnutum se recipit. Ianfonius lib. 1. Mercurij Gallobelgici. Initium malorum quæ Gallia sensit his decem annis.

** 22. Maij capta est Sepia piscis in Pomerania, quæ signis maxime variis & admirandis distincta & insignita fuit. Duæ cruces, duæ literæ, duo enses, duo pugiones, equorum capita, nauium figuræ, & alia plurima omnia ad viuum expressa. Casar Campana. lib. 9.*

Cum Hispanica classis 30. Maij Vlysbona soluisset, tempestate exagitata quatuor Actuarias Triremes, & quasdam è minoribus desiderauit. Postea non procul à Plymnutha primum ab Anglis cõspecta leuioribus velitationibus salutatur, & naumachiam inire, & fortunam periclitari cœ-

Anni
Christi.

1585

Anni
M.D.LXXXV.

1572

1590

1577

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

pit. Tandem mole sua laborans depressa, capta, & direpta est. Constabat autem 150. nauibus. Ex iis 32. perierunt, & in manus hostium deuenerunt. Atque in iis 10. millia militum. Cætera pars classis partim lacera, partim salua in Hispaniam denuo appulsa est. *Ianson. in Mercur. Gallobel. lib. 1. & Anton. Ciccarella in vita Sixti V.*

* 26. Iunij in Vinaria vrbe Germaniæ sub meridiem Sol totus obscuratus, sine vilo impedimento naturali, & illius loco visa species ensis nudi. Campana.

19. Iulij Edictum Henrici III. Franc. & Polon. Regis Rothomagi primùm promulgatur, deinde in parlamento Parisiensi, pro reconciliatione & vnione Catholicorum totius regni Franciæ.

* 25. Iulij Legati Iaponenses qui an. 1585. Roma discesserant ad Macaon insulam regni Chinæ peruenerunt, & inde in patriam soluerunt, octauo post anno quàm ex ea fuerant profecti: vide suprâ eorum aduentum in urbem Romam pag. 755. *Cæsar Campana. Sebast. Verrou. in Chron. Eccles.*

15. August. Henricus Rex comitia trium ordinum totius Regni Blæsis indicit, ad 16. diem mensis Octobr.

16. Octobr. in pleno ordinum Galliarum confessu, causam huius tam celebris conuentus disertis verbis, & oratione longa Henricus Rex Christianiss. exponit, & edictum perpetuum vnionis, quod Iulio mense confecerat, vt legem fundamentalem, sempiternam, & inuolabilem, sigillo Cancellariæ muniri mandat, & ab omnibus iureiurando approbari, & in omnibus prouincijs totius Regni proclamari.

24. Nouembris D. Mandelotius Lugdunensis Prouinciæ Gubernator summa prudentia, & animi magnitudine præditus Lugduni moritur, magno ciuibus omnibus desiderio sui relicto.

26. Eiusdem mensis Ferdinandus Cardinalis Medices Nicolaum Tornabonum Episcopum S. Sepulchri, legatum mittit ad S. Pontificem, & collegium Cardinalium, cum litteris, quibus supplex petit, vt liceat sibi plus satis occupato in administranda & regenda sua ditione, titulum Cardinalis, cui ipse renunciat, deponere, & vxorem ducere. Quod ipsi à S. Pontifice & Collegio Cardinalium fuit concessum, cum non esset sacris ordinibus initiatus, & nihil impediret quominus & titulum Cardinalis deponere posset, & vxorē ducere. Qua de re certior factus Magnus Dux gratitudinis ergo duas ingentes statuas argenteas miro artificio cælatas, ad Templum D. Ioannis Lateranensis per eundem legatum dono mittit, & dedicat ipsi Diuo cuius imagines erant. Postea vxorem ducit Christianam filiam Caroli Lotharingiæ Ducis.

27. Decembris Henricus de Lotharingia Guisæ Dux, iussu Henrici Franciæ Regis trucidatur Blæsis, vbi comitia habebatur. Die sequenti, peruigilio natiuitatis Domini, Cardinalis fratrem sequitur. Ipse Carolus Borbonius Cardinalis Archiepiscopus Lugdunensis, Nemoræus Dux, & aliquot alij è Guisiorum familia sub forti custodia positi, & retenti sunt. Dux ipse Guisus anno clymacterico, putâ 42. ætatis mortuus est. Hunc Plutarchus Caio Iulio Cæsari in vitis vitorum illustrium, comparaturus fuisset, si vidisset.

Hoc audito nuncio Parisienses vnâ cum Picardis à Rege deficiunt. Lutetiam Dux Mœnius confestim aduolat. Aumalius Dux Picardiæ vrbes, Ambianū, & Abbatis villam occupat. Aumalij frater, quem equitem Aumalium

1590

5677

vocant, Blæsis arte elapsus, Aurelianum peruenit. Hi fœderis Duces oppida, quæ à Rege deficiunt, opere muniunt, dubia præsidio firmant, plebem qua arte, & ratione possunt, partibus suis deuinciunt.

Rex Nauarræus dum hæc Blæsis, & in Picardia geruntur, exercitu in Pictones traducto, Niortium, primarium illius Prouinciæ oppidum, commodissimo loco situm rebus ad bellum, victumque necessariis instructissimū occupat. Quo pacto alia nonnulla deditionem fecerunt. Paulò post ipse Rex Nauarræ in grauissimâ pleuritidem incidit. E qua tamen paucos post dies desperantibus omnibus de salute ipsius (clementissimo Deo longiorem vitam ad maiorem sui honorem & Ecclesiæ Christianæ propagationem ipsi prorogante) conualuit.

Henricus Rex scriptis literis ad proceres, Ciuitates, & oppida Regni protestatur se in proposito suo, hæreticos, omnesque ecclesiæ hostes persequendi, funditusque extirpandi, sponte sua, proprioque zelo perseuerare. Monet subditos omnes, vt omni dissidio, dissidètia, omnibus fœderibus, & pactis, & clandestinis consiliis procul omissis, in posterum post Deum, non alium Regem quàm se ab omnipotente Deo subditis datum agnoscant. Quod si fecerint, se illos vicissim non vt subditos, sed vt proprios filios habiturum pollicetur.

Hinc tragædiæ Gallicæ exordiū, Gallia incendijs bellicis flagrat, vrbibus vltro citroque obsessis, captis, direptis. Omnia necibus, ignibus, stragibus, mortibus plena, vsque ad annum 1598. quo summo Dei omnipotentis beneficio pax inter Henricum 4. Regem Christianiss. & Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, vnà cum Carolo Emanuele Sabaudia Duce composita & firmata est. Libri varij vtriusque partis in lucem emissi, discordes inter se, & discordibus animis, vt qui tumultuum Gallia olim historiam (periculosâ scilicet opus plenum aleæ) volet cognoscere, anceps & dubius hæreat quos sequatur, & quibus potissimum fidat. Nos euentus ipsos, & res memorabiles, contenti erimus verbo indicare diarij forma, Consilijs Ducum partium ipsarum prætermittis.

Sub finem anni huius, Carolus Emanuel Dux Sabaudia Marchionatum Salucia arte & armis occupauit.

Poloni fugant Tartaros & Turcas, multis hostium millibus trucidatis.

Atque hic est ille annus mirabilis, de quo Ioannes Regiomontanus Mathematicus summus, aliquantò antè quàm Romæ anno à partu virginis 1475. ætatis suæ 42. in viuis esse desiit, prognosticum seu vaticinium in hæc ferè sententiam edidit:

Post mille expletos à partu Virginis annos.

Et post quingentos rursus ab axe datos.

Octogessimus octauus mirabilis annus.

Ingruet, & secum tristitia fata trahet.

Si non hoc anno totus male concidet orbis,

Si non in nihilum terra fretumque ruet,

Cuncta tamen mundi sursum ibunt, atque deorsum

Imperia, & luctus undique grandis erit.

Eadem Ioannes Stofferus, insignis Astrologus, & nostro seculo generosissimus Heros Henricus Rantzouius, in suo de annis climactericis, & imperiorum periodis libello vaticinatus est. Quorū vaticinia quàm veros euentus sortita sint, ipsi hoc anno vidimus. Nam in omnibus regnis & imperijs maximas rerū mutationes, imò totius orbis paroxysmos conspeximus. Annon insolens, inaudi-

Anni
christi.

1585

Anni
mundi

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

tumque, vnicum Poloniae regnum intestinis procellis, & bellis miserè excarnificatum, quatuor vno eodemque tempore Reges hoc anno habuisse: Rem inauditam narro, attamen veram. Sigismundum Suecum, Maximilianum Austriacum, Henricum Valesium Gallum, Regio Poloniae titulo ad vltimum vsque agona vntem, & Stephanum Battoræum, tum temporis adhuc inhumatum. Sequitur Suecia, quæ similiter dicto tempore tumultu incendiis flagrat, arces aliquot bello pridem captas amittit. Moschus mente licet paululum remotus, amissa recuperat. Daniam Rege Friderico I. demortuo, relictoque vndecenni filio interreges quatuor gubernant. Scotia Regina à propria consanguinea, mulier à muliere, contra datam hospitalitatis fidem damnatur, & supremo supplicio afficitur. Anglia fugata classe Hispanica mirabilem victoriam obtinet. Hispanus classem præpotentem amittit, & variis à Draco Modis infestatur. Persa moritur. Turca infeliciter in Vngaria cum Christianis pugnat. Vngari crebris eiusdem incursionibus molestantur. Maximilianus Austriacus à Polonis captus custodiae traditur. Italia à Bannitis plurimum vexatur. Germania veteri lethargo sopita, nunc hanc, nunc illam religionis faciem exosculatur, atque (vt compendio dicam) ob ortu solis, vsque ad occasum, nullus fermè remansit locus, in quo non miratu dignum aliquid hoc anno contigerit. Omitto portenta hoc anno visa, quæ plerunque præcedunt, cum insignis aliqua calamitas impendat. Omnia, inquam, hæc prudens prætereo.

Vna illa Regni Franciæ metamorphosis quam ab inferis excita Erynnis hoc anno peperit, quemtis facile in summam admirationem rapiet. Quis enim non obstupescet cum audit Regnum illud, quo in toto terrarum orbe neque maius est, neque nobilius, neque opulentius, quod iam annos mille ducentos tanta cum gloria stetit, floruitque, tam breui & exiguo temporis momento, tam feralibus tumultibus, tam tragicis turbis concussum, & in tot contrarias factiones diuulsam? Sed nos patriæ vulnus, & cicatricem obduci cœptam non debemus refricare.

1589. 4. die Ianuarij edictum fœderis siue vnionis, Henrici Regis iussu Blæsis in concessu trium ordinum Franciæ publicatur, & iuratur. Quod iam semel, atque iterum fuerat factum.

5. die Ianuarij, epiphaniæ profesto Katharina Medicea, Laurentij III. Medices Ducis Urbini, ac Magdalena Bononiæ Auerniæque Comitis filia, Henrici I. Franciæ Regis vxor, & mater trium Franciæ Regum, anno ætatis septuagesimo, & quinto morbi die, Blæsis naturæ debitum reddidit.

7. die mensis eiusdem Parisiis rogatu populi congregatum est collegium Sorbonicum, in quo Doctores numero 70. omni diligentia, ingenii que acumine consideratis & examinatis quæstionibus sibi propositis, tandem post multas in vtramque partem disputationes, in eam sententiam conuenerunt, & concluderunt: Populum sacramento esse solutum, & licere ei contra Regem suum pecunias colligere, cœfœderationes inire, arma ferre, pugnare. Vt autem hæc maiore cum autoritate fiant, petunt à Legato Pontificio, vt aliquem ex suis ad S. Pontificem mittat, qui huius conclusionis approbationem impetret, vt tutiori cum conscientia ad catholicam Romanam religionem tuendam, & hæresim omnem radicitus

1590

5677

extirpandam hæc exequantur. *Ianson. lib. 2. Mercurij gallo-belg. & Caesar Campana lib. 10. Histor. mundi.*

16. Soluuntur Comitia Blæfensia, & deputati trium ordinum Franciæ in suam quisque provinciam dimittuntur. Postquam Archiepiscopus Bituricēsis Aquitaniæ Primas, & Præses ordinis Ecclesiastici, Carolus Cossæus Brissaci Comes, pro nobilitate Francica, & Stephanus Bernardus causarum Patronus in Senatu Diuionensi, ordinis tertij orator perorassent.

Eodem ipso die Bussius le Clerc, collecta civium turbulentorum & seditiosorum manu augustum illud Parlamentum Parisiense in arcem Bastiliæ ducit, & captivum sub forti custodia retinet.

19. Declaratio Parisiensium pro sacro fœdere.

30. die iuramentum pro sacro fœdere præstatur iterum à Parisiensibus, & à tribus ordinibus civitatis subscribitur.

Februario mense idem iuramentum præstatur à Tolosatis à summo Senatu, & à facultate Theologiæ confirmatum.

Eiusdem Februarij 10. die Stephanus Durādus primus summi Parlamenti Tolosani præses per tumultum à ferociente & seditiosa plebe occiditur. Cuius postea memoriæ hoc elogium positum fuit.

D. O. M.

S.

Ioannes Stephanus Durantus hic fuit sum: Tolose honesto natus loco, primum actor causarū nobilis, deinde patronus fisci, postremo amplissimi Senatus Princeps fuit (absit verbo invidia) merui in eo gradu steti dum res stetit Gallica, cecidi cadente regno, iniquorum coniuratione oppressus: casum luxerunt omnes boni. Et civitas facta paulo tranquillior in autores necis exemplum graue statuit, & honorem habuit mortuo quam potuit maximum.

Annos vixi 55. viue plures viator, & felicius morere.

Conditus exigua magnus Durantius urna.

Dormit soporem ferreum.

Secula peremerunt hunc ferrea, ferreus ille est,

Qui nouit ista nec gemit.

Una namq; iacet patria decus omne, suæq;

Et crimen urbis & dolor.

Cæterum cum ad cætemonias ritusque sacros defendendos quibus in precibus, & sacris solennibus vitur sancta mater Ecclesia, pauci admodum fuerint, qui manum admouerint, vnus nostra ætate maximo applausu Doctorum omnium exceptus fuit Io. Stephanus Durantus, qui genus hoc argumēti tribus libris non minùs doctè, quàm copiose persecutus est, & plerasque omnes ceremonias rationibus optimis ex scriptura, sanctis Patribus, totaque antiquitate defendit. Hoc opus aureum Romæ primum anno 1591. excusum, sequenti anno Colonia Agrippinæ ex officina Io. Gymnici, magno studiosorum omnium emolumento prodiit, sub hoc titulo: *Io. Stephani Duranti secretioris regij consistorij consiliarij, Amplissimiq; Senatus Tolosani primi præsidis, de ritibus Ecclesie Catholice libri tres, &c.*

24. Februarij Lugdunenses pro sacro fœdere, & sui defensione iuramentum præstant, & arma capiunt.

4. Martij Parisienses Catholici, & confœderati cum Henrici Valefij Imperio renunciaffent, alium sibi principem cui parerent, eligendum statuerunt. In frequenti itaque conuentu, postquam omnia tam præsentia, quàm futura incommoda demonstraflent, communibus tandem

Anni
christi.

1585

Anni
mundi.

5672

1590

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

suffragiis Ducem Mænium Patrem Franciæ, Pro-regem regniq[ue] Gallici defensorem (donec ordines totius regni conuocati aliud statuerent)renunciarunt. Ordines autem primo quoque tempore mandato Parlamenti per generalem Procuratorem conuocandos,indictiones & tributa ad bellum gerendum necessaria imperanda, & exercitum conscribendum decreuerunt.

Rex interim nouis turbis noua remedia quærere, & crescentibus confœderatorum viribus, auxilia sibi circumspicere, malum præsens, remedium præsens requirebat. Germanica, Heluetica, Anglica, Scotica auxilia certa sperabat, sed ea longinqua, eaque tarda. Vnus rex Nauarræus ad manum.

Itaque in concilio Regis grauiter certatum, dum quidam accersendum Regem Nauarræum: alij omnia prius experiunda ferendaque contendunt. Rex ipse dubius animi, cum videret se à coniuuratis valde premi, eorum sententiam sequitur, qui Nauarræum Regem proximû Regno Principem, dum externa auxilia conficiuntur, quamprimùm quibusuis conditionibus inuitandum atque accersendum censuerunt.

Ipse Lutetiam Parisiorum, vt indignam omnibus honorum titulis & priuilegiis spoliavit: Tutonumque metropolim, quò se defuncta matre relictis Blæsis, receperat, supremi Senatus sede honorauit.

9. Martij in Polonia causa inter Regem Sigismundum, & Serenissimum Archiducem Maximilianum Captiuum à Legato Pontificio Cardinale Aldobrandino, cæterisque vtriusque partis legatis Bithoniæ cõgregatis agitata. Tandem diuina gratia intercedente, & legatorum, præcipuè Cardinalis prudentia accedente, Pax inter Polonos, & Serenissimam familiam Austriacam est reparata. Fuere inter alias condiciones: vt Maximilianus liber sine lytro discedat, offensiones Christianæ tranquillitati condonet, Libloniam restituat, titulo regio Poloniæ renūciat, ad fines Silesiæ deductus, securitatem, seu Iuratoriã cautionem, de non vindicando præstet. Damna mutuo compēsantur, fœdera inter Poloniã, Vngariã, Bohemiã Regna, & totã domum Austriacam renouentur. Rex Poloniæ ad maioris honoris significationẽ ad Sacram Cæsaream maiestatem, præteritarum offensionum ἀμνηστια, & transactiõis cõfirmationem petitum, legatos mittat. Sacra Cæsa rea maiestas iuxta formulam cõceptam præsentibus legatis Polonicis (sicut vice versa Rex Poloniæ præsentibus legatis Cæsareis) iureiurando pace m & fœdus confirmet.

Hoc mēse Martio Cardinalis Farnesius, Princeps grandæuus, virtute, consilio, & opibus pollens, gratus bonis, grauis improbis, & qui plurimas cum laude obierat legationes, ex hac vita sublatus est.

26. Aprilis Henricus Rex non ignotans initam cum Nauarræo Rege amicitiam quam plurimos homines, imò & principes externos offensuram, publico programme factum illud excusat.

Eodem tempore Christina Caroli 3. Lotharingiæ ducis filia, Ferdinando magno Hetruriæ siue Florentiæ Duci, nuptura, prope Florentiam in castrum quoddam die 29. Aprilis venit, & postridie à Domino Cæsare, Ducis cognato, Diademate redimita, 15. Episcopis, multisque principibus & nobilibus vtriusque sexus ad portam quæ Prata dicitur, comitata, Florentiam venit, vbi insigni cum triumpho à sponso excepta, in ecclesiam deducta, & magna Hetruriæ Ducissa renunciata est. Huius pompæ

1590

5677

memorabilis historia extat typis excusa.

Sultanus Imperator Turcarū Elyfabethæ Angliæ. Regi-
ginæ literas mittit ad ipsius Regiæ legationem respon-
sorias, quibus scædus cum ipsa sancit, & auxilium aduer-
sus Philippum Hispaniarum Regem, hostem communem
pollicetur. Hæ literæ Ingolstadij fuerunt typis excusæ.

5. Die Maij Sixtus V. Romanus Pontif. cum Franciæ
Regem sæpe, frustra tamen admonuisset, in Senatu Car-
dinalium, & de consilio ipsorum statuit: Quod si Rex
Cardinalem Borbonium, & Archiepiscopum Lugdunen-
sem, quos à cæde Guisiorum captiuos detinebat, tempore
constituto non dimitteret, ipsum Regem excommunica-
tum iri anathematis fulmine feriendum, omnes censuras
ecclesiasticas, quæ in sacris Canonibus, & in bulla cœnæ
Dominicæ leguntur, incursum. Eandem quoque sen-
tentiam declarauit Pontifex intelligendam de his, qui
consilio, auxilio, aut quocunque modo Regi in prædictis
casibus adfuissent. Præterea Regem ipsum citauit, vt 60.
dierum termino, cuius initium ab illo die sumeretur, quo
citatio hæc Regi innotuisset, vel ipse in propria persona
vel per vnum aut alterum procuratorem cum authenticæ
mandato Romam veniret, iudicioque se sisteret, rationē
ob quam Cardinalem Guisium interfecerat, Borbonium,
& Archiepiscopum Lugdunensem captiuos detineret,
redditurus. Quia verò periculi plena res erat, hoc manda-
tum ad ipsum Regem deferre, Romæ consuetis locis pu-
blicè affixum est, & exemplaria nonnulla in Galliam mis-
sa, vt vicinis circa Regem locis omnibus legenda expo-
nerentur. *Iansonius lib. 2. Mercur. Gallobelg. Anton. Ciccarel-
la in vita Sixti. Cesar Campana. lib. 10. historia mundi.*

Vltimo die Iunij Henricus Rex cum Nauarræ Rege
in Nemore Plessæo ad portas vrbs Turonensium collo-
quitur.

25. Iulij Pontifareses quatuordecim tantum milliari-
bus Lutetia disuncti, obsessi & oppugnati, deditione fa-
cta in potestatem Regis veniunt.

31. Iulij Iacobus Clemens iuuenis 23. circiter anno-
rum, natus in pago cui nomen Sorbona, qui quatuor cir-
citer millibus passuum à Senonibus, vulgò *Sens*, abest,
& in Dominicanorum familia educatus, eiusdemq; post
ordinis Monachus factus, religionis Catholicæ, quam
periclitari existimabat, zelo correptus, ad pontem S.
Clodoaldi, duobus à ciuitate Parisiensi milliariibus, vbi
Rex Henricus in exercitu 45. millium armatorum mili-
tum adhuc hærebat, profectus est, & sequenti die qui fuit
primus Augusti in conclauē Regis, remotis omnibus aliis
ductus, fingens se literas quærere, quas Regi exhiberet,
cultrum ancipitem, & acutissimum, quem sibi fabricari
curarat, promit, & capulo tenus in ventrem Regis adegit,
adactum in vulnere relinquit. A quo vulnere mors Hen-
rici Regis sequenti die secuta est. Monachus autem antea
occubuit, ab accurrentibus ministris mox occisus, fene-
stra in pavementum eiectus, deinde carnifici quatuor
equis dirumpendus ac igni comburendus commissus. At-
que hic fuit toti Galliæ regno funestus Henrici III. in-
teritus, qui natus 19. Septembris 1551. annos vixit 37.
menses 10. dies 11. Regnavit annos 15. menses 2. In eo fi-
niuit stirps Valisiorum, quæ regnavit ab anno 1515. vs-
que ad annum 1589.

Cæterum hoc notatu dignum præterire non possum.
Mense Maio eiusdem anni, hoc est quatuor ante ipsius
Regis mortem mensibus, interrogatus vitæ doctus ab ami-

Anni
christi.

1585

1590

Anni
mundi.

5672

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

cis de Henrico Rege quid speraret, per sortes Virgilianas inquitens aperto Virgilij libro, versu septimo, quem numerum animo destinarat inuenit :

*Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in eternam clauduntur lumina noctem.*

Quod nimis verum flebilis exitus postea comprobauit.

Postridie à Regis Henrici morte, Henricus Borbonius Nauarræus Rex in ipso tumultu Rex Franciæ proclamatus, præsentibus in castris Principibus, solenni iuramento se Catholicam Romanam Religionem, in iis quibus nunc est, Franciæ locis, saluam conseruaturum, nihil in ea in nouaturum, legitimi generalis concilij decretis, & cognitioni statutum, coronæ regiæ officariis, proceribus, & reliquis statibus priuilegia sua confirmaturum affirmauit. Et tum Galliæ Pares, Principes, Nobilésque qui aderant, tanquam Regi Franciæ ac Nauarræ, Domino suo fidem, obedientiam iurant, omnémque opem, & humillimum obsequium vitæ ac fortunarum, ad eadem Henrici Valelij Regis sui vindicandam, & rebelles exterminandos sponte offerunt. *Ianson. lib. 2. Mercur. gallobelg. Anton. Ciccarel. in vita Sixti. Cesar Campa. lib. 10. histor. mundi.*

5. August. Edicto publico Ducis Moënij, & consilij sacri fœderis Parisijs Catholici Regni Franciæ vniuntur expectantes liberationem è carcere Caroli Borbonij Cardinalis. Is publicè per Lutetiæ plateas Franciæ Rex denunciatur, & sub illius nomine moneta cuditur. Hoc editum 21. Nouemb. renouatur.

12. August. in Diuionensi Parlamento Arrestum promulgatur contra Henricum Regem. Renouatur 5. Septemb.

19. Burdigalæ pro religione Catholica A postolica Romana. Reperitur 20. Decembris.

22. Tolosæ etiam aduersus Henricum Regem.

23. Septembris Rothomagi simile Arrestu publicatur.

14. Octobris simile etiam Parisijs promulgatur aduersus eundem Regem, qui interea, vt sibi stabilem Regni Gallici possessioné facit, nihil intermitit. Ad omnes ordines ciuitatésque Regni litteras mittit. Ad omnes ordines ciuitatésque Regni litteras mittit, mandátque vt pridie Calend. Nouemb. in Turonensium Metropolim conuenirent.

Postea in oppidis quibus potitus erat præfidiis relictis, in tres partes copias suas distribuit. Robur exercitus Longueuillæ Duci attribuit, vt in Picardia, & circa Parisios bellum administret. Cum altera parte Aumontium in Campaniam ad excipiendum hostem, & retinendum in fide ciuitates ablegat. Tertium secum Diepam, quæ maximæ opportunitatis ex aduerso Angliæ in Normania vrbs est, abducit.

Mense Septembri Moënius Dux cum intellexisset Henricum Regem Rothomagensem agrum infestare, cum 18. millibus peditum, & 3. millibus equitum Rothomagum contendit, & cum Henricus Diepam venisset, Moënius cum omni suo exercitu urbem hanc obsedit, & sub ipsis moenibus tormenta bellica disposuit, sæpe in urbem pilas misit, sæpe vicissim pilis ipse ex Vrbe talutus est. Regij erumpentes aliquoties in castra Moënij impetum faciunt, & à Moënianis repelluntur. Fluuius urbem interluit, per quem oppidanis necessaria aduehuntur. Fluuiio hoc, ponte strato Moënius hanc commoditatem ciuibus impedire cœpit. Quod vt minori suorum incommodo faceret, collem vicinum è regione Arcis Arkenfis

1590

5677

munitæ,

munitæ, & quæ à Regiis custodiebatur occupauit. Ingens hîc orta est pugna, dum neuter vult cedere. Henricus equitibus, Mœnius peditibus præualebat; & nunc huc, nunc illuc Victoria inclinabat. Vicere tandem Regij, eo quod Nemourij Ducis equites turbatis ordinibus fugerunt. Mœnius hac clade accepta, cum intellexisset Duce Longueuillæum, & Lanoëum cum suis copiis aduere ut Henrico Regi subsidio essent, obsidionem soluit, & milites reducens in hyberna distribuit. *Ianfonius lib. 2. Mercur. Gallobelg. Cesar Campana lib. 10. histor. mundi.*

Hoc anno classis Anglica in Lusitaniam appulit 25. millibus peditum & equitum constans, sex nauibus regiis, 20. bellicis, & 140. onerariis bene instructis: Ducibus, Draco, Norreyfio, & Dom. Antonio Lusitano. Sed ibi menses aliquot cum frustra, & cum exiguo fructu hæsisser, lacera & amissis plus quam 18. millibus militum & 40. nauibus: incensis quatuor arcibus, quas tot nobilium & fortium virorum sanguine quadruplo emerant, nulla alia re laudabili confecta, in Angliam rediit.

Mense Nouembri Rex Henricus totum exercitum in Parisienses ducit, suburbia quædam ciuitatis occupat, spoliâtque, & multos captiuos secum abducit. Commendator Mordonius Lutetiam à Duce Parmensi cum ingenti thesauro, & promissionibus, Regem Hispaniarum, omnem opem illis laturum, venit. Cuius aduentus Parisienses non parum consolatur.

Henricus Caietanus presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Prudentiæ, legatus à latere mittitur à Sixto V. Pontif. Max. ad Regnum Franciæ. Et primo die Decembris Lugduno (vbi magna pompa & populi lætitia, cum magno Præsulum & doctissimorum Theologorum comitatu exceptus fuerat) in Galliam versus Parisios proficitur.

2. Die Decembris Cenomani ab Henrico Rege obsessi, & oppugnati sese dedunt.

Hoc anno in Italia & potissimum in Marka Treuisana tanta cœlestium aquarum vis decidit, quanta retroactis nostra memoria annis nunquam.

Romæ quoque Tyberis tanta exundauit aquarum copia, ut cum intra aluei sui ripas contineri non posset, bis exspatiatus, tam longè latèque urbem inundauerit, ut scaphis cymbisq; per multas prateas nauigaretur. Imbres autem illi continui incredibile damnum multis Italiæ locis intulerunt, ita ut necesse fuerit sementi prima & secunda corrupta, tertio & quarto agros seminari. Tandem accedentibus priori malo noxiis ventis, & nebulis densis, iisque lethalis tota penè messis perit. Quam calamitatem magna illa subsequentiæ annorum miseria, fames, annonæque caritas, de qua suis locis dicemus, est subsecuta.

Venetiis (quæ octo in circuitu milliaria Italica, Insulas 25. Parochias 62. monasteria 41. pontesque publicos 400. comprehendit, quæ quotannis è solo vectigali vicies centena ducatorum millia capit, quæ super palos, & paludes in mediis aquis extructa vrbs est, sine muris, & portis potentissima, ac multis nominibus per Orbem vniuersum celeberrima) in tantum mare Adriaticum succreuit, in tantum vrbs Canales continuo cataclysmo exuberarunt, ut non modò omnia mercaturam facientium promercalia, sed etiam urbem totam vndis obrutum iri curares.

Augustæ Treuitorum, Osnaburgi, in Sueuia, Dania &c.

Anni
christi.

1585

Anni
mundi.

5672

1590

6577

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

Magnus Magorum numerus tam piebitorum, quam sacerdotum, L. L. doctorum, Cōsulum, & eorum qui existimationis & opum nota clari exutere, Vulcano instar noui holocausti oblatis sūt. Quos inter fuit vir prædiues & celebris I. V. Doctor Flattenus, Electoris & Archiepiscopi Treuerensis Consiliarius, qui post 6. mensium custodiã, Maij 16. publicè in rogam missus & combustus est, Nec nõ peruersissimus quidã præstigiator, de quo in oppidulo Beber, tria millia passuũ Colonia distante, sub Comite Vvarnero à Rifferscheid supplicium sumptum est. Qui præterquam quòd insolitus aëra sudum fulminibus ciete, tonitru, grandinem, & tempestates insperatò excitare, homines detrimento graui afficere, fruges excantare, segetem aliò transferre, maribus virile robur adimere, etiam se ex homine in lupum, cingulo, quod remunerationis loco, abiurata Christo fide, à Dæmone acceperat, cinctus, toties quoties voluit conuerrere potuit. In qua sua metamorphosi seu λυκων σποσια tredecim homines lanianit, & deuorauit. *Ianson. lib. 2. Mercur. Gallobelg.*

Hoc etiam anno Iacobus Comes Limitaneus Badensis, postquã de Lutheri doctrina, quam hæctenus profitebatur, dubitare cœpit, doctos viros vtriusque religionis, Protestantium & Catholicorũ conuocauit, & colloquium præfente Comite Mompelgartensi, & nobilibus aliis instituit. Præses Catholicorum erat Pistorius, ex Lutheranis, Catholicus factus, Protestantium, Smidelinus, qui cum modum in disputando propositum non seruaret, absurdè quædam proponeret, absurdius responderet, dialecticos syllogismos quatuor terminos habentes singulis momentis proferret, totamque Dialecticam improbareret, & reijceret: Comes obseruata Smidelini & sociorum immodestia, peruicacia, & ignorantia rei theologicæ, dimissis cum honore Protestantibus, Pistorio, Patrique Busæo, Societatis Iesu Theologo Nouiomagensi, sese catechisandum tradidit, atque tandem eiurata hæresi Lutherana, catholicam religionem, summo Pontificis Maxim. Sixti V. omniumque catholicorum gaudio professus est.

1590. Mense Ianuario nuptiæ Iacobi Sexti Scotiæ Regis & Annæ filiæ Frederici 2. Daniæ Regis, Croneburgi summa solènitæ ac regali pompa & apparatu celebrantur. Adfuerunt multi Principes Germaniæ, affines sponsæ.

17. Ianuarij D. Antonio sacro Auenioni, dum supplicatio scholasticorum collegij Societatis Iesu procedit ad ædem D. Mariæ sacrã, quæ cathedralis est, puer 6. ann. filius vnicus Georgij Calueti. V. I. Doctoris, ex alto distante plus quàm 28. pedibus regiis à pavimento, cadit, & statim inuentus est sanus & alacer, sine offensione vlla corporis. Quod miraculum precibus studiose illius iuuentutis ad D. Virginem tributum est. Historia ea de re scripta à fratribus congregationis D. Mariæ virginis Auenionensis ad Congregationem Lugdunensem, & alias toto Galliæ regno sparsas, typis excusa extat.

7. Martij Arrestum Parlamenti Parisiensis promulgatur quo iubentur omnes subditi Franciæ Regni, Carolum 10. pro Rege agnoscere; & sub eius autoritate obedire Mœnio Duci.

Eodem Mense Henticus Caietanus Legatus Pontificius scribit ad Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates Franciæ, ac prohibet ipsis ne ad urbem Turonicam proficiscantur, quò publicis litteris ab Henrico Rege fuerant inuitati, vt de se in fide orthodoxa instruendo, & ad Ecclesiam catholicam renocando deliberarent. Scribit & ad

1590

5677

nobiles Galliaꝝ vt adhæreant foederi pro religione catholica inito & iurato.

14. Martij fit atrox pugna inter Henricum Regem, & Ducem Mœnium. Cadunt vtrinque multi. Equitatus Domini de Santes Comititis Egmundani, & album Mœnij vexillum fortiter pugnarunt. Sed tandem vnà cum Egmundano cæsi fugatique sunt. Peditatus quoque trucidatus captus, & in fugam actus. Ex peditatu Gallico multi abiectis armis euaserunt. Germani armis spoliati, in castra remissi sunt. In summa constat magnam hanc fuisse Henrico Regi victoriam.

10. Aprilis Arestum Parlamenti Rothomagensis contra nobiles omnes, & alios quosuis qui Henricum Regem sequuntur, promulgatur.

15. Aprilis Henricus Rex copias suas in agrum ducit Parisiensem. In itinere Charentonium occupat, & in conspectum Parisiensium venit, arcésque aliquot Pagos, & pontes, quæ in circuitu sunt, intercipit. Paucis post diebus Parisienses cœpit laceßere, & in suburbia S. Martini dicta irruere. At ciues erumpentes, tanto cum impetu hostem aggrediuntur, vt desideratis plurimis pedem retraxerint. In vrbe machinæ bellicæ fusili opere multæ conficiuntur, ferreæ quoque catenæ fabricantur, quibus flumen claudatur. Deinde ciuium, inquilinorumque capita recensentur, inuentaque sunt ducera millia. Cùmque annonæ facta esset inspectio, deprehensum est tantum frumenti, quantum tot hominibus ad mensem vnum sufficiat, si singulis quotidie vnus libræ panis distribuatur.

Iterum ciues conuocantur, conuentus fit generalis, in quo iterum determinatur, neminem pro Rege assumendum, qui non sit Catholicus. Præterea diuulgandum, & ad Præfectos vrbs deferendum omne clandestinum consilium, omnisque proditio, & quidquid alicui innotesceret huic vnanimi consensui contrarium. Quæ cùm singuli iureiurando confirmassent, dimissi sunt.

Habebat tunc Henricus in castris 12. millia peditum, equitum verò tria millia, quibus urbem diuersis locis, diuersisque stationibus, sed extra teli iactum circumscdit. Paulò post tredecim maximis machinis æneis mœnia vsque in diem 4. cõtinuò disturbare iussit. Cui Dux Nemoræus (quem sibi gubernatorem initio obsidionis Parisienses creauerant) cum sexaginta quinque respondit, apertisque portis quotidianas in castra regia fecit eruptiones.

Ecclesiastici omnes, qui in vrbe erant, recensentur, distributisque inter illos armis, sua quoque obire in vrbs defensionem munia præcipiuntur. Illorum Præfecti constituti sunt Episcopus Siluanectensis, & Prior Carthusianorum. Loco vexillorum præferebatur illis imago Christi in cruce pendentis, & alia B. Virginis statua. Professionis suæ vestes non abiiciebant, sed galeas, loricas, thoraces ferreos superinduebant.

Dux Mœnium sæpe literas, nuntiosque in urbem mittit, & cum exercitu se breui adfuturum pollicetur, vt hostem à mœnibus reiciat, ciuesque libertati pristinae restituat. Quæ promissiones populum consolabantur, mitiscèque animos ciuium confirmabant.

In hac summa vrbs Parisiensis necessitate, in D. Mariæ templo, omnes Magistratus, & Ciues præcipui Reip. nomine præsentè Legato solenne votum fecerunt: D. Mariæ Lauretanæ, se statim post liberatam urbem ab obsidione, lampadem argenteam, & nauem argenteam (quæ sunt arma & symbolum Parisiensium) ponderis 30. marcharum

Anni
Christi.

1585

1590

Anni
mudi.

5672

5677

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

Lauretum missuros esse. Sed & diuersis in templis particulares supplicationes instituebantur, in quibus plerique nudis pedibus incedere visi sunt, quas hominum frequentauit numerus infinitus summa cum deuotione. In omnibus paræciis oratio continua fiebat octo diernm, multaque alia opera pia exercebantur, quibus iram Dei deprecabantur, & auxilium diuini numinis implorabant.

Cum verò iam legatus Apostolicus omnia sua in pauperes erogasset: peculiùmque ipsius ad fundum venisset, Hispanicus suas elemosynas augere cœpit. Cerrũ genus pulmenti singulis quotidie distribui iussit, & equos suos dedit præsiidiariis, quibus vescerentur. Consumpsit itaque omnia sua, quæcumque habebat, & quicquid à creditoribus accipere potuit, vnum tantummodo cochlear sibi reseruauit. Quibus omnibus tandem nihil nisi inuidiam, & odium quorundam sibi conciliauit, quasi per eum solum staret, quominus cum hoste pacisceretur. Quamobrem & per dies aliquot latitare eum oportuit.

Sandionysiani simili omnium rerum laborabāt penuria, adeo vt quotidie panis 4. vnciarum tantum in singula capita distribueretur. Dux Nemoræus omni diligentia conabatur hanc eorum miseriam submisso comœtu paululũ subleuare, sed irritus erat omnis eius conatus. Quare tandem consumptis omnibus, deditiõnem facere, iis tamen conditionibus, quibus ipsi volebant, compulsi sunt.

Interim nobiles quidam, qui castra Regis Henrici sequebantur, Dominum Sanguouartium, qui paulò antè Roma à legatione redierat, supplices adeunt, orantes, vt cum Legato Pontificio agat, si quo modo pacis conditiones inter partes dissidentes possent concipi, confirmariq; & bellum componi. Sanguouartius ad has nobilium preces in suburbium S. Germani profectus, in ædes Gondij diuertit, legatumque Pontificium ex vrbe euocauit. Auditæ sunt vtrinque tam propositiones, quam responsiones. Sed cum Sanguouartius cum suis intellexisset, inter Parisienses communi consensu decretum esse, Mori omnes malle, quàm Regi non catholico parère, re infecta discessum est.

10. die Maij Carolus Cardinalis Borbonius, à consecratis Gallia Rex denunciatus, & Carolus 10. appellatus, Fontenaj apud Piçtones moritur, cum adhuc sub custodia seruaretur. de eo interrogatus amicus quidam, an futurus esset Rex Franciæ, aperuit Virgilij codicem, & hunc versum obuium factum pronunciauit:

Cedat ius proprium: Regi, patriaque remittat.

Ea res gesta est 19. Aug. 1589.

27. Iulij Rex Henricus omnia occupat suburbia, quod id effecit, ne quis amplius Parisiensem ad frumentandũ posset erumpere. Defecit itaque eo tempore apud vulgus panis vsus. Ditiõribus quotidie panis ex auena confectus dabatur quo etiam Principes vtriusque sexus vescebantur, non ad satietatem, sed vix necessitatem. Neque enim vltra dimidiam libram singuli accipiebant. Equinæ carnis eum in modum augebatur quotidie pretium, vt plebei homines, non haberent vnde possent emere. Quare coacti sunt carnibus, & crudis herbis sine pane victitare. Loco vini bibebant tenuissimum potum, quem ptisanam appellabant.

Hæc calamitas & miseria cum cresceret in dies, vulgus cœpit tumultuari, tenuioris fortunæ hominibus ad arma concurrentibus, & pacem aut panem miserabili non minus quàm horribili voce postulantibus. Qua in seditione

1590

5677

Centurio quidam è ciuibus cognomine Goësius, qui ad quietem eos hortabatur, occisus perit.

Dum sic tumultuatur populus accurrit cum suis Dux Aumalius, & omnes, quos in armis inuenit iubet cõprehendi, & duos ex præcipuis autoribus, qui & Centurionem Goësum trucidarant, postridie suspendi.

Prinçipes & Magistratus quotidie similia, aut peiora metuentes conueniunt & quid factu opus sit, in medium consulunt. Placuit plerisque Henrici Regis animum tentandum esse, si fortè ad æquas pacis conditiones posset permoueri. Alij contra sentiebant. Constitutũ nihilominus est, etiam reclamante Nemouræo, sed extrema urgente necessitate, duos Episcopos Parisiensem, & Lugdunensem in castra ad Henricum Regem legandos, vt experiantur, si quo modo non iniquo pax generalis constitui posset.

Ex tali necessitate legati exeunt ciuitate, quibus Rex ad portam vsque Antonianam occurrit. Hi cum mandatũ suum exposuissent, dixerunt facile posse Regem his malis remedium adhibere, omniumque discordiarum, bellorũ, & miseriarum finem imponere, si ad catholicam fidem redire vellet. Id si fecerit, Parisienses confestim eum Regem accepturos, in eius verba iuratos, nec eos tantum, sed & alias ciuitates omnes Gallia. Quibus Rex, scire se, ait, eos vltima necessitate coactos pacẽ quæret: se tamen Parisienses in fidem suam accepturum, si se dedant, alias ciuitates hac conditione non fore comprehensas. Nolle sibi quæstionem moueri de religione, decretum enim sibi esse Religionẽ quam haberet, non mutare regnandi causa. Iniquum esse subditos Regibus conditiones præscribere. Cum autem legati responderent sibi mandatũ nihil certi statuere, nisi de sententia Ducis Mœnij, ideoque potestatem ad Mœnium proficiscendi peterent, repulsam passi, & in vrbem redire iussi fuerunt.

In ea porrò tanta calamitas erat, vt in familia Legati Apostolici, Legati Regis Hispaniarum, vtriusque sexus Principum singulis nobilibus panis sex vnciarum quotidie distribueretur. Communis populus summa premebatur inedia. Bis mille equi iam mactati, & eorum carnes erant absumptæ. Similiter & octingenti muli, & asini, canum, felium, glirium non erat numerus. Guardianus Monasterij Franciscanorum testabatur toto octiduo panem in suo Monasterio visum non fuisse. Fratres virentibus tantum herbis, & auenaria pulte victitasse. Quibus non erat facultas etiam tam vilem cibum comparandi, in plateis inedia moriebantur, aded vt vna nocte sæpe ducenti expirarent, quorum cadavera manẽ in plateis reperiebantur. Vrbe obsidione liberata, eorum qui fame trimestri spatio interierunt, subductus est numerus, inuẽtæque sunt tredecim circiter millia. Postea equorum, mulorum, asinorumque tergora cocta vendi cœperunt, quæ tanto cum appetitu tantæque cum voluptate comedebantur, quanta olim optima edulia, dapẽsq; lautissimæ cõsueuerunt. Pro infirmis vinũ haberi nõ potuit, nec panis simlagineus, nisi pro libra 12. coronati soluerentur. Libra butyri duobus, post tribus coronatis vedebatur, ouũ denariis Frãcicis (solidos nominat) duodecim, & quindecim, lingua veruicina 50. solidis, aut coronato vno. Mensura frumẽti (quã illi *septier* nominat) cẽtum viginti coronatis. Ad eundẽ modũ singula quæq; erant carissima. Pauperes edebant mortuos canes in plateis iacẽtes, crudos, & incoctos. Sed & intestina quorũuis animalium à delicatioribus abiecta, mures etiã

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

1590

577

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5672

& glires inedia mortui, ossa canum, præcipuè capitum aliorumque animalium contrusa in cibum conuertebantur. Similis erat inopia lignorum, & omnium quæ ad nutriendum vulcanum requiruntur. Huc accedebant innumeri morbi, ægrotantium numerus infinitus, totaq; vrbs vnum quasi erat nosocomium. Validiores sicut syphar, & imagines mortis, languidi, & vt verbo dicam, Hippocratica facie cernebantur.

In hac extrema rerum omnium necessitate, quam posteri si scient, mirabuntur, optatissima allata est in urbem fama, Mœnium Ducem, cum subsidio 15. armatorum millium aduentare, & Parmensem Ducem non tantum suas copias mittere, sed suam quoque personam presentem adesse. Iamque (vulgò *Meaux*) peruenisse. Vbi honorificentissime cum fuisset exceptus, postridie coactum exercitum Lutetiam mouet. Huius aduentus certior factus Rex Henricus conuasatis omnibus, & ipse exercitum colligit & 30. Augusti Mœnio procedit obuiam.

Magna fuit in vrbe læticia: Legati, Nemoræus, omnes Principes, & communis populus in summo templo conuenerunt, Canticum SS. Ambrosij & Augustini cum incredibili iubilo cecinerunt: cœperuntque ciues, postquam digna indignaque passi, extrema inedia penè confecti essent, singulari Dei beneficio ex ipsis mortis quasi faucibus erepti, non nihil refocillari.

Parmensis cum intellexisset obsidione Lutetiam liberatam, ita vt commeatus ciuibus commodè posset subuehi, intermissa tandiu obsidione Lagniacensis (quam urbem cœperat oppugnare) immensam vim omnis generis commeatus in urbem Parisiensem intulit, ita vt quod pridem 120. coronatis emebatur, nunc emeretur tribus aut quatuor. Dicitur non potest, quanta fuerit in vrbe læticia.

Parmensis deinde ad oppugnationem Lagniacensem reuertitur, & tanta vi, tantoque impetu ad oppidum fulminauit, vt id non ita multò post 6. scilicet Septemb. die expugnauerit, inuasit, omne præsidium trucidauerit.

Hæc est illa memorabilis Parisiensium obsidio, quam ex oculati testis, fideiq; digni Petri Cornei descriptione sumus profecti, eò aliquanto copiosius, vt posteri sciant & admirentur, desperatas hominum quinquilias, baiulos, sedentarios artifices, mulierculas, calones in extrema rerum omnium angustia, ad famis cuiusdam horribilis exemplum redactos, ne motis quidem labijs ad querelam, nulla lamentabili edita vocula, nullo etiam formidinis, aut deditiois indicio vel leuissimo dato, sex mensium obsidionem sustinere potuisse. *Iasonius lib. 3. Mercury Gallobelg. Cesar Campana libr. 11. histor. mundi. & Ant. Cicca. in vita Sixti V.*

Dux Parmensis multis precibus à Parisiensibus inuitatus est, ipse vt in urbem veniret. Eorum itaque petitioni satisfacere volens, cum lectissima principum & nobilium manu eò profectus est. Et cum vrbi appropinquaret, Dux Mœnius, Parlamētum, Magistratus, nobiles, & optimates vrbs, eum, obuiam effusi incredibili læticia, honore, pompa, & triumpho in publica processione exceperunt, & in urbem atque Ecclesiam introduxerunt, festiuo iubilo hymnum, *Te Deum laudamus*, canentes, Deoque, qui ipsis talem liberatorem miserat, immortales gratias agentes.

27. Augusti, dum Parisienses cum fame & morte luctantur, moritur Pontifex Sixtus V. historiam morbi & mortis nos in superioribus, antè quam Humana percurreremus, attigimus.

1590

5677

o Vrbanus 7. antea Ioannes Baptista dictus, natus est Romæ, die Sancto Dominico sacro, 4. Augusti anno à partu virgineo 1521. è domo Castagnæ oriundus. Quæ familia ob multorum annorum antiquitatem Genuæ inter nobiliores recensetur. Cosmus pater eius fuit Genuensis, mater Romana, ex Ricciorum familia, filia sororis Senioris Cardinalis Iacobaccij.

Educatus est Vrbanus more nobilium, bonarumque literarum, quæ ætatem decent iuuenilem, disciplina satis superq; imbutus. Complexione fuit Melancholicus, quæuis in gestibus, & moribus (quod ferè solent sapientes) sese lætum & hilarem ostenderet. Statura corporis eius procerâ magis quàm humilis, proportione laudabilis, vultus eius maiestate plenus. In cibo & potu omnique viuendi ratione temperatus erat & sobrius. Quæ causa fuit cui toto vitæ suæ curriculo, admodum sanus vixerit. Ingenio fuit acri & prompto, ad res laudabiles, & honestas propenso; optimis itaque moribus erat præditus, & tam in conuersatione, quàm in actione, cunctis beneuolus & prouidus. Deuotus fuit, & insignis Christianæ Religionis zelator. Variarum rerum habebat scientiam, non eam quidem exactam, sed supremis quasi labris degustatam. In iure verò & ciuili & canonico vix habuit se doctiorem. Qua in facultate Bononiæ studuerat, vbi Doctoratus quoque titulo insignitus est.

Postea Rossanensis Archiepiscopus factus, ad Concilium Tridentinum proficiscitur. Deinde in Hispanias nūcius mittitur ad Philippum Regem, cuius Compater factus est, primogenitam eius filiam de fonte Baptismatis suscipiens Archiepiscopatum suum aliquantò post liberè in manus Pontificis nulla sibi reseruata pensione resignauit. Gubernator Bononiensis creatur. Coloniam mittitur vt pacem Belgicam componat. Cardinalis tandem factus est anno 1583. 12. Decembris à Gregorio 13. cum titulo S. Marcelli.

Dilexit illum Sixtus semper, & magni faciebat eius iudicium. Quare in variis iisque arduis negotiis eius consilio operaque sæpe utebatur. Optauit eum successorem sibi, cum enim mensæ accumberet Sixtus paucis diebus antè quàm moreretur, in sine pyra in mensam illata sunt, quorum vnum sibi sumpsit, mediūque secans inuenit illud putrefactum, aliud igitur accipiens, eodémque modo corruptum cum cerneret, dixit: Hi deinceps pyra fastidiunt, oportet illis dare castaneas. Per Pyra seipsum significans, vt qui oriundus erat ex familia Pirettorum, & in insigniis suis inter alia, pyra aliquot ostentabat: Per castaneas verò dictum Cardinalem, qui è Domo Castagna seu Castanea procreatus erat, castaneamq; in clypeo suo pictam habebat, insinuans. Neque tantum à Sixto Pontificatus Vrbanus omine quodam addicebatur; sed omnium penè iudicium erat, cum aliquando Pontificem eligendum. Mortuo verò Sixto de nullo maior erat futuri Pontificis opinio quàm de hoc Vrbanus, quem omnes vno ore profitebantur hac dignum electione.

Petactis itaque solitis Sixti exequiis, die veneris qui 7. erat Septembris, manè celebrato pro more de sancto Spiritu sacro, 54. Cardinales ingressi sunt in conclaue, quod in Palatio S. Petri in Vaticano habebatur, & de nouo Pontifice creando cœperunt deliberare. Probabatur multis per sex continuos dies vt Pontifex crearetur Marcus Antonius Columna, multi meriti, raræ eruditionis, magnæq; experientie Cardinalis. Sed cum illud negotium magnam

Anni
Christi.

1590

236.

o VRBANVS 7. Romanus, vocatus Cardinalis S. Marcelli dies 13. Vacat Mens. 2. d. 9.

*Patriarcha.**Constantinopoli.**Principibus.**Amurathe Turcarum Imperatore.**Mahomete Hobubendo Persarum.**Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.**Henrico 4. Francie & Nauarra Rege.**Philippo Hispanie & Portugallie.**Elizabetha Anglie.**Iacobo 6. Scotie.**Sigismundo 3. Polonie.*

1590

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi.

5677

habiturum videretur difficultatem, omnium quæ animi ad Cardinalem S. Marcelli conuersi sunt, vt quem prælatum sciebant multis Principibus, Cardinalibus, & populo gratissimum.

Itaque die Veneris, qui erat 14. Septembris, sub vesperam deprehensum est à Cardinalibus, non tantum tot vota pro Urbano esse, quot ad talem electionem sunt necessaria, sed multò plura. Tamen eo die negotium cõclusum non est, sed in sequentem vsq; ad horam prandij dilatum, Quam rem multi mirabantur. Solet enim negotium illud subito perfici, maximè cum vota necessarium etiam numerum excedant, ne vnà cum tempore pereat occasio mutentur opiniones, & animi, ac aliud quid interueniat. Sabbatho itaque hora iam dicta, cum consensu omnium declaratus est Pontifex. Dicit voluit Urbanus, aut quia singulariter afficiebatur erga præcedentes illius nominis Pontifices, aut vt isto nomine significaret, se Romæ natum. Vrbs enim apud Latinos Romam designat. Aut denique, vt quibusdam placet, nomine hoc delectatus est, vt ostenderet, quòd benignè, urbanè, & ciuilibus moribus omnes tractare, & populum sibi subiectum regere decreuerat.

Cum eius electio diulgata esset, magna vbique fuit populi lætitia. Omnes enim maximè illum diligebant, optimamq; rerum administrationem sub illo sperabant. Eodem die quo Pontifex creatus est, donauit Cardinali Senensi duo ducatorum millia, & mille Cardinali Alano, tanquam pauperioribus. Post biduum cum Cardinalis Albanus illum rogaret, vt tempus solutionis trium millium & trecentorum ducatorum, quæ à Sixto acceperat mutua, paululum prorogaret, responsum tulit, sibi ea à nouo Pontifice donari. Donauit & locis quibusdam piis non contemnendas pecuniæ summas. Statuit cognatis suis, ne ad maiores titulos aspirarent, quàm habuerant antea. Prohibuit ministris suis, etiam iis quos maximè diligebat, ne sericas vestes sumerent, quod facere solebant, qui Pontifici seruebant, in Pontificatus initio. Mandauit omnium pauperum per omnes parochias nomina scribi, singulis iustas eleemosynas decreturus. Annonæ, rerumque necessariorum abundantia continuanda, ostendit se cupidissimum, dicens, se nullis hac in re impensis parturum esse. Christum enim Dominum nostrum præcepisse vicario suo, gregem suum vt pasceret. Consanguineis suis significauit, se eos ita tractare decreuisse, vt successoribus suis exemplum relinqueret, quantum affectibus esset indulgendum, & quo animo in consanguineos esse debeât. Quatuor Cardinales constituit, qui officium Dataria reformarent, Palleottum scilicet, Sanctorum quatuor Coronatorum, Ancillorum, & Aldobrandinum. Præcepit omnes fabricas à Sixto inchoatas perfici, & in singulis insignia Sixti Pontificis erigi.

Secundo Pontificatus sui die cœpit ægrotare, postero die febris sese magis magisque detexit, & in singulas horas aucta est adeo, vt die Iouis, qui erat 27. Septembris, 13. verò dies sui Pontificatus ante meridiem, ætatis suæ anno 70. vitam cum morte commutauerit, & in Ecclesiæ S. Petri paulò post sepultus fuerit.

Hoc admirandum, & maximè laudandum in eo fuit, quod cum omnibus Principibus innatum sit consanguineos & amicos suos ad dignitates promouere, ipse tamen nullum ex iis Cardinalem creauit: sed nec vlli prælaturam aliquam, licet multæ vacarent, contulit. Neque dici po-

1590

5677

test id factum esse, quia nondum erat coronatus, & quod ante coronationem potestatem conferendi non haberet. Dubitari namque non potest, quin Pontifex, etiam ante coronationem verus sit Pontifex, omniaque possit administrare & facere. Distinctione 23. in c. in nomine Domini, & vltima extrauag. communi, &c. Dicimus ergo Urbanum 7. nullam aut dignitatem, aut prælaturam cuiquam contulisse, non quia potestatem non habuit, sed quia non habuit voluntatem, putans id non expedire. Cùm enim se male dispositum sentiret, existimauit aliò mentem esse intendendam, hoc est de salute animæ seriò cogitandum. Quare frequens in ore illius fuit dictum, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c.

Vacauit sedes post obitum Urbani septimi duobus mensibus, & diebus 9. *Anton. Ciccarella in vita Urbani 7.*

H V M A N A.

1590. Henricus Caietanus Cardinalis Legatus S. Pontificis, nuncio accepto de morte Sixti V. Romam redit, creandi noui Pontificis causa. Et cum esset in itinere audit, Urbanum VII. creatum, non ita multò post ipsius mortem. Itaque accelerat iter, & reditum maturat, vt claue ingredi possit ad alium creandum.

Pax initur, saltem induciæ ad 10. annos inter Amurathem Imperatorem Turcarum, & Regem Persarum. Item cum Polonis.

Circa hoc tempus Marcus quidam Bragadinus, natione Græcus, Franciscanus primùm, deinde Cappucinus excucullatus, & insignis impostor. Monaci in Bauaria capite plectitur. Is paulò ante Venetiis in Bauariam venerat, aurique faciendi artem profitebatur. Neque illum vel ars, vel dolus fallebat; aurum enim tanta copia faciebat, vt integras massas amicis donaret, aurum non pluris faciès, quàm æs aut ferrum. Splendidè & Principum more vivebat, & magnificentissimam & numerosissimam alebat familiam, famulos magni nominis viros habebat. Illustrissimi titulo salutari volebat, multòsque Principes, & nobiles viros in Italia magica arte sua in sui admirationem rapiebat, adèd vt alter Paracelsus haberetur. Cùm verò Magiam suam longo iam tempore exercuisset, omnibus Principibus innotuisset, ab omnibus expetitus est. Venit tandem Monacum, in aulam Ducis Bauariæ. At is cùm breui dolos, & diabolicas illius artes deprehendisset, atque odoratus esset, eum in carcerem coniecit, cùmque illum in tortura examinari Princeps iussisset, ne torqueretur deprecatus est, promittens se vltro, quæ vnquam perpetrauerat dicturum. Sed & totius vitæ suæ curriculum, omniaque in eo commissa scelera scripto exhibuit, ne tamen publicarentur orauit. Se quidem morte dignum confessus est, sed vt concubina sua, Signora Caura, totaque familia illæsa in Italiàm remittatur, supplex rogauit. Itaque clementissima in eum & qua multò durior nonnulli expectarant, lata est sententia. Primò scilicet canes illius duo, quibus in magicis rebus abusus erat, Sclopetis traicerentur, ipse autem capite plecteretur. Pro tam miti sententia Principi gratias egit, se multò seueriorem, & vt minimum, signem promeritum dicens.

Postridie nouum erectum est patibulum, orichalco obductum, & in medio illius laqueus, eodem orichalco inuolutus appenditur, quo signo dolus illius auri conficiendi significaretur. Iuxta patibulum excelsum pagma

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

5677

1590

6577

Anni
Christi.

1590

237.
p GREGORIVS 14.
Mediolanensis, Cardi-
nalis Sfondratus appel-
latus.

Mens. 10. dies 10.

Vacat dies 15.

Patriarcha

Constantinopoli.

Principibus

*Amurathe Turcarum Impe-
ratore.*

*Mahomete Hobubendo
Persarum.*

*Rodolpho 2. occidentis, siue
Romanorum Imperatore.*

*Henrico 4. Franciæ & Na-
uarra Rege.*

*Philippo Hispaniæ & Por-
tugalliæ.*

Elizabetha Angliæ.

Iacobo 6. Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

Anni
mundi.

5677

constructum, & nigro panno stratum est. In pegmate se-
des collocatur, & in ea reus lugubri veste indutus, sedenti
carnifex caput amputavit. Quod cunctis spectandum ex-
hibitum est. Atque hic finis fuit nobilis illius Chymici.
Jansonius lib. 4. Mercur. Gallobelg.

* 4. die Octobris Iacobum Cuiacium Iurisconsultum
ætate nostra clarissimum fata orbi exemerunt Biturigibus
Cuborum, hora post mediam noctem 2. Sepultus fuit ea-
dem die in templo D. Petri ad Auaronis pontem. Postri-
die funebri oratione à Claudio Mareschallo Senatore
Parisiensi publicè laudatus. Annos natus erat 69. Huius
vitam Papirij Massoni opera & stylo conscriptam lege
in ipsius Cuiacij operibus in folio excusis.

p Gregorius 14. antea Nicolaus dictus, fuit Mediola-
nensis. Patrem habuit Franciscum Sfondratum, è familia
antiqua, opulenta, & honorata. Natus est 11. die Februa-
rij 1535. mense à conceptione 7. Itaque magna cura &
industria, & secundùm nobilitatem suam educatus, Peru-
siam primò, deinde Patavium mittitur, vt iurisprudentiæ
operam daret. In qua doctor factus, à Pio IV. Episcopus
Cremonensis creatur, ad concilium Tridentinum profi-
ciscitur. Tandem à Gregorio XIII. fit Cardinalis, ac de-
mum mortuo Urbano VII. die Martis 5. Decembris an-
ni 1590. in vigilia S. Nicolai, cuius ille nomen sorti-
tus erat, manè Summus Pontifex electus, atque ob me-
moriam Gregorij 13. & vt significationem daret se beni-
gnitatem opt. illius Pontificis imitari velle, Gregorius 14.
voluit appellari.

Cum electus esset confestim ad liberalissimas largitio-
nes animam cõuertit. Donauit maiori Cardinalium Parti
magnam pecuniæ vim, singulis mille coronatos, dicens
se id facere, vt quodammodo resarciret expensas in con-
clau factas. Sed & locis piis multa largitus est.

Sabbatho deinde sequenti, hoc est 8. die Decembris
festo B. Mariæ conceptioni sacro, coronatus est.

Romani in Capitolio magnificum illi arcum trium-
phalem crexerunt. Variis in arcus illius partibus varia,
eaque ingeniosè excogitata legebantur, spectabanturque
emblemata. Nos è multis inscriptionibus hanc vnam huc
transferre honoris ipsius causa voluimus.

OPTIMO Principi Gregorio XIV. Pontifici maximo, ab
ineunte ætate per gradus vere sapientiæ, pietatis, beneficentiæ, ca-
terarumq; virtutum ad Apostolici fastigij gloriam Maiestatem
euecto: ob sancta sacri augustique Principatus initia, & non
dubiam spem rerum maximarum Respublica Christiana obla-
tam S. P. Q. R. Fornicem triumphalem pro tempore excitauit.

8. die Ianuarij anni 1591. instituit Iubilæum, idque pu-
blicari iussit, vt omnes Christiani pro se apud Deum in-
tercederent, vt sapientiam & fortitudinem consequere-
tur, quarum beneficio Pontificatum feliciter, laudabili-
térque administrare posset.

Non multo post tempore constituit Generalem S. Ec-
clesiæ Comitem Sfondratum, nepotem suum, eumque
cum exercitu in Galliam misit. Ad quod bellum Grego-
rius dicitur quinquies centena auctorum millia contri-
buisse præter quadraginta millia è proprio suo peculio
desumpta.

10. Augusti Ducem Ferrariensem in S. Marco honorifi-
centissimè excepit qui eo die Romam venerat. Toto
etiã tempore quo in vrbe mansit (mansit autem 40. cir-
citer diebus) Pontifex illi, eiusque familiæ omnia quæ ad
tanti Principis mensam requirebantur, liberalissimè, lau-

5678

1591

uissiméque procurauit. Venerat autem Dux Romam pro impetranda inuestitura Ferratiensi. Cui cum bulla Pij V. de non alienandis bonis ecclesiæ videretur refragari, Pontifex congregatorem indixit 13. Cardinalium, quibus negotium hoc cognoscendum mandauit.

* Quinque Cardinales creauit, de quorum numero fuit Sfondratus.

Ægrotare cœpit 22. Septembris. erat autem morbus eius febris continua cum fluxu, qui nascebatur ex continuis, & vehementibus pressuris, ad quas difficultate excernendi vrinam incitabatur, ob calculum, quo miserè torquebatur. Tandem post acerbissimos, & longos cruciatus, die Martis 15. Octobris annis 1591. inter 6. & 7. horam ex huius miseræ vitæ incolatu discessit, cum iam sexies tam exiguo temporis spatio in ipsum quasi mortis agonem raptus esset.

Apertum est deinde corpus, & in vesica inuentus calculus duarum vnciarum, & quadrantis. Eadem nocte in lectica positum corpus in Ecclesiam S. Petri deportatum, & in sacello Gregoriano sepultum fuit.

Pontifex fuit 10. mensium & totidem dierum. Post eius obitum sedes vacauit diebus 15.

Fuit Gregorius vir sanctis moribus, animum habens benignissimum, hospitalis semper, si quis alter, nam & donec Cremonensis fuit Episcopus peregrinos semper hospitio excipiebat, & liberaliter illis necessaria procurabat. Idem fecit & illo triennio, cum Tridenti concilio interesset. Paucis istis mensibus quibus fuit Pontifex, rei frumentariæ, omnibusque necessariis abundè prouidit, liberaliterque pauperes sustentauit. Variis locis piis singulis mensibus 1155. aureos, præter alias plurimas elemosynas extraordinarias largitus est. Ultra centum millia coronatorum expendit in augmentum annonæ. Singulis feriis sextis ieiunabat, & feriis quartis à carnibus abstinebat, nisi fortè aduersa valetudine impediretur. Precum horarum pensum, tam ordinarium, quàm de Domina, vt vocant, flexis semper genibus persoluebat. A somno manè surgens mox septem Psalmos pœnitentiales incipiebat, & dum sese vestiret, prosequeretur. Meditabatur mane hora integra, legens opera melliflui Bernardi, & si quos ex iis erueret bonos mentis conceptus, eos diligenter annotabat, concinnéque scribebat. Quandiu sacerdos fuit nullo die sacrum dicere intermisit, nullo non die confessus est, nisi infirmitas impediret, quò minus id facere posset. Cum autem infirmabatur, quotidie ab alterius manibus Eucharistiam suscipiebat. Quòd si infirmitas lethalis fore videretur, cum multa quoque deuotione extrema se vnctione procurari mandauit. Ferunt quòd quater in vita oleo infirmorum inunctus fuit. Communis erat opinio, eum cum nulla muliere vnquam consortium habuisse, sed virginitatem suam illibatam in sepulchrum intulisse. Non erat in Romanæ curiæ praxi magnopere versatus, neque ad res arduas gerendas valde idoneus: Sed bona sanctæque mente præditus, & vitæ innocentia integritæque clarus. Parum comedebat, & sobriè bibeat, adeo vt medici sæpe cõsulerent, liberalius paulò propter sanitatem biberat. Rarò utebatur vino, & vsque ad 18. ætatis annum nihil præter aquam puram biberat. Atque hinc calculum primò natum asseriebant nonnulli: nunquam enim aqua tam pura, & munda est, vt non habeat aliquid terrestriis excrementi admixtum, vnde facile in quorundam corporibus, maximè iis, quæ huc inclinan-

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

5677

1591

5678

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi.

5677

tur, calculus generatur.

Gregorio Pontificatum administrante, duo grauissima mala exorta sunt, quæ maiorem Italiæ partem aliaque Christiani orbis Prouincias miserime afflixerunt. Qui autem hæc legent, non poterunt, non dolere, & qui futuris erunt sæculis, etiam tantas calamitates digna animi sympathia lugebunt.

Vnum istorum malorum fuit incredibilis annonæ caritas, quæ tanta fuit, vt Romæ, & in multis aliis ciuitatibus mensura frumenti, quam Rubium nominant, triginta coronatis, & pluris etiam venderetur. Sed & quod multò peius est, etiam in tanto pretio sæpe frumentum nullum potuit inueniri. Ita vt infiniti homines, ij potissimum qui in agris extra nicenia habitabant, fame interierint, inque viis & agris adhuc herbam in ore habentes mortui inuenti fuerint. Neque aliquid erat tam noxium, neque saporis tam tetri, quod pauperes non comederent, si modò aliquid in iis esset nutrimenti. Romæ vbi populi concursus erat maximus, Pontifex liberales fecit elemosynas. Eum imitati sunt Cardinales, Prælati, & multi nobiles. Religiosis quoque ambabus (quod aiunt) manibus largiebantur, vt proximis succurrerent. Patres Societatis Iesu locum certum constituerant, vbi quotidie multos homines, tam corporaliter quàm spiritualiter cibauerunt, omniaque ad vitam conseruandam necessaria suppeditarunt. In tanta nihilominus prouisione, & magna tenuiorum hominum cura, nonnulli Romæ mortui sunt, eo quòd non haberent quo vescerentur.

* Sub id tempus numerata sunt Romana capita ad 117. millia, vtriusque sexus, eiectis multis millibus inutilium, quorum onus aliquid damnosæ suis ipsi Reipub. inferre videretur. *Campana.*

Tandem verò Deus populi misertus, sua adfuit gratia, & noua adueniente messe, annona laxata est, horribilisq; fames cessauit.

Secunda calamitas, quæ priori paululum decrescenti successit, fuit maxima mortalitas. Moriebantur enim infiniti homines grauissimis febribus, ventris flatibus, & continuis fluxibus. Mali autem sedes communiter erat in capite. Quare omnes serè quos morbus hic inuasit, tandem in phrenitidem inciderunt, & octo, decem, aut paulò pluribus diebus consumpti è vita excefferunt. Erant nonnulli qui huic malo medebantur phlebotomia, è vena capitis, quæ in brachio est, aliisque venis, è capite vacuantibus sanguinem detrahentes. Id boni in hoc morbo erat, quòd non fuit manifestè contagiosus. Communis erat Medicorum opinio, causas huius mali fuisse continuas pluuias, & insolitas anni præcedentis inundationes, quas mox ardentissimi æstus exceperant. Pessimam etiam qualitatem nutrimenti, è penuria & fame, de qua dictum est antea, in humanis corporibus natam. Grassabatur morbus iste potissimum in Vmbria, Thuscia, Flaminia, Lombardia aliisque pluribus Italiæ prouinciis. Obierunt hoc malo cuiusuis ætatis homines: maxime autem qui 30. erant annorum, & quinquagesimum nondum excefferant.

Observatum quoque est, paucissimas mulieres hoc morbo extinctas esse. In quibusdam Vmbriæ castris ad vnum omnes penè occubuerunt, & in multis ciuitatibus integræ familiæ consumptæ sunt. Affirmant nonnulli in vrbe Romana ab Augusto anni 1590. vsque ad finem Augusti sequentis anni 1591. sexaginta plus hominum millia

1591

5678

morte succubuisse. Cœpit tandem hæc lethalis calamitas Iulio mense paululum conquiescere, & quotidie remissior facta, tandem mense Septembri penitus sublata est. Ita vt paucissimi tum morentur. Beneficioque diuino factum est, vt status Italiæ in dies è bono in melius progrediretur. Ita vt hoc Nouembri anni 1591. salus & incolumitas populi optimè se habeant. *Anton. Ciccarella in vita Gregor. 14. & Ianfon. lib. 3. & 4. Mercurij. Gallobelg.*

H V M A N A.

Sub finem huius anni 1590. Carolus Emanuel Sabaudia Dux felici successu res gerit in Delphinatu & Prouincia. Miserat paulò ante Rex Hispaniarum Duci genero suo aliquot Hispanorum millia, quos antea in Gallia Narbonensem cum classe mittere decreuerat. Sabaudus itaque cum in oppido Morti omnia quæ ad bellum erant necessaria præparauisset, 8. Nouemb. illinc Freium venit. Inde Draguignan, urbem quidem amœnam, sed ab Huguenottis multis locis dirutam, & vastatam profectus, honorificè ab oppidanis exceptus est.

14. Nouembris Dux ad aquas Sextias iter instituit. Quo cum venisset multi Marchiones, Comites, Barones, Domini, & nobiles qui in vrbe erant, magnificentissimo habitu ornati obuiam illi procedunt. Hos subsecutum est Parlamentum & hi qui à rationibus sunt. Omnes hi perpolititis orationibus, magnæque beneuolentiæ significationibus Duci felicem aduentum gratulantur. Magnus erat populi concursus, qui Ducis genua, veluti seruatoris sui, contingere gestiebant. Cum templo appropinquasset, occurrit illi clerus & Archiepiscopus eum docta oratione excepit, & salutauit. Inde in Palatium Regio more deductus, & in folio constitutus est. Eique totius Prouinciæ administratio fuit tradita.

Per eosdem quoque dies Consules Massiliensium cum aliis 50. ex optimatibus nomine totius Reipub. ad Ducem venerunt, eique supplicarunt, Massiliam venire non dedigneretur. Senatum enim populumque eius aduentum maximo opere desiderare. Quibus respondet Dux, se id facturum, mox vbi expeditionem, quæ illi mandata erat, absoluisset.

Neque mirabitur tam felicem huius Principis fortunam, cuius indoles, eiusque virtutes explorata sunt. Ferunt enim Principem esse prudentem in consiliis, expeditum in rebus agendis, nunc vi, nunc clementia, prout necessitas postulet, quod deliberatum est, celeri opere perficientem. Amatur simul & timetur à Principibus tum suis, tum vicinis. Singularem præterea dotem à Deo accepit, vt desolatos quosque & oppressos, non verbis tantum, sed re ipsa quoque consoletur. Has ob causas multorum oculi in illum coniecti sunt. *Ianson. in Mercur. in Gallobelg. lib. 3.*

Mense Octobri Carolus Archidux Austria mortuus est. Sub finem Nouemb. postquam Parmensis Lutetiam obsidione liberasset, comeatuque inuisset, multa oppida vicina occupasset, omniaq; fecisset, quæ tam exiguo temporis spatio fieri potuerunt, copias suas inedia, laboribus, & morbis afflictas in Belgium reduxit. Exercitus frons 2. Decembris, Ipse cum omni nobilitate eiusdem mensis quarto die, reliquo exercitu in confinibus Gallia relicto, Bruxellam reuersus est.

Sed statim ab huius Principis è Gallia discessu, suo malo confœderati experti sunt, quàm imprudenter fecissent,

Anni
christi.

1590

Anni

mudi.

5677

1591

5678

Anni
Christi.

1590.

Anni
m. d.

5677.

quòd nullum Regis Hispaniarum militem in vrbibus re-
seruassent. Opportunitatem hanc non esse contemnendam
ratus Rex Henricus, suos, quos in oppidis istis adhuc ha-
bebat, sollicitauit. Inuenit qui illi operam suam commo-
darent. Hoc modo omnia penè oppidula vno mense amif-
sa sunt, quæ Parmensis recuperâ:at.

In Brabantiam reuersus Parmensis, eum quoque statum
non inuenit, quem sperauerat. Nam post multas ab hosti-
bus captas munitiones, post amissas machinas belicas,
post spoliatas vbes, hoc etiam accessit mali, quòd Hispani,
qui in Campinia iuxta Herentals, & in vicinis locis hie-
mabant, ob multorum mensium non soluta stipendia, tu-
multuari cœperant.

25. Decembris, qui dies omnibus Christianis, ob natiui-
tatem Christi, quam tunc celebrat Ecclesia, sacer est & so-
lennis, Comes Ebersteinus cum aliquot copiis in Vvest-
phaliam irruptione fecit. In vicinis Monasterio pagis, ca-
tholicos, qui eam noctem orationibus & vigiliis traduxe-
rant, & se iam quàm splendide potuerant, ob festum diem,
vestierant, ornarantque spoliarunt, omnem supellectilem
ecclesiasticam rapuerunt, sacramenta pedibus conculcar-
unt, matronis & virginibus pro sua libidine abusi sunt. In-
de Roxelium, & Telgetium profecti à ciuibus intromit-
tuntur, sed eodem eos modo, quos ceteros tractauerunt.
Postridie in Hoesvinkel intolerandam exercuerunt pe-
tulantiam. Præter omnia enim, quæ hæctenus diximus,
ibidem etiam baptisterium foede commacularunt, confe-
cratas hostias in ora equorum inseruerunt, multasque vir-
gines, matronasque constuprarunt. Inde in Abbatiam, Ma-
riensfeltium venientes, non tantum in sacramenta, & ima-
gines, sed & in Monachos ipsos turpiter debacchati sunt.
Inde in Paderbornensem Episcopatum irruunt, obuia que-
que diripiunt, fœminis subductis vestibus, & supra caput
colligatis, abusi sunt, multaque ibidem insolentia nomen
suum apud posteros nobilitarunt. Gubernatori ipsi Spa-
renbergio non pepercerunt. Atque hic sit finis anni 1590.
Ianson. lib. 3. Merc. Gallobelg.

1591. Initio anni, Gratianopolis in Delphinatu Parla-
menti sedes intercipitur à Francisco Bonnæo Domino de
Lesdiguieres. Is Dalbineum, qui illic imperabat, & cuius
fidei vrbs ea commissa fuerat, foras exire cogit, Urbem-
que ad hunc vsque diem in potestate Regis retinuit.

Ianuario mense Rudolphus I I. huius nominis Impera-
tor, Princeps pacis amantissimus, qui anno 1579. nullis
pepercit sumptibus, & laboribus, vt Belgicas Prouincias
suo Regi rebelles, & Regem illis infensum, positis odiis
inter se conciliaret, nec vnquam hanc curâ deposuit. Nunc
iterum idem tentandum putat, & legatos suos in Hollan-
diam mittit, qui suæ maiestatis mentem ordinibus decla-
rent, eosque ad pacem, & tranquillitatem hortentur. Sed
Ordines oblationem pacis exploserunt.

4. Ianuarij, Parmensis cum quotidie intelligeret nouas
Regis Henrici victorias, metuens ne fortè in Ducatum Lu-
xemburgensem exercitum duceret, & occupatis aliquot op-
pidulis iter in Italiam, atque adeo in Hispaniam interciperet,
Petrum Ernestum seniore, Mansfeltium comitem,
istius Ducatus gubernatorem, Bruxellis dimisit, & in Lu-
xemburgum ablegauit.

Initio Februarij Basileæ spectrum quoddam fuit visum
mirabile. Monasterium est in vrbe appellatum Clingen-
chal. In eo quondam, cum vrbs esset catholica, virgines
habitarunt Deo consecratæ. Nunc verò nulla in eo est re-

1591.

5678.

ligio. Quadam nocte vigiles, qui iuxta hoc monasterium excubabant, in eo concentum audierunt, multorum quasi Monachorum vespertinas preces, & completorium canentium. Paulò post viderunt iidem vigiles magnam sacerdotum & monachorum in habitu religioso è templo prodeuntium cateruam, qui cum crucibus & vexillis per pontem, quo Rhenus sternitur, in templum S. Ioannis, quod in suburbis est, processerunt. Hic se stiterunt, & litanias cecinerunt. Interea magna armatorum manus accessit, sacerdotisque & monachos donec è templo redirent, præstolari sunt. Tandem illi absoluto cantu templo egressi, ordine, qui in supplicationibus seruari solet, ad monasterium reuertitur. Comitantur eos milites prædicti, sed foris manent. Ingrediuntur illi monasterium, & paulò post disparuerunt. *Hæbes, lector, spectrum, quid verò sibi velit, non est meum iudicare. Ianſon. Mercur. Gallobelg. lib. 4.*

In Cardinalium Senatu Gregorius 14. Henricum Regem denuò excommunicauit, omnes qui eius factiones sequebantur proscripsit, Monitorium fieri præcepit, & per Landrianum in Galliam publicandum misit. Landrianum autè hunc, Episcopo Placentino in Italiam reuocato, suum Pontifex in Galliis nuntium creauit. *Idem Ibid.*

Cùm autem de subsidiis Mœnio Duci mittendis similiter ageretur, sex millia peditum Heluetiorum, Italorum autem mille, & cataphracti equites 1500. Gallis decreti sunt. His omnibus imperarat Comes Franciscus Sfondratus, Pontificis ex fratre nepos. Cui à consilijs, & auxilijs iuncti sunt Marchio Corniæ, Virginius Ursinus, & Octavius Cæsius.

16. Aprilis cùm Henricus Carnutum diuturna obsidione, & continuis oppugnationibus multùm fatigasset, iamque oppidani continuis vigilijs & laboribus exhausti essent, tandem se dedere coacti sunt. Conditiones sequentes datæ: Henricus Præsidarios milites incolumes cum gladijs suis dimitteret. Cives omnes Parisienses eorumque bona, qui huc tanquam ad asylum confugerant, arbitrio Regis traderent. Centum millia coronatorum in pecunia, & alia centum in mercibus numerarent. Castrum in vrbe restaurarent, & exercitum regium mensem integrum in castris alerent. Priuilegia & Catholicam Romanam religionem sartam tectam conseruarent. His conditionibus Rex 18. in urbem admittitur, in qua magnam vini & frumenti copiam inuenit. Paulò post cum exercitu latinum profectus est.

Espernonius, qui in Picardia aliquot equitum turmas habebat, circa idem tempus in Aumalium Ducem incidens, ad pugnam prouocatur. Espernonius numero superior, Aumalium, cæsis aliquot, in fugam conuertit, & Morinorum Governatorem, eiusque Vicarium captiuos abduxit.

Sabaudia Dux in Delphinatu & prouincia prospero victoriae cursu adhuc vtebatur, multaque loca partim deditione, partim vi occupauerat. Massilienses eum iam dudum vi ad se veniret, inuitarant. Peractis itaque grauioribus negotijs cum insigni nobilium caterua sub hoc tempus Massiliam venit, & incredibili magnificentia, regio que pene apparatu, & honore, tam à Magistratu, quam ab equestri ordine, totoque populo excipitur.

Non multos post dies Dux à Socero Hispaniarum Rege in Hispaniam vocatus est. Profecti cum eo sunt Legati confœderatorum, & urbis Massiliensis. Bercinonam appulſus Princeps Hispaniarum Philippus Iunior, cum maximo

Anni
christi

1590.

Anni
mundi

5677

1591

5678

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi.

5677

nobilium comitatu obuiam processit. Sororiumque suum magnificentissimè excepit. Ad Catholicum Regem cum peruenissent, Rex genero suo ingentem pecuniæ vim numerari mandauit, qua exercitum conscriberet, se suasque ditiones tueretur, & confœderatorum causam iunaret.

Sub finem Aprilis Dux Nemoræus obnixè rogatus & desideratus à Lugdunensibus, Lugdunum venit.

Comes Mauritius Nassouius, & ordines confœderati toto hoc anno conductis vndique operis, quæ ad maximam aliquam expeditionem erant necessaria sibi compararunt. Machinas bellicas fusili ære, scalas, pōtes nauales, omniæque tam ad obsidionem, quàm ad oppugnationem commoda sibi fieri procurarunt. Pulueris quoque tormentarij, globorum, & annonæ ingentem copiam coaceruauerunt. Supplementum militum vndique collectum est, & circa 12. Maij sese ad expeditionem præparauerunt.

Octavius Episcopus Calatinus, & in partibus Rhœnanis Nuntius Apostolicus, cum multos abusus in Ecclesiam clam irrepere intellexisset, maturo consilio hoc tempore multa ad reformationem pertinentia Colonia decreuit.

Mense Iulio Rex Henricus publico edicto mentem suam de conseruanda Catholica Romana religione declarat. In quo initio regni sui se nihil magis optasse dicit, quàm vt Concilium conuocaretur, in quo religionis controuersia componeretur. Se non obstreperum fore, præfractum, aut obstinatum, sed doceri velle, & si error demonstraretur, se saniora consilia secuturum. Sibi decretum etiam semper fuisse in Catholica, Apostolica Romana Religione nihil mutare, aut vt ab alio mutetur, admittere velle. Sed professoribus eiusdem Religionis, illam omniaque illorum, immunitates & priuilegia facta tecta conseruare.

24. Eiusdem mensis Iulij aliud edictum iussit promulgari, quo inuehitur in eos, quorum importunitate vltimum pacis edictum erat reuocatum, primò per subsequens edictum anni 1585. mense Iulio: secundò per edictum anni 1588. Rothomagi publicatum. Vtrumque edictum Regi violenter extortum, & ex eo plurima in Regno mala enata dicit. Ideo præsentem hoc suo mādato se duo ista edicta, vt perniciosissima, violentaque rescindere, & abrogare, ipsum autem pacificationis decretum approbare, atque vt ab omnibus approbetur, & obseruetur mandare significat. *Ianson. & Annales Gallici.*

Mense Augusto Parlamentum Turonense edicto publico Monitorium Bullæ Gregorianæ, quo Rex Henricus excommunicatur, infirmat, rescindit, & irritum facit. Omnibus sanctis decretis statutis, Iuribus, priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus ecclesiæ Gallicanæ contrarium pronunciat.

Simile Senatusconsultum Catalaunense Campanum Iunio Mense prodierat aduersus eandem Bullam.

Sed hæc duo Senatusconsulta, Parisiis 8. Augusti Arresto Parlamenti infirmantur, condemnantur, & cõburi publicè iubentur. Sic Arresta Arrestis contraria in lucem atque in vulgum prodeunt, magno reipubl. detrimento.

Quantò satius & felicius fuerat concordēs Gallorum animos in vna fide Ecclesiæ Romanæ & sub vnius Regis Imperio pacatè & tranquillè viuere, quàm pro quorundam nouarum rerum studiosorum, libidine modò huc, modò illuc incertos rapi & circumagi!

7. Augusti Magistratus Argentoratensis aliquot Senatores, duos currus, & 26. Sclopetarios in Monasterium

1591

5678

mittit, quod celebre & antiquum erat in agro suburbano Argentorati, anno 1340. ædificatum, & Carthusianis inhabitandum datum. Hi cum eò venissent, & Priorem & fratres omnes in ciuitatem abduxerunt, Postridie fuerunt missi qui in ambitu fenestras vitreas comminuerent, Bibliothecam, aurum, argentum, vinum, omnemque annonam diriperent, & in urbem comportarent. Sequenti nocte octoginta cæmentarios expensis suis conductos in idem monasterium deducunt, qui totum monasterium primò, deinde turrim demoliti sunt. *Ianson. lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

15. Augusti die assumptæ in cælos B. Mariæ sacro Iouillæus Ducis Guisij filius in arce Turonensi sub custodia Rouuralij captiuus detentus iam annos 2. menses 8. è captiuitate elapsus est, & à Domino de la Chastre nobilissimo cum comitatu Auaricum Biturigum oppidum deductus. Vbi ab omnibus vtriusque ordinis hominibus obuiam illi prodeuntibus magnificentissimè exceptus, & in primarium vrbis templum cum venisset, gratiæ Deo omnipotenti fuerunt actæ, & canticum, Te Deum laudamus, decantatum. Deinde carminibus variis, & insigni Comœdia de adolescentibus in caminum ardentem iniectis, per studiosos societatis Iesu salutatur.

17. Septembris Declarationem suam Aureliæ promulgat de iuuando & obseruando Principum catholicorum foedere aduersus contrariæ partis fautores.

18. Eiusdem mensis Sabaudia Ducis exercitus ad Pontem charazum à D. de Lefdiguieres cæditur, & in fugam vertitur.

Rex Henricus Nouiodunum in Picardia 15000. militum exercitu circundedit, arctaque obsidione, & 14. maioribus tormentis cinxit, & cum conditiones deditiois tolerabiles quas obsessis obtulerat, recusassent, expugnationem vrget, & quarta tandem opugnatione urbem vi occupauit, Magistratû & præfectos mutauit, & forti præsidio urbem muniuit. *Ianson. lib. 4. Merc. Gallobelg.*

Iudæus quidam Leo nomine, in omni genere linguarum exercitatus, Pragæ nuper in Boëmia ad fidem conuersus, & Christianorum sacris initiatus, familiaritate cuiusdam Franciscani, Petri Rodami, cui cura infirmorum erat cõcredita, quique morientibus salutare viaticum administrabat, utebatur, diligenter obseruabat, vbi hostiæ consecratæ reponerentur, & asseruarentur.

Initio itaque mensis Septembris, Iudæus hic Christianus factus (vt & frè omnes huius farinae recutiti) Iudæizans. huiusmodi hostias tres clam surripuit, chartæ inuoluit, & Presburgum in Vngariam profectus, ad Iudæum in hospitiu diuertit. Cumque aliquot dies hîc commoraretur, sæpe cum hospite de incarnatione Christi, deque sacramento corporis & sanguinis eius disputauit. Interrogauit tandem hospes Leonem, an aliquando sacramentum hoc percepisset. Respondit Leo se percepisse. Tandem eò prouecta est oratio, vt Leo tres consecratas hostias, Pragæ raptas, è sinu deprompserit, & Iudæo spectandas dederit. Iudæus visis hostiis, obnixè Leonem orauit, duas sibi donaret. Quod cum ille recusare non posset, Iudæus acceptas hostias in arculam reposuit, & accuratè custodiuit, donec Leo Presburgo Nikelsburgû proficisceretur. Eo absentè Iudæus hic alios suæ sectæ homines conuocat, ijs hostias exhibet, ac quomodo eas adeptus esset, commemorat. Collatis hi consiliis plures Iudæos ad se vocant, vt experiantur sítne in Christiano-

Anni
Christi.

1590

1591

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi.

5677

rum Sacramentis dolus, an potius ea vera sint. Effundunt hostias in mensam, & ponunt eas cultrum. Hic vnus eorum abrepto cultro; Si, inquit, verè Christianorum Deus sis, hinc virtutem tuam exere: simulac cultrum in hostiam adegit. Ex templo copiosus sanguis effluxit. Territis hoc miraculo Iudæis, mox vindex Deus adfuit, & fulmine domum concussit, quæ igne correpta, cum hospite, vxore, duabus filiabus, multisq; aliis Iudæis funditus exarsit. Tres tantummodò incolumes euaserunt. Mensa & hostiæ in medio isto incendio saluæ, intactæque remanserunt. Gubernator vr̄bis, qui extra muro s habitabat, tam sæuum videns incendium, misit famulos suos in vr̄bem, vt causam incendij inquirant, & illud cum oppidanis restinguant. Qui cum in vr̄bem venissent, didicerunt Iudæos aliquot istis in ædibus congregatos fuisse. Quid verò egerint, nemini constare: multis igne absumptis, tres euasisse. Re ad gubernatorem relata, tres illi Iudæi quærentur, & inuenti in vincula coniiciuntur. Habita quæstione, cum diu scelus occultarent, tandem prodere coacti rem gestam ordine narrarunt. Gubernator vt tantum scelus debitis pœnis expiaret, Iudæos istos exquisitissimis tormentis excarnificari, tertioque die adactis per corpora semiuina palis, in via regia collocari præcepit. *Ianſonius lib. 4. Mercur. Gallobelg.* Hinc disce Iudææ, disce Lutherane, & Caluiniane hæretice, tremendum hoc Iesu Christi Seruatoris nostri mysterium cum summo honore & timore debere adorari.

Rudolphus Imperator, etsi iam antea sæpe ordinum Belgicorum confœderatorum animos frustra tentasset, vt eos ad pacem amplectendam adduceret, à proposito tamè nõ destitit. Sed pacis amantissimus. Legatum suum in Hispaniam ad regem misit, ei mentem suæ maiestatis declaraturum. Rex audita legatione Cæsari totum pacis negotium commendauit, & quicquid Cæsar ageret, se ratum habiturum promisit. Cæsar ad ordines scribit, eosque ad pacem iterum hortatur, æquissimas condiciones offert, ordines eius Maiestati gratias agunt, sed frustra de pace agitur cum Hispanis à quibus nulla stabilis & sincera pax est expectanda, cum sub specioso pacis titulo, pessima quæque machinentur. Id enim se sæpe antea expertos esse.

19. & 20. Septembris in Mediomatricum Metropoli vr̄be Metensi inter Catholicos, & Protestantes exorta est seditio, dum interrogante Gubernatore Burgundos, aliosque oppidanos, Quem Regem agnoscerent, & à cuius partibus starent, Protestantes responderent, se præter Henricum Regem alium non agnoscere: Catholici verò, se gubernatorem sequi, eum sibi caput esse, quandiu Rex legitimus non esset electus. Qui tumultus postea, sed non sine sanguine, compressus est.

Angliæ Regina classem rursus in Hispanicum mare miserat, vt classem Hispanicam ex India venientem, auro, argento, omnisque generis preciosissimis mercibus onustam, interciperet. Sed cum ad angustias maris Athlæntici venisset, ab Hispanis malè excepta est, multæ naues captæ, Classiarj occisi, cæteræ fugatæ sunt. Classis interim Indica in insulas Azores incolumis primum, deinde in Hispaniam appulit.

Nec felicius pugnârunt Angli in Gallia. Dominus enim de Villars gubernator portus, quem Gratia vocant, cum auxilio Rothomagensium, inter Diepam & prædictum portum mille ducentos Anglos prostrauit.

29. Septemb. moritur Ioânes Orientalis Frisiz Comēs,

1591

5678

summus nouorum Christianorum fautor & patronus.

Quem paulò pòst Christianus Saxoniz Dux & elector infecutus est. Is enim cùm Dresdæ aliquandiu ægrotasset, tandem 5. mensis Octob. huius lucis vsuram cum summo Protestantium & Caluianorum mœtore amisit. Cadauer damascena veste atri coloris, & Polonica talari tunica ex holeserico amictum, aurea catena, armillis, annulis, aliisque chimeliis ornatum, pedes ocreis & aureis calcibus induti, caput Polonico pileo, multis additis plumis, vnionibus & gemmis circumpositis opertum, capulo primum ligneo, pòst stanneo, Christi crucifixi, matrisque, ac discipuli imaginibus insignito impositum, & in templum illatum, à nobilibus ante pulpitum, vt ab omnibus conspiceretur collocatum est. Dextra amazoniam securim oblongam tenebat, sinistra gladium. Interea cognati & amici vndique euocantur, vt ad exequias, quæ 3. die Nouem. celebrarentur, cohonestadas conueniant. Quæ initio Nouembris Dresdæ magna cum pompa Principum, & nobilium Germaniz concursu celebratæ sunt. Filium octennem, quem ex Sophia Io. Georgij Electoris Brandeburgensis filia an. 1583. die 23. Septemb. suscitauerat, hæredem reliquit. *Ianson. lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

q Innocentius I X. ante Pontificatum Ioannes Antonius Fachinetus appellatus, sanctorum quatuor coronatorum Cardinalis, natus est Bononiz 22. Iulij 1519. in pueritia atque adolescentia iis studiis animum applicuit, quæ istam decent ætatem. Quorum cursu absoluto, Iurisprudentiæ dedit operam, & 11. Martij. anni 1544. in ea facultate Doctoratus insignia suscepit.

Paulò pòst Romam venit, & se totum obsequio, ministerioque Cardinalis Farnesij tradidit, à quo postea missus est vicarius Auenionem, vbi quatuor circiter annos commoratus est. Pòst Romam rediit. Non multò pòst tempore. Pius 4. eum Neocastrensem Episcopum in Calabria constituit, fuit autem primus Episcoporum quos iste Pontifex creauit.

Anno 1561. ad concilium Tridentinum vocatus venit, vbi doctrinæ, prudentiæque suæ singularis, & Religionis zeli maxima dedit specimina.

Anno 1566. à Pio V. missus est Nuntius Venetias, vbi sex annis & aliquot mensibus habitauit, & in glorioso illo fœdere inter Pontificem, Regem Catholicum, & Venetos contra Turcam strenuè & cum laude laborauit.

Primo deinde anno Pontificatus Gregorij 13. Romam reuersus, inde ad Ecclesiam suam Neocastrensem se recepit, vbi aliquam moram fecit, gregem suum in officio & pietate retinens.

Hinc à Gregorio Romam reuocatus anno 1576. creatus est Patriarcha Hierosolymitanus, cùm paulò antè in manus Pontificis Episcopatum Neocastrensem liberè resignasset.

Vsus est & Gregorius sæpe illius opera in signatura, aliisque arduis quæ Pontifici incumbunt negotiis.

Denique in promotione 19. Cardinalium à Gregorio, die 12. Decemb. anni 1583. facta, Cardinalis cum titulo SS. quatuor coronatorum creatus est.

Pontifice Gregorio 14. omnes penè causas, quæ in signatura solent agitari, ipse administrauit. Gregorius enim cum esset valetudinarius, non potuit vt solet, isti congregationi interesse. Quare omnem eam curam in Cardinalem SS. quatuor coronatorum reiecit.

Denique mortuo Gregorio 14. sine vlla difficultate, &

Anni
Christi.

Anni
1591 d.

1591

238

5678

q INNOCENTIUS 9.
Bononiensis, prius dictus
Cardinalis Sanctorum
quatuor coronatorum.

1591

Mens. 2. dies 1.
Vacat mens. 1. diem 1.

5678

Patriarcha

Constantinopoli.

Principibus

Amurathe Turcarum Imperatore.

Mahomete Hobubendo Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Franciæ & Navarrae Rege.

Philippo Hispaniæ & Portugalliæ.

Elizabetha Angliæ.

Iacobo 6. Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

cum

Anni
Christi.

1591

Anni
mundi.

5678

cum vniuersali totius sacri Collegij suffragio, altero die postquam conclauē obseratum esset, Pontifex renunciatus est.

Fuit itaque electus Pontifex 29. Octobr. 1591. Cūque extemplò (vt in consuetudine est) multa beneficia à Cardinalibus peterentur, ille nulli tunc quidpiam indulgere voluit. dicens se maturè omnia, & præmeditatè facere decreuisse.

Dum Pontificijs vestibus indueretur, Bullam de non alienandis bonis ecclesiæ confirmauit.

Sed & efficacissimis verbis, quæ ex intimo corde procedere facile videbantur, testatus est, se omnem suam cogitationem ad conuersum, vt annonæ foret in vrbe & copia & laxitas, miseriamque populi subueniretur. Quamobrem postridie Senatum purpuratorum congregauit, & decreuit, quòd omnes Barones, qui Romæ habitabant, frumentum suum in urbem transportarent. Domino autem Vitellio annonæ Præfecto mandauit, vt decretum hoc cum summo rigore exequeretur.

Dominica sequenti, quæ fuit 2. Nouembris, coronatus est. Postridie primum fecit consistorium, in quo Cardinalibus pro collata in se tanta dignitate gratias egit, & nonnulla commemorauit, ad Reipubl. conseruationem pertinentia, quæ successu temporis facere proposuerat.

Significauit etiam inter alia mentem suam esse, vt semper bona auri Summa in castro referretur, cuius vsus esse possit in certis Sanctæ sedis, aut populi periculis & necessitatibus.

29. Eiusdem mensis Nouembris Dux Maturæ Romam venit, vt Pontifici obedientiam præstaret. Hospitio exceptus est liberalissimè, & designata sunt illi in palatio Nepotum Pontificis habitacula.

Postridie calendarum Decembris S. Pontifex iussit promulgari decretum de moderatis rerum omnium ad victum humanum necessariarum pretiis. Nam propter annonæ difficultatem, & scuitiam, quæ anno præcedenti grassabatur, omnium rerum eum in modum aucta erant pretia, vt omnia carissimè & præter modum, præter omnium temporum præcedentium consuetudinem, & rerum ipsarum naturam venderentur. Cui malo remedium adhibere vtilissimum fuit, & maximè laudabile.

18. Decembris duos creauit Cardinales, Dominum Segam Episcopum Placentinum, Vicelegatum in Galliis, Prælatum singulari doctrina præditum, strenuum, & magnæ mentis, qui pro sede Apostolica multos hæcenus labores exantlauerat: & Antonium Fachinetum pronepotem suum, iuuenem magni ingenij & industriæ, qui multa iam dedit argumenta, se vti & sacelli & tituli Innocentij successor est, ita quoque eiusdem virtutum fore imitatore.

Tandem 21. Decembris eiusdem anni 1591. in grauissimam febrem incidit. Quam ex eo contractam quidam arbitrantur, quòd ante biduum non optimè dispositus, ex singulari deuotione septem illas celebriores Romæ Ecclesias inuiserat. Alij aliam causam prætexunt. Vt vt est, vir grandæuus, postquam paucis diebus ægrotasset, tandem dominica die, quæ erat 29. Decemb. nocte, hora 13. laborante deficientēque luna, lunæ, hoc est, ecclesiæ caput & Primarius Pastor in ipsis morbi laboribus defecit, placidèque in Christo saluatore obdormiuit. Postquam in Pontificatu sedisset menses integros duos, vixisset annos 71. & menses penè quatuor.

1591

5678

Erat singularis abstinentiæ, semel tantum in die, idque tempore cœnæ, comedens, macilentus erat, & natura melancholicus. Gaudebat opaco aëre, & camporum viridantium amcenitate. Plerumque in lecto studebat, ubi & causas, quæ afferebantur, audiebat. Erat enim natura frigidissimus, inferiorque corporis medietas nunquam non frigebat. Statura corporis erat procera, vultus maiestate plenus, in moribus & verbis erat grauis, in conuersatione nihilominus comis & facilis. Voluptas illi erat de literis & scientiis colloqui, maxime de rebus politicis. Multa per ætatem scripserat quæ in lucem edere iam pridem decreuerat. Sed in hoc, ut & in multis aliis tardus erat. Quam eius tarditatem complexionis melancholicæ ascribebant.

Vacauit illius morte sedes mense vno, die vno. Cuius interregni tempore, uti & sub interregno Gregorij XIV. Vrbanij VII. & Sixti V. vrbs status fuit quietissimus, nullo tumultu exagitatus, nullus effusus sanguis, immunis ab omni solita insolentia. *Anton. Ciccarella in vita Innocentij 9. & Ianfon. lib. 4. merc. Gallobelg.*

H V M A N A.

1591. Mensis Nouembris 15. Barnabas Brissonius Præses Senatus Parisiensis, Claudius L'Archer, & Ioannes Tardif Consiliarij regij, in suspitionem cum venissent, quod clam Regi Henrico fauerent, à seditiosis quibusdam in carcerem parui Castelleti, quod vocant, coniecti, noctu strangulantur, & sequenti die manè in publica platea Grauiæ suspensi ad duos aut tres dies, spectaculum horrendum, & insolens populo exhibentur. Quod cum ad Mœnium Ducem perlatum esset, statim Lutetiam venit, & nonnullos è seditiosis comprehensos in quibus quatuor fuerunt, è famoso illo numero XVI. puniri & suspendi publicè in patibulo iubet, & aliquot post diebus abolitionem publicari eorum omnium quæ superioribus diebus acta & perpetrata fuerant. Annis postea 1593. & 1594. Senatus Parisiensis aliquot alios huius tam atrocis facinoris conscios, comprehensos, & in vincula coniectos condemnauit. *Extat libellus de vita & laudibus ipsius Barnaba Brissonij, Lutetia excusis lingua Gallica, 1595.*

In Anglia etsi præcedentibus annis multi catholici capti, multi in exilium eiecti, multi diris tormētis, extremisque suppliciis è medio sublati essent, metus tamen Reginæ, consiliariorumque nõ tollebat, nec Catholici quos illi perduelles nominant, funditus potuerunt extirpari, nouis semper ex transmarinis seminariis veteribus succedentibus. Sperauerat Regina (ut quidam scribit) seminaria iuuentutis Anglicanæ, quæ Rhemis in Gallia, Romæque instituta summorum Pontificum, & Regis Hispaniarum munificentia sustentantur, his bellorum Gallicorum motibus labascere, atque extinctum iri. Quod adeo non factum est, ut etiam magis efflorescerent, & ultra hæc duo seminaria, tertium quoque in Hispania, Vallesoleti à Rege hoc tempore erectum sit. Huc accedebat, quod hoc anno duodecim plus minus Sacerdotes Catholici ex seminario Hispanico emissi, vario ac dissimulato habitu Angliam fuerant subingressi, & exploratorum manus præterlapsi. Regina itaque sibi, suisque metuens, quorundam suorum suasu edictum atrox & seuerum condidit, cui titulum dedit hunc: *Declaratio magnarum turbationum, quæ contra Rempub. intentantur, per multitudinem Sacerdotum, Seminaristarum, ac Iesuitarum, qui clam ingressi, & per regnum*

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

1678

1591

1678

Anni
Christi.

1591

Anni
mundi.

5678

dispersi sunt, ut insignes produktiones operentur, sub euentu nomine Religionis, Cum prouisione valde necessaria, de remedio ad malum hoc euertendum, edicto sue maiestatis publicata.

Edictum illud, quod minus statim, ubi conscriptum fuit, publicaretur, restitisse dicitur Christophorus Hattonus, regni Cancellarius. Nam cum vir moderatior esset, tantam crudelitatem fortassis improbauit. Eo itaque 28. Nouembris à viuis sublato, Cecilius sequenti statim die, post Hattoni obitum, curauit illud in foro publicandum. *Ianson. lib. 4. Merc. Gallobelg.*

Pragæ quidam minister hæreticus (quem Calviniani dicunt fuisse Lutheranum, Lutherani verò Calvinianum) homo inquietus & maledicus, seditiosus & inconditis suis concionibus id effecit, ut Cæsar illum vrbe interdixerit. Hic mandato Cæsaris contempto, in vrbe clam reuersus suos inuenit, apud quos latitabat. Tandem familiaritate cuiusdam, non exigui census, contemnendæque formæ puellæ vsus, eam sibi vxorem ducit. Cum celebrarentur nuptiæ, res innotuit, captus & examinatus est. Conuictus tandem & confessus est, se huiusmodi matrimonia contraxisse plura, etiam cum nuptis, idque diuersis in locis. In nunc hæretice, & catholicorum Sacerdotum lasciuiam buccinator in conuiujs, in curribus, & nauibus declama.

Quid hoc eodem anno de alio Calviniano ministro in territorio Ultraiectensi actum sit, cum & virgo sit nobilis, & res non omnibus cognita, silentio præterire malo, nem commemorare. *Ianson. lib. 4. Merc. Gallobelg.*

Sub finem anni 1591. Rex Henricus, postquam Anhalrius cum suis Germanis protestantibus, quos ad bellum in Gallia gerendum designarat, & in Thuringia, Saxonia Misnia, Silesia, Palatinatu, & ditionibus Brandenburgicis incredibili numero (pro rerum statu) equitum peditumque collegerat, in Galliam venisset, Rothomagum arctissima obsidione cinxit.

Confœderatorum vires debiliores erant, quàm vt cum tam potenti Rege auderent congregari, Itali quidem, quos S. Pontifex miserat, in Burgundiam, atque adeo in Lotharingiam, venerat: sed ulterius progredi noluerunt, nisi prius Parmensis cum suis copiis esset in procinctu.

Parmensis, itaque omni qua potuit sedulitate equites peditesque per varias Prouincias dispersos, in Hannonia cogit, & ad lustrandum exercitum Valencennas proficiscitur. Petro Ernesto Comiti Mansfeltio (vti & superiore anno fecerat) administrationem Belgicarum Prouinciarum mandat. Ipse cum exercitu, qui quatuor millibus peditum, & tribus equitum constabat, in Galliam iter instituit, & in vrbe, *la Fere*, quam confœderati Hispaniarum Regi, vt esset suorum militum receptaculum, concesserant, præsidium introduxit. Inde cum reliquo exercitu Peronam contendit, vt petiçlitanti Rothomago, Normaniæ Metropoli suppetias ferret. Quæ si in potestatem Regis transfiret, confœderatorum res plurimum debilitarentur.

Ad hanc obsidionem Regina Angliæ numerosum militem miserat. Cui ordines Belgici initio sequentis anni Comitem Philippum Nassouium cum 21. lectissimis peditum signis, nauibus bellicis, & omni apparatu addiderunt.

Rex Henricus montem S. Cathariæ obsedit, sæpissimèque, sed irritò conatu, oppugnauit. Qui enim in propugnaculo erant, tam fortiter se defenderunt, vt nemo, nisi vitæ suæ pertæsus, propius auderet accedere. *Iansonius in Mercur. lib. 4. Gallobelg.*

1592. Ne miremur tot bellis ac motibus, tot tumulti-

1591

5678

bus orbem terrarum his quinque exactis annis cōcūsum esse. In quibus quatuor Pontifices, duo Reges, tres Reginæ, tot Principes, Duces, Comites, & magnates ex mortali- bus, nobis in mediis bellorum motibus relictis, abierunt.

Sed nec funerum adhuc finis, initio namque Ianuarij illustrissimus Iulix, Cluix, & Montium Dux senio conse- ctus, annos natus 76. ipso Epiphaniæ festo ex his terris abripitur. Qui 10. deinde Martij Dusseldorpij sepultus est. Ipsius doctissimum elegantissimumque Epitaphium à Ia- cobo Lomnio exaratum placet ascribere.

Quis sacet hic? Dux Iuliacus. Qua stirpe parentum?

Cluorum illustri sanguine natus erat.

Quæ coniunx? Maria illa fuit. Quo stemmate? Magni Cesaris, & diuo Cesare nata soror.

Quid iuuenis coluit? Martem. Quid adultior annis?

Pacem, Quid Senior? iustitiam atque Deum.

Quo morbo perijt? senio, cordisq; dolore.

Qualiter? inuicta spe, stabiliq; fide.

Ergo fuit, viui pars prima. Quid altera? surget.

Vnde? ex hoc tumulto. Quando? vacante iuba.

7. Ianuarij Arresto Parlamenti Rothomagensis iura- mentum facti scederis 22. Ianuarij anni 1589. emissum, con- firmatur, & renouatur.

16. Ianuarij Ioan. Casimirus, Dux Palatinus, & Electo- ris iunioris ex fratre Ludouico nepotis tutor, duabus ex- peditionibus in Galliam, vna in Belgiã, vna in Colonien- sem Diœcesim aduersus catholicos clarus, Columen & protector religionis, quam Calvinianam vocant. Cui ni- hil vnquam ad voluntatē, sed multum ad potestatem de- fuit, quò minus Roma cū Pontifice, vniuersaq; reli- gione catholica iamdudum non sit euerfa, post tot exan- tlatos labores, curis & sollicitudinibus, quibus pro defen- sione periclitantis suæ religionis exhaustus erat, tristissi- mo Geneuenfis Eccl. siæ luctu, ex hac lacrymarum valle in patriam ignotam euocatus est. *Ianson. lib. 5. Mercur. Galkobelg.*

Hunc sed alia via, alióque professionis genere mox in- secuta est Elisabetha, Caroli 9. Galliarum Regis quondam vxor, Rudolphi Cesaris soror, princeps omni exceptio- ne maior.

Hæc à morte coniugis huc vsque octodecim cōtinuis annis in viduitate sua Deo nocte diēq; famulata est. Suis expensis Viennæ Monasterium extruxerat, in quod è pa- latio suo aditus erat breuissimus. Hic pia Princeps cum toto suo Gynæcæo, repudiatis omnibus huius sæculi vo- luptatibus, opibus, & honoribus, priuata vixit, omnibuf- que diuinis officiis diurnis, nocturnisq; interfuit. Deum pro Ecclesia Catholica, pro toto Reipublicæ Christianæ statū feruentissimis precibus, sine intermissione obsecrās. In ieiuniis, & vigiliis erat assidua, in elemosynis non in- ferior fortē Elisabetha illa Thuringiæ tantopere laudata: cuius vt nomen ita & virtutes referebat. Adeo vt dum vi- ueret sanctissima quibusdam, imò plerisque haberetur. Cū per hæc diuina exercitia ad vitæ periodum perue- nisset, huius mensis Ianuarij 25. mortalitatis exuuiis de- positis, ad dilectissimum suum Christum, quem solum amauerat, quem tota vita quæsiuerat, quem in morte op- tauerat, luctuosissimo bonorum omnium, præcipuè verò pauperum, & inopum mœrore, & planctu transmigravit.

Huius obitus nuntius cū in aulam Imperatoris esset allatus, tota aula contristata est, luxitque mortem tam san- ctæ Principis. Sed & Imperator ipse, aliquot post diebus

Anni
christi.

1591

Anni
mundi.

5678

1591

5678

Anni
Christi.

239

1592
I CLEMENS 8. Flo-
rentinus, ex familia Al-
dobrandina. Annos 13.
Mens. 1. dies 3.

Vacat dies 29.

Patriarcha
Constantinopoli.

Beui laqua.

Deinde Bonauentura Cata-
logirone, Secusio, prius Ge-
nerali ministro ordinis S.
Francisci.

Principibus

Amurathe 3. Turcarum Im-
peratore, deinde Mahome-
te 3. ipsius filio maiore natu,
anno 1595. Postea Achmæte
1. huius filio anno 1603.

Mahomete Hobubendo
Persarum, deinde
ipsius filio, anno 1595.

Rodolpho 2. occidentis, siue
Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Franciæ & Na-
uarra Rege.

Philippo 2. Hispaniæ & Por-
tugalliæ, deinde Philippo 3.
ipsius filio, & herede anno
1598.

Elizabetha Angliæ.
deinde Iacobo 6. Angliæ, &
Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

1605

Anni
m undi.

1679.

in publicum non venit, sed in conclau suo mœrens se
continuit.

1 * Clemens VIII. Hyppolitus Aldobrandinus antea
nominatus, ex Cardinale S. Pancratij, & summo Pœnitenti-
nario, 30. die post Ingressum cœclaus magno omniũ Car-
dinaliũ consensu & studio renunciatus est Pontifex 30. die
Ianuarij 1592. Clementis nomen illi impositum est, quod
vit magnæ apud omnes existimationis, incredibil: pruden-
tia & dexteritate legationem nobilissimam & vtiuissimam
in Polonia obiisset, aliasque res Ecclesiæ difficillimas &
grauissimas confecisset. Princeps erat iis animi dotibus
præditus, quæ in summo viro, & vniuersali pastore deside-
rari possunt. Initio Pontificatus, teste Baronio anno 369.
quotidianæ illi mensæ tredecim ex ipsis verere instituto
parari solitæ adiecit alteram propè cenaculum suum pau-
peribus peregrinis potissimum è remotioribus regionibus
in Urbem confluentibus in singulos dies parâdam, ad quam
e sua preciosiora quæque & lautiora, vilioribus sibi reten-
tis, adferri iussit. Henricum Nauarræum Galliæ regem ab
excommunicationis anathemate absoluit.

Sigismundo Transsylvaniæ Principi inuictissimo, qui
murum sese in Oriente pro domo Israel fortiter opposuit,
Moldanis quoque & Valachis excutiendi iugum Turki-
cum auctor fuit. Cæteros orbis Christiani reges & Prima-
res ad concordiam inter se, & arma in barbarum dirigen-
da, non intermissis laboribus, paternæ sollicitudine adhor-
tari non destitit.

Episcopos quos creaturus erat, cum aliquot Cardinali-
bus ad hoc delectis, adhibitisq; simul qui in vrbe sunt do-
ctissimis Theologis, & Canonici iuris peritissimis, diligen-
ti primùm atque improuiso examine probauit, cuius peri-
tiæ essent. Adeo vt sub ipso non nisi bene diserto ad Epi-
scopatum aditus patuerit.

Alexandriæ Ecclesiæ legatos, Catholicam & orthodo-
xam fidem suo, sui que Patriarchæ Gabrielis, atque totius
Ecclesiæ nomine præsententes, atque Dioscorum, aliõsque
hæreticos, & schismaticos damnantes beneficè excepit, &
paternè fouit, cum orthodoxo Transsylvaniæ Principe, exi-
guo militum numero, si eum cum numerosissimis Turca-
rum copiis compares, copiosissimum Turcarum exercitum
fudit, & prostrigauit.

Ruthenos ad communionem Ecclesiæ recepit. Titu-
lum sancti Cæsarij in Palatio, nimia vetustate collapsum,
penitusque inaccessum, atque desertum, ideòq; à Sixto V.
è numero titularum expunctum, custos antiquitatum ec-
clesiasticarum restituit, & restaurauit. Effusas nimium con-
cessionem indulgentiarum restrinxit.

Inuento & religiosè adorato corpore Sanctæ Cæciliæ,
miraculosè sanatus à podagra, qua diu multumque graui-
ter laborauerat. Qua ratione verò ista contigerint, Illustris-
simus Cardinalis Baronius, qui præsens interfuit, & vidit,
prolixè enarrat, *Seuerinus Binius, tom. 4. Conciliorum.* Alia plu-
rima Clementis VIII. præclarè gesta, infra suo loco, &
tempore subiicientur.

2. die Februarij Clemens 8. S. Põtifex coronatur Romæ.

15. Aprilis Legatum à latere in Galliam mittit Philip-
pum tituli S. Onuphrij presbyterum Cardinalem de Pla-
centia nuncupatum.

Aliquantò pòst Episcopus Viterbiensis, nuntius Apo-
stolicus Roma in Gallias missus est, cum mandatis, vt Le-
gato & cõfœderatis nuntiaret, Pontificem omnem opem
atque subsidium ipsis subministratum.

1692.

9. Iunij, qui dies electioni Argentinensis Episcopi, qui in Ioannis demortui locum sufficeretur, status fuerat; conueniunt Decanus & capitulares Canonici Catholici ad tabernas, vbi perpetuo ferè Episcoporum aula haberi consuevit, & post inuocatum Spiritum sanctum ad electionem progressi, initis suffragiis, vnanimi omnium consensu illustri. Cardinalem Lotharingæ, Calabriae, Barri, & Gelriæ Ducis filium, Episcopum Metensem, elegerunt. Huius electionis Franciscus Baro in Kriechingen Decanus nomine capituli rationem longo programme, Coloniae & alibi impresso reddidit.

Paucis ante diebus Canonici quidam Protestantes, qui à Sancto Pontifice excommunicati erant, & à quorum partibus stabat Magistratus vrbis, collatis consiliis Ioannem Georgium Marchionem Brandenburgensem Administratorem Diœcesis postularant, & elegerant.

Hinc diuisione orta Argenteratenses vi & armis oppida Diœceseos cœperunt occupare. Lotharingus Cardinalis Magistratui Argenteratensi literas scribit, & responso accepto se ad bellum parat. Armis decernitur. Tandem defatigatis vtrinque animis, & intercedentibus legatis Cæsareis.

10. Martij anni 1593. certis conditionibus vtraque pars subscripsit, & pax per tres tubicines magno subditorum gaudio fuit promulgata. *Ians. libr. 5. & 6. Mercur. Gallobelg.*

Dauid Steinbachius inter Ministros Ecclesiæ Saxonicæ, qui ob introductum Calvinismum, captiuus tenebatur in arce Stolpensi, cum præter opinionem diutius teneretur, & infelicem timeret exitum. 29. Iunij arte dæmonis captiuitatem euadere, & seipsum liberare voluit. Sed dum sese ex altiori fenestra demitteret, cecidit, & sinistram femur fregit. Ad eiulatum eius exciti ministri inuenerunt eum, & in arcem reduxerunt. Cum porrò quotidie dolorem augeri, & vitam suam periclitari videret, petiit à Præfecto arcis sibi cœnam Dominicam administrari, promittens se omnia reuocaturum, quæ de Calviniana doctrina tradiderat. Palynodia ipsius manuscripta 8. Iulij anni 1592. ad verbum recitatur à *Ianson. lib. 5. Merc. Gallobelg.*

His temporibus Pragam venit Minister quidam hæreticus, qui cum multos annos Lubecæ, & in vicinis locis concionatus esset, Pragæ in Theologos Societatis Iesu incidit, familiariterque cum illis aliquandiu conuersatus, tandem in cognitionem veritatis adductus errores suos detestatus, catholicamque Religionem professus est, & 22. Iulij publicè, præsentem Nuntio Apostolico, priorem doctrinam suam reuocauit. Vigesimo deinde sexto, qui dies erat Dominicus, in templo Societatis præsentibus cunctis Legatis, & magna populi multitudine, vitam hactenus transactam cum magnis pœnitentiæ iudiciis recensuit. *Idem Ianson. eod. lib.*

Mense Septembri Franciscus quidam Puccius, Filidinus in Germaniam venit, ibique perniciosissimas hæreses, quas partim ex antiquis Pelagianorum, & Chiliastarum erroribus desumpsit, partim nouas commentus est, easque longè & late pluribus per vrbes & prouincias sparsis libellis disseminauit. Vt autem nulli non cognitum sit, quid non humana audeat temeritas, præcipua libelli illius capita recenset *Ianson. libr. 5. Merc. Gallobelg.* Eum porrò Filidini libellum Nicolaus Serarius Societatis Iesu Theologus, & in Academia Herlepolensi Theologiæ professor non minus eleganti, quàm docto opusculo infirmavit.

9. Octobris Lipsiæ noua instituta est, sed particularis

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

visitatio. Multi Calvinianæ religionis suspecti examinati, officiis suis privati, & Iuriconsultis nonnullis praxis interdicta est. Inter alios quoque Consul quidam à visitatoribus citatur, ut causam reddat, cur in suo consulatu, multos libros, inter quos serpens antiquus, seu sacramentarium Dæmon, Lupus excoriatus, Prodromus, Calvinus rediuius, Rationes cur Lutherani sacramentarium Calvinistarumque falsam doctrinam non debeant approbare, & multos alios similes interdixerit, vendique prohibuerit, *Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

1593. Mense Martio Romæ publicatur nouū Iubilæum, pro conseruatione ecclesiæ, hæreticorum oppressione, Regis Catholici in Gallia electione, & Turcicarum vitium contritione.

17. verò Martij, qui dies erat Mercurij, Pontifex cum omnibus vtriusque ordinis Principibus, confraternitatibus, totòque clero, è Palatio Vaticano, in publica processione per nouum antiquumque Burgum, vsque in templum S. Petri cātando litanias, Psalmos precēsque ad hoc Iubilæum institutas progressus est.

Eodem mense Summus Pontifex processit ad Ecclesiam S. Laurentij in Lucinia. In qua cum tremendum illud sacrificium Deo obtulisset, & omnes parochos vrbis quos eò vocauerat, erat enim tempus visitationis, propria manu, sancta syntaxi munisset, venerandam, doctamque ad illos habuit orationem. Admonens eos, diligentissimam ouium suarum haberent curam. Ipsos enim pro iis rationem reddiuros exactissimam in die Iudicij. Sed & se vicarium generalem Christi, pastorem pastorum in terris constitutum, cuius est superintendere, hoc est diligēter inspicere in aliorum pastorum vitas: & si quæ crimina, si quæ scandala, si quam negligentiam in iis deprehenderit, se diem iudicij non expectaturum, sed secundum censuras, secundum canones Ecclesiæ statim, vbi conuicti fuerint, castigaturum, inutiles mercenarios reiecturum, & fideliores Pastores subrogaturum. Proinde vigilarent, & ita officium facerent, ne querelarum dent occasionem.

Ordines Galliz qui Parisiis erant à confæderatis congregati inter alia Concilium Tridētinum in omnibus Proinciis acceptandum & obseruandum decreuerunt. *Ianson. lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

Aprili mense Romæ impressa est Bulla, qua cauetur ne Iudæis posthac vlli permittantur libri de Christo Seruatore, de Beata Maria Virgine, de sanctis reliquiis, præcipue autem Thalmud, liber pestilentissimus. Quotquot Iudæi Romæ habitant, iubetur libros istos, si quos habeant, octidui spatio ad manus vicarij Pontificis deferre. Qui extra urbem, aliis in locis habitant, idem intra menses duos facere præcipiuntur. Mandatum profectò piū & Christianismo vtile. Cum ex istorum librorum lectione gens peruersa multas in ludibrium & contemptum Christianorum eruat offenculorum materies.

Sabbatho sancto nihilominus 14. Iudæi post sufficientem catechesim Romæ baptizati sunt, nomēque Christo dederunt.

29. Maij Lipsiæ ingens inter Lutheranos & Calvinianos ortus est tumultus, cuius certior factus Administrator Fredericus Vvilhelmus celerrimis equis Lipsiam proficiscitur, & edicto publico præcepit ut autores huius tumultus debitis suppliciis punirentur. Quadraginta igitur ex seditiosis illis capti, & quatuor capite damnati sunt. *Ianson. lib. 6.*

1605.

5692.

Ioannes Hackeltius, Minister Ecclesiæ in Peltzich, oppidulo Saxonix clam Philippi Melancthonis imaginem e templo sustulit, & ad ædes suas trāstulit. Quamobrem magna in populo exorta est simultas. Non enim ferebāt templa sua violari, sanctorum suorum memorias aboleri, aut eorum imagines tolli. Pastorem itaque coegerunt, Philippum restitueret, ac deinceps à simili temeritate abtineret. Quod cum ille fecisset, populum placauit. Sed cum fama hæc Vvittembergam allata ad aures Philippi Melancthonis iunioris venisset, grauissimè eum commouit, qui summam hanc Patris sui, & minimè serendam interpretatus ignominiam, seuerissimè cum Pastore hoc exposulauit. O Petre, o Paule, imò o Christe, vbi filij vestri? vbi populus vester qui honorem vestrum tueatur? ignominiam vestram vindicet? Vnius Philippi Melancthonis imago tollitur, & ad vlciscendam iniuriam omnis populus concurrit. Imagines vestræ templis exturbantur, auribus, naribusque truncantur, laqueis suspenduntur, flammis cremantur, cineres pedibus ignominiose cōculcantur, & si quis mussitet, si quis obloquatur, fama simul & vita periclitatur. *Idem Ianson.*

Cum Brunsvinga in Saxonia ab anno 1528. quo primum puriori doctrina explosa nouam Lutheranam acceptauit, vsque ad præsentem annum Luthero fideliter adhæsisset, duo vrbis Syndici, Michael Mascus, & Hieronymus Noerius Calvinianæ religionis alumni, suam de cœna Domini, aliisque nonnullis dogmatibus sententiam in vulgus spargere, & propagare cœperunt. Lutherani contra, omnibus quibus potuerunt viribus restiterunt, ne illorū doctrina fidem apud populum inueniret. Inde ortum est magnū dissidium, & ingens tumultus. Quem Senatus vt componeret, Syndicos suos, quibusdam à collegio suo eos comitantibus, & ab insolentia plebis defendentibus, vrbe statim eduxit. *Idem Ianson.*

Accidit hoc mense Iulio res non tantum omni æuo memorabilis, sed & mirabilis, quæ omnium subsequentiū æraturam fidem forte superabit.

25. Huius mensis Rex Henricus diuino numine afflatus e Palatio sancti Dionysij propè Parisios, ad primarium vrbis templum processit, & præsulibus, qui portas templi occupabant, dixit, se propter suum in fide catholica errorem, atque adeo hæresim contristari: nunc ex animo, verèq; pœnitere, & ad Ecclesiæ gremium reuerti, peterèque vt à matre Ecclesia, non secus quàm à Patre filius perditus recipiatur. Tunc valuis apertis Bituricensis Archiepiscopus Regi respondit: Si tua hæc contristatio vera est, si omnibus fœderibus omnique amicitix, quam cum hæreticis Regibus, Principibus, & populis contraxisti, renuntiaueris, & promiseris te, posthac in obedientia Romanæ Ecclesiæ, eiusque Summi Præsulis, Christi in terris vicarij permāsurum, & cum eo communes hostes & amicos habiturum, & te ex omnibus Gallix locis hæreticos, quantum summo conatu potueris, exterminaturum: tum te salua Summi Pontificis censura, à crimine apostasiæ absoluo, Ecclesiæ restituo, & ad Sacramenta auricularis confessionis, & sacræ Communionis admitto.

Omnia hæc quæ Archiepiscopus proposuerat promittente Rege, ipse admissus, & in tēplum ingressus est. Erant in templo qui Regem excipiebant Archiepiscopus Bituricensis, Cardinalis Vendomius, aliique 17. Episcopi, & Prælati. Hi regem vsque ad choram deducunt. Quibus recedentibus, Archiepiscopo Bituricensi pro more diu multumque Rex confessus, & ab eo absolutus est. Sacro dein-

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

de solenni incepto, Rex in sede magnificentissima ante summum altare sedit, totumque officium diuinum, præsentibus omnibus Prælatibus, officiariis Regiis, & nobilibus magna cum deuotione audiuit. Peractis omnibus Regem honorificentissimo comitatu in Palatium reducerunt. Sumpto Regali prandio, Rex sponte surrexit, & ad Ecclesiam cum Ecclesiasticis, totaque aula reuersus, Catholicam concionem audiuit. Ad cuius finem vespertinæ preces decantatæ sunt, totaque dies cum incredibili pietate, & deuotione consumpta est. Post Solis occasum, omnia tormeta bellica exploduntur, magnæ lignorum strues inceduntur, pyroboli passim iaciuntur, multaque lætitiæ signa per urbem locaque vicina eduntur. *Ianson. lib. 6. Mercur. Gallobelg. & Casar Campana lib. 14. histor. mundi.*

Dux Niuernensis festim Romam cum Regis confessione ad S. Pontificem mittitur. Et eodem die 25. Iulij scriptæ sunt de Regis conuersione, Regis etiam nomine, litteræ, & ad Parlamentum Catalaunense primò, deinde & ad alias vrbes & prouincias, earumque Præfectos missæ sunt.

Hanc Regis conuersionem secutæ sunt induciæ per totam Galliam. Cùm enim diu inter vtramque partem de certa & stabili pace componenda, in loco quodam, inter Parisios, & Fanum S. Dionysij disceptatum esset, Rege in Catholicam Religionem inclinante, tandem in trium mensium induciis consensere. Quarum conditiones vltimo Iulij tam à Rege, quam à Mœnio Duce subscriptæ & postridie Lutetiæ, & Sandionisij per tubicines proclamatæ sunt. Postea quoque in Gallia Narbonensi, apud Viuarienses, aliisque in locis promulgatæ, & ab omnibus qui belli, armorumque pertæli erant cum summo gaudio exceptæ. Tempus autem induciarum fuit à calendis Augusti ad calend. Nouemb. Quod tempus cùm postea nimis breue videretur, alij tres menses superioribus adiecti, & ipsæ induciæ ad Calend. Februarij anni sequentis prorogatæ sunt.

Muleium Mahametum Fessæ & Maroci quondam Regem, à Patruo suo Abdelmelecho Regnis pulsum, Sebastiani Regis Portugalliæ opem implorasse, in recenti adhuc est memoria. Sebastianus cùm in Africam trāsferasset, obfides à Mahameto in colloquio Tingitano postulauit. Cui ille Muleium Xequum, filium, cum aliquot aulicis nobilibus tradidit. Quem Sebastianus Magazam misit. Occiso ad diem 4. Augusti anni 1578. vtroque rege, Xequus hic cum suis in Hispaniam missus, & sub patrocínio Philippi Regis educatus est. Tandem hoc anno & mense Nouembri Christiana religione iam imbutus, in celeberrimo totius orbis Christiani monasterio S. Laurentij, vulgo, Escuriali, vnà cum cognato suo, & ministris aulicis, salutari baptismatis flumine ablutus, Christianæ militiæ nomen dedit, & in verba Ecclesiæ iurauit.

Initio Septembris Henricus Rex Franciæ & Nauarræ, Ducem Niuernensem cum multis nobilibus, & magnæ auctoritatis proceribus Romam miserat, vt S. Pontifici religionem suam in quam paulò antè transierat, testatam faceret, absolutionem quoque ab erroribus præcedentibus in quibus hætenus vixerat, ab eius sanctitate peteret. Sed is cùm aliquot dies Romæ frustra moratus esset, & exiguam spem superesse animaduerteteret aliquid vile in negotio Regis præstandi, ad reditum in Galliam sese accinxit, & 15. Ianuarij anni sequentis Roma discessit.

24. Decemb. Romæ cū Monachi Augustiniani imagines sanctorum pro veteri & recepta in Ecclesia consuetudine

1605.

5692.

in altaribus, eminentioribusque locis templi *del populo* exponerent inter alias quoque antiquissimas prolata est tabula effigiem habens Nicolai Tolentini. Hæc dum in summa chori ara à populo visitur, & curiosius spectatur, facies Sancti vitæ est guttas sudare sanguinis. Miraculum hoc per totam mox increbuit urbem, magnusque factus est populi concursus, in quorum omnium præsentia scribunt guttas vbertimas è tabula erupisse, adeo ut mirum hoc ad aures Pontificis peruenerit. Qui mox viros graues in templum prædictum misit, testimoniisque prodigij sumi præcepit. Ridebunt hæc Calviniani, aliique Iconoclastæ. Ridebit hæc Iudæo-christianus aliquis, sed legant illi Sermonem sancti Athanasij de miraculo imaginis Christi in Beryto ciuitate prodito. Accedat ille Porcetum Monasterium iuxta Aquiligranum, & consulat incolas illius de tabula alterius S. Nicolai Myriæ Episcopi. Rideant ergo huiusmodi miracula, sed corde insensati, ut ait vetustissimus Leontius Episcopus Neapoleos Cypri. *Ianson. lib. 7. Mercur. Gallobelg.*

17. Aprilis 1594. Hyacinthus urbis Camies oriundus in Polonia ante 300. annos, socius S. Dominici, clarus multis apud suos miraculis, refertur in sanctorum Catalogum à Clemente VIII. Pontif. Max. Eam ob rem misso Romam Legato à Sigisfredo Poloniae Rege, qui sæpius id ipsum tentarat, & impetrare adhuc non poterat à præcedentibus Pontificibus. Huius porro canonizatio peracta fuit præsentibus & S. Pontifici assistentibus 41. Cardinalibus, magna pompa & ceremoniis piis, his ferè verbis:

In nomine indiuiduæ, & sanctissimæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicae fidei, augmentum Christianæ religionis, auctoritatem ipsius, & omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, declaro, desino, & determino Sanctum, & describi mando in Catalogo sanctorum, Hyacinthum Polonum ordine fratrum Predicatorum, & ut in vniuersali Ecclesia quotannis fiat deuotè & celebretur memoria ipsius 16. Augusti, ut S. Confessoris, cum indulgentijs, &c. Cesar Campana lib. 15. hist. mundi.

Augusto menſe Samuel Hubertus Theologiæ Lutheranicæ professor Vvirebergæ absurdam de prædestinatione diuina commentus est doctrinam. Cùm autem corrigi aut reprehendi nollet, sed dogmata sua velut idola veller adorari, non alia pœna tunc, quàm silentio, tam in schola, quam in Ecclesia mulctatus est. Sed cùm palam disertisque verbis fateretur, se nec posse, nec velle à sua opinione resiliire, aut quicquam in ea mutare: Saxonia excedere, & quocumque veller, cum familia & fortunis suis migrare iussus & compulsus est. De hoc non immeritò dici potest, quod olim de Tatiano Eucratitarum Hæresiarcha scripsit Nicephorus libr. 4. histor. eccles. cap. 4. quod timore disciplinæ inflatus, tanquam aliis scientia superior, peculiarem cœpit promulgare doctrinam. *Ianson. lib. 11. Mercur. Gallobelg.*

Menſe Martio 1595. Summus Pontifex etsi podagra grauitè diuexaretur, nihilominus nullam curam, nullam diligentiam intermisit, ut promissas copias in Vngariam mittendas colligeret, instrueretque. Eum in finem, Brixia sex millia scloperorum comparari iussit.

Sub id tempus Archiepiscopus Liuoniæ Romam venit, ut limina Apostolorum visitaret. Hic primus omnium est, qui post eiectâ ex eâ regione Lutheri hæresim, & Catholicam religionem restitutam, obedientiam sedi Romanæ tanto affectu, ut ipse Romam veniret, exhibuit. Adduxit secum iuniorem ex sorore nepotem, autem à fide catholica abhorrentem, qui postquam Pontificis pedes osculatus es-

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

3679

1605

3692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

set, nullo monente vel instante mox hæresim abiurauit, & se catholicam professus est.

Hoc eodem mense Cardinali Borromæo S. Pontifex obtulit Archiepiscopatum Mediolanensem. Quem ille cum diu constantèrque recusasset, Pontifex autem acrius instaret, in omnibus Ecclesiis vrbs omnium fidelium preces pro se fieri flagitauit, vt Deus illi mentem & prudentiam eam inspirare dignaretur, qua discernere posset, quid ad salutem suam magis conduceret, onus hoc acceptare, an omnino recusare. Rarum hoc seculo exemplum. Tandem morigerum se præbet S. Pontifici, à quo Archiepiscopus Mediolanensis factus, 11. Iunij consecratur, & 27. Augusti Mediolanum ingreditur.

Summus Pontifex omni cura intentus rebus Hungariæ, sollicitat omnes Principes Christianos ad auxilium ferendum Rodolpho Cæsari. Ipse ad eum mittit 12. millia peditum, mille equites. Quibus præficit Io. Franciscum Aldobrandinum nepotem suum.

Principes etiam Italiæ, & milite & pecunia iuuant Cæsarem. Romani ciues in eundem vsum summo Pontifici donarium offerunt 60. millium aureorum, & auxilium promittunt in posterum.

Sub finem Maij Ioan. Franciscus Aldobrandinus ex Hispania Romam reuersus est, ducenta quinquaginta coronatorum millia in vsum belli Turcici secum afferens. Confectim S. Pontifex Gaudentium Madrutium vrbs Romæ præfectum in Marchiam Anconitanam ablegauit, vt cohortes ibidem conscriptas colligeret, & ad iter Vngariam versus instituendum moneret. Idem cæteris Tribunis, & Centurionibus, vt facerent præcepit. Erant autem sex Chiliarchæ, seu Colonelli, qui toti exercitui, millibus scilicet 12. peditum, & 600. equitibus imperarent. Imperator exercitus renunciatus fuit à S. Pontifice Franc. Aldobrandinus nepos, cui post breuem, sed grauem & seriam admonitionem, Pontificiam benedictionem impertitus est. *Ianson. lib. 13. Merc. Gallobelg.*

25. Iunij cum Romæ 24. horarum preces continuarentur, & Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cum aliis sanctorum reliquiis in publica supplicatione ad S. Agatham deferretur, sceleratus ac nepharius quidam natione Anglus, zelo quodam diabolico incitatus, in Archiepiscopum Ebredunensem, qui sacramentum gerebat, insiliens, eius manibus hierothecam excussit, vt hostia benedicta in terram vitro fracto ceciderit. Populus vt tantum scelus videretur, autorem apprehendit tanto cum impetu & furore, vt nisi Archiepiscopus ipse intercessisset, eodem loco & momento hominem fanaticum occidissent. Captus nihilominus, & pauld post ab inquisitione, seculari Magistratui traditus, postridie carceri impositus est. Primò dextra eius amputatur, & dum per urbem trahitur à carnificibus tædis ardentibus variis locis adustus, tandè iuxta Capitolium viuis comburitur. Dignum profectò tali scelere supplicium. *Ianson. lib. 13. Mercur. Gallobelg. & Cæsar Campana lib. 16. histor. mundi, vbi ait fuisse Scotum.*

30. Iunij Colonienfis Magistratus, cui omni tempore hæc præcipua cura fuit, vt subditos suos in vna vera, sincera, & catholica Religione conseruet, nec vllis sectariis in vrbe securitatem præbeat, cum intellexisset multos vtriusque sexus Anabaptistas clam irrepere, nocturna conciliabula passim habere, multosque simplices homines seducere, maturo consilio huic malo remedium inuenit, & edicto publico mandauit omnibus huius sectæ viris ac fœ-

1605.

5692.

minis, vt infra dies 14. ab vrbe Colonienſi decedant. Qui ſecus fecerint, & poſt dictum tempus in vrbe deprehendantur, ſecundum præſcriptum Conſtitut. Imperialium, nullius habito reſpectu punientur, & vrbe eiicientur. *Lanſon. Ibidem.*

Theodorus Magnus Moſchouia Dux, audiens foelices Cæſaris in Turcarum Sultanum expeditiones & victorias, voluit & ipſe tanquam Princeps Chriſtianus horum omnium eſſe particeps. Nam etſi ſchiſmaticus ſit, & Græcorum ritus ſequatur, propius tamen ad Euangelij veritatem, ſynceramque Eccleſiæ fidem accedit quàm multi, qui hodie reformati, Euangelici, & nescio quibus ſpecioſis titulis volunt nominari.

Itaque magnificentiſſimam Legationem ad Rudolphum Imperatorem miſit, quæ Auguſto menſe Pragam venit, & honorificentiffimè excepta & audita eſt 30. eiufdem menſis. Manſerunt iſti legati Pragæ vſque ad 27. Decembris quo die cum reſponſo Cæſaris quale ſpectabant, ad Principem ſuum reuerſi ſunt. *Idem lib. 14.*

Hoc tempore nouus quidam ſectarius, nomine Anton. Laſcalæus Lotharingus, homo priuatus, & indoctus cœpit Baſilæ quosdam monſtroſos de fide errores diſſeminare, diſputans non de vulgaribus, ſed primariis fidei articulis. Quem etſi varij docti & pacifici viri ad tranquillitatem & vnitatem, concordiamque horrarentur, pertinaciter tamen (quod hæreticis proprium eſt) in ſuis opinionibus perſiſtit. Quare Magiſtratus eum certa pecuniæ ſumma multauit. At ille erepens apud aliarum vrbium Magiſtratus & Principes ſeſe purgauit. Quod cum Baſilienſes intellexiſſent, cauſæ ſuæ iuſtificationē deſcriptam typis excuſam publicauerunt.

Haſtenus frequenter Henricus Francia & Nauarræ rex per literas, legationeſque ab excommunicationis fulmine, quo eum Sixtus V. primò, deinde aliquot alij Pontifices, ac tandem Clemens VIII. percufferaſſent, abſolui flagitauerat. Sed S. Pontifex nemini facile manu imponendam ſciens, Regem enodare, & in communionem Eccleſiæ recipere noluit, priuſquam vera, & ſynceræ pœnitentiæ ſigna animaduerteret.

Cum itaque Rex in promiſſa & iurata fide perſiſteret, verumque ſe Catholicum præberet, Pontifex illi ſpem abſolutionis fecit. Quamobrem Iacobum Dauidem Petronium Legatum rex Romam miſit, vt cum Arnolſo Doſſar (quos duos Procuratores ſuos conſtituerat) S. Pontificis gratiam conciliaret. Hi poſt varias multasque preces, & diuerſa cum Cardinale Aldobrandino, & Cardinale Toletò (à quo non parum hoc in arduo negotio adiuti fuerunt, colloquia habita, intellexerunt omnium penè Cardinalium ſuffragiis decretam eſſe Regis ſui reconciliationem.

Inſtiterunt ergo duo Procuratores Regis Henrici Aldobrandino Cardinali, vt Pontifici ſupplicarent, tandem vt negotio finis imponeretur, & quod decretum erat, publicaretur, Aldobrandinus Procuratorum Regis voto ſatis faciens, petitionem ipſorum S. Pontifici expoſuit.

Qui 30. die Auguſti in publico Conſiſtorio Henricum Regem abſolutum pronũtiauit, eiufque abſolutionem publicari iuſſit, cum his conditionibus quæ ſequuntur. Quibus Rex ipſe monitus eſt per nuntios veredarios, vt aſſenſum præberet.

I. Primò vt abſolutio Regi data ab Archiepiſcopo Bituricenſi declaretur nulla.

II. Vt Procuratores Regis ipſius nomine hæreſim ab-

Anni
chriſti.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi

5679.

iurent, præsertim Caluini, cum promissione Regem ipsum intra mensem abiurationem eam ratam habiturum.

III. Vt in antiqua Catholica religione perpetuò maneat, ab ea nunquam discedat, sed viuens, moriensque in ea perseueret.

IV. Vt per totum Regnum Franciæ Tridentinum Concilium publicetur, & secundum decretorum eiusdem statuta viuatur.

V. Vt intra annum Principis Condæi filius Henricus è manibus hæreticorum abducatur, & in Catholica religione, & obedientia Ecclesiæ catholicæ Romanæ, ad successionem Regni educetur.

VI. Omnia bona Ecclesiasticorum, & quicquid illis hætenus subtractum est, siue ab hæreticis, siue à catholicis ipsis, ea procuret restitui quamprimum fieri poterit, sine processu, & strepitu iudicij.

VII. Vt concordata Regum Franciæ prædecessorum suorum cum sede Apostolica obseruari procuret, sublatis abusibus introductis.

VIII. Vt in Principatu Bearnensi Episcopi catholici, postliminio restituantur: quibus alimenta & redditum sufficientem præbeat, donec recuperarint census suarum Ecclesiarum: in eum religio Catholica denuo inuehatur.

IX. Vt in eodem Principatu 4. Monasteria fundet, & erigat. 2. Monacharum virginum, & 2. fratrum reformatorum.

X. Vt omni dominico aut alio festo die Missam audiat conuentualem in sacello Regio, aut alia quauis Ecclesia.

XI. Vt quotidie Missam audiat conformiter ad usum & laudabilem consuetudinem Regum Franciæ.

XII. Vt die dominico coronâ dicat, mercurij Litanias, sabbatho Rosarium B. Mariæ virginis, quam Patronam & Aduocatam sibi eligeret & proponeret.

XIII. Vt diebus veneris & sabbathi ieiunet.

XIV. Vt publicè communicet, & sacrum Christi Corpus sumat quater in anno, vt minimum.

XV. Vt omnibus Regibus & Principibus Christianis conuersionem suam ad fidem Catholicam, siue per litteras, siue per legatos proprios significet.

Hæc Procuratores duo se Regi significaturos, & vt perpetuò syncerè obseruet, elaboraturos acceptarunt, & promiserunt, promissionemque iureiurando confirmarunt.

Quo facto osculati sunt summa cum submissione S. Pontificis sacratis. pedes. Tum Pontifex vtrumque complexus dixit: Se Henrico Regi Franciæ aperuisse & reassasse portam militantis Ecclesiæ: hoc solum restare, vt ipse sibi viua fide & bonis operibus Ecclesiæ triumphatis portam aperiat.

Hæc vbi magna solennitate & cæremoniis piis fuissent acta, Cardinalis de Ioiosa, Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati omnes, quotquot è Francia fuerunt Romæ, nobiles, & alij Galli in ædem S. Ludouici conuenerunt, & Canticum, *Te Deum laudamus*, cecinerunt. Inde multa lætitia & exultatio tota vrbis exorta est, accensis rogis & ignibus, versibus multis & poematibus, tum Italica lingua, tum Latina in vulgum emissis. Inter quæ hoc epigramma non fuit postremum.

Quem tota armatum mirata est Gallia Regem,

Mirata est etiam Roma beata piuum.

Magnum opus est armis strauisse tot agmina: Maius,

Pontificis pedibus succubuisse sacris.

Janfon. libr. 14. Merc. Gallobelg. & Casar. Campana lib. 16. hi-

1605.

5692.

Itor. mundi.

Paucis post diebus Rex ipse Henricus literis ad S. Pontificem scriptis, testatur gaudium & lætitiã qua perfusus est, accepto hoc gratissimo & desideratissimo nuntio. Eiusque Sanctitati ob tantum beneficium gratias agit, omnemque obedientiam sedi Apostolicæ pollicetur.

Cardinalis etiam de Ioiosa, in sempiternam memoriã exultationis Galliæ pro absolutione sui Regis, pietatis & gratitudinis ergo, nosocomium erigit & fundat pro pauperibus & egenis Gallis, qui pro tempore Romæ fuerint. Quod erectum prope ædem D. Ludouico sacram, & censu sufficienti dotatum est.

Dum hæc Romæ aguntur, Henricus Condæi Princeps primus è stirpe Regia annos 7. natus. & menses aliquot, à Piætavis ad S. Germanum in Laia adducitur. Eique dux & Gubernator datur Marchio Pisanus, Sangouartius, qui superioribus annis legatione pro Rege Franciæ ad S. Pontificem functus fuerat. Vt in fide & Religione catholica instituat, & Regni Galliæ idoneus fiat, si Regem ipsum contingat exire è vita sine liberis masculis.

28. Octobris denuo Anglus quidam, Sathanæ Phinees (habet enim & ille suos zelatores) Romæ in Ecclesia B. Mariæ trans Tyberim sacerdoti missam celebranti calicem ante consecrationem manibus extorsit, in terram proiecit, & pedibus conculcauit. Qui mox apprehensus, & Magistratui traditus dignis affectus est suppliciiis. *Janf. lib. 15. Mercur. Gallibelg.*

Pontifex Rom. hoc tempore literas Sigismundi Transylvaniæ, Valachiæ, & Moldaviæ Principis, per celerem nuntium accepit, quibus Princeps aliquot signa militaria Tartaris & Turcis ademptra eius sanctitati offerebat, totamque victoriæ, nuper casu Sinanis exercitu, adeptæ, historiam referebat. Quo nuntio Pontifex supra quam dici potest, exhilaratus, Principi omnem opem, quamcunque armis, consilio, & pecunia posset, vicissim pollicitus est. Quod si necessitas postularet, se omnem quem in Vngaria habebat exercitum ei missurum. Per omnes tandem Ecclesias supplicationes gratiarumque actiones iussit.

Paulo post idem Princeps Pontifici viride signum, seu vexillum Mahumetis Bassæ prætorianum, quod Turcis summo in pretio, imò sacrosanctum est, per singularem legatum misit. Quod honorarium Pontifici, totique vrbi Romanæ fuit gratissimum.

Nihil sectariis nostri sæculi, iis in locis, vbi secta eorum nondum est stabilita, aut vbi Christiani Principes ipsos persequuntur, & ne bonos subditos suo veneno inficiant, vrbibus, prouinciisque suis exterminant, in ore frequentius est, quam, fidem esse donum Dei, nullam propter religionem monendam esse persecutionem, vnicuique conscientiam relinquendam esse liberam, &c. At postquam rerum potiti fuerint, & iam suæ doctrinæ fundamenta iecerint, quo animo ista à se dici consueverunt, manifestè produnt. Nam tum student omnibus modis, eos qui non sunt suæ sectæ, persequi, in exilium eicere, mulctare, imò quibusdam locis occidere. Neque huius rei ab Indis, aut extremis Eoi populis petenda sunt exempla. In vicinia est Gallia, Heluetia, Anglia, Scotia, Belgium, quæ nobis exempla quam plurima suppeditant. Id ipsum & Suecia, hoc & mente præterito, Rege etiam inuito, & reclamante, ausa est. In publicis enim Comitibus decretum (quod & paulò post expletum est) omnes sacerdotes & religiosi spatio dierum sex regno excederent. *Janf. lib. 1. Mercur. Gallibelg.*

Anni christi

1592.

Anni mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi

5679.

23. Decembris Duo Rutheni Episcopi, nomine Metropolitanæ & reliquorum Episcoporum Prusciæ, Romam veniunt & supplices orant S. Pontificem, vt in gremium Ecclesiæ Romanæ recipiantur. A qua ante 150. annos ipsorum prædecessores variis hæresibus, & imprimis Græcorum schismate distracti defecerant. Hi postquam auditi fuerunt, à S. Pontifice, magno plausu & exultatione publica recipiuntur, & iurata Concilij Tridentini obseruatione cum honore & clementia non vulgati ad suos dimittuntur. *Cæsar Campana lib. 16. hist. mundi.*

24. Decembris Iacobus David Perronius ordinatus sacerdos à Cardinale de Ioiosa, & quatuor post diebus sacratu Episcopus Ebroicensis, cum bona venia S. Pontificis, & Cardinalium in Galliam ad Regem reuertitur.

Circa finem Decembris S. Pontifex admonitorias cum paterna increpatione literas ad Sigismundum 3. Poloniæ Regem misit, ob Moldauiam, per Cancellarium occupatam, Vaiuodam à Transsylvano constitutum officio deiectum, captum, & nouum illi subrogatum, pactaque & scœdera noua cum Turcis, Tartarisque mita, & antiqua renouata. *Ianson. lib. 15. Mercur. Gallobelg.* vbi exemplar literarum S. Pontificis ad Poloniæ Regem, qui voleri poterit videre. Sunt enim dignissimæ quæ legantur.

Rex portò accepta Pontif. admonitione, diligenter eam secum perpedit, depositoque; omni affectu, Pontifici se se purgare, & malo cepto remediū quærere seridè cõstituit, & magnū Secretariū Sembisciū Cracouia Romam mittere decreuit.

* Hoc eodè anno 1595. Patriarcha Alexandrinus Amba Gabriel cum vniuersis ecclesiis Ægypti, Æthiopiæ australibus & maritimis, communionem, & vniõnem ecclesiæ Apostolicæ Romanæ suscipit, missis Romam legatis presbyteris Iosepho, & Abdelmessia. *Sebastianus Veronius in chronicis ecclesiæ, &c. lib. 8.*

* Rutheni Episcopi missa itidem Romam legatione in communionem ecclesiæ catholicæ suscipiuntur. *Idem ibid.*

* 1596. Mense Ianuario Sigismundus Poloniæ Rex serio apud Borussos Augustanæ confessionis socios vrgebat vt Catholicis adempta, & vi magis, quam iure extorta templa redderent, vnâque Catholicam religionem publicè exerceat. At Gedanenses, seu Dantiscani hoc modo sua priuilegia violari causantes, edicto Regis parere noluerunt. Quod cum Rex intellexisset, Magistratum & Optimates Reipub. sub pœna duodecies centenorum millium aureorum ad aulam citauit. *Ianson. lib. 16. Mercur. Gallobelg.*

* Maio mense Legati ex Africa Madritum venerunt, petentes à Rege Hispaniarum viros doctos & pios sibi mitti, à quibus in fide Catholica instituantur. Milites quoque à quibus aduersus vicinos hostes defendantur. Promittentes se quotannis in compensationem tanti beneficij Hispali tres auti milliones missuros. *Idem ibid.*

25. Iunij Alexander Cardinalis de Florentia ex illustri familia Mediciæ, à S. Pontifice in Galliam missus, vt Pacem inter duos Potentiss. Reges Henricum III. Galliar, & Philippum II. Hispaniæ qua via & ratione posset, cõponeret, Lugdunum ingressus, & honorificentissimè exceptus fuit.

* Augusti mense idem Cardinalis Legatus magna stipatus Præfulum caterua ingreditur regia pompa Lutetiam, cum illum Regis iussu excepisset, & regio nomine salutasset latinis verbis, Illustriss. Princeps Condæus apud ædem Diui Iacobi de alto passu, seque ipsum eidem Legato ipse princeps deuouisset tanta dicendi elegantia, vt legatus & omnes admirati sint. Euzaque ille est amplexu amantissimo

Concilium Prouinciale Aquileiense
se I. Preside Francisco Barbara Aquileia Patriarcha, anno 1596.

1605.

5692.

osculatus, & benedictionem Apostolicam etiam illi est impertitus, ut cresceret ætate & virtutibus ad gloriam Dei, & ecclesiæ exaltationem. *Cæteranus in Supplemento Chronologia.*

* 29. Octobris Summus Pontifex Collegium Patrum Purpuratorum convocari iussit, & duos Cardinales, vnum è familia Auignonia, alterum Briulia, magna cum solemnitate creauit. Qui post peractas consuetas cæremonias à 20. Cardinalibus, & domestica Pontificis nobilitate in palatium perducti sunt.

1598. 3. Ianuarij Clemens VIII. Pontif. Max. ciuitatem & Ducatum Ferrariensem per obitum defuncti nuper Alphonsi Estensis postremi Ferratiæ Ducis ad S.R.E. sedemque & cameram Apostolicam reuersum & legitimè deuolutum, recuperauit, vindicauit, & prædictæ S.R.E. dominio & patrimonio adiunxit, & Ferrariæ totam huius anni ætatem degit. Ibi que cõfirmatis priuilegijs, & tributis Gabbellæ, quam vocant, sublatis, Bononiam reuertitur mense Nouembri.

1599. 3. Martij Cardinales 13. à Clemente VIII. Pontif. Max. creati sunt. Inter quos fuit Robertus Bellarminus Politianus Societ. Iesu Theologus nostra ætate clarus. De quo suo loco dicemus.

8. Martij Dux Ioieuseus, annis superioribus, Comes du Bouschage, appellatus, parta pace in Gallia, & tẽpore quod sibi à S. Pontif. & superioribus ordinis sui, fuerat cõcessum expirante, in Monasterium Cappucinatorum Parisiensem, vbi primum vestẽ sumpserat monasticã, denuo ingressus est, ut illic quod reliquum est ætatis sub Regula & statutis ordinis sui transigere possit. Exierat è conuentu suo ante aliquot annos, & vestem posuerat, à Tholosatis sollicitatus & compulsus Religionis catholicæ & patriæ propugnandæ & defendendæ causa.

4. 5. & 6. diebus Mensis Aprilis Preces publicæ & solennes horarum 40. indictæ Lugduni, & fusæ ad Deum pro pace & tranquillitate Ecclesiæ Catholicæ, & hæreticorum conuersione, in æde sacra fratrum Cappucinatorum, cum indulgentiis, magno populi, & omnium ordinum ciuitatis Lugdunensis concursu. Ut hoc templum, quod capax est duorum millium hominum, non posset recipere aduentantem & confluentem multitudinem, quæ Crucem præcedentem, & Parochum quisque suum comitabatur. De his precibus horarum 40. earum origine & indulgentiis, *Excussus est libellus Lugdun. apud Iacobum Roussin, Typographum an. 1599.*

In Ducatu Chablæsi, prope Geneuenses, sub ditione Sabaudiæ Ducis, hoc anno plus quàm 4. millia animarum conuersa ad fidem Catholicam hæresim abiurârunt. *Excussus est & ea de re libellus Lugduni apud eundem Typograph.*

His postremis annis à Calviniana hæresi ad fidem & religionem Catholicã redierunt Spondæi fratres, Mourlæus, Sanfius, Saligniacus, P. Victor Cayerius, Reboullius, ministrorum Nemausensium, & Monspeliensium flagellum, & alij complures.

Ioannes etiam Serranus, magni inter suos nominis, nonnullã spẽ dederat suæ cõuersionis, sed superiore anno 1598. subita morte, quæ nõ caruit suspicione veneni, præuētus est.

Inter hæreticos Philippus Mornæus Plessæus superiore anno librum emisit in lucem è variis priorum hæreticorum blasphemis & putidis mendacijs confarcinatum. In quem ut pestilentem & perniciosum censure prodiit facultatis Theologiæ Parisiensis 2. Iunij anni 1599. Quæ postea fuit typis excusa.

Aduersus eum scripserunt, Doctor vnus Parisiensis, duo

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

Burdegalenses, qui mendacia, calumnias, & blasphemias ipsius innumerabiles detexerunt. Scripsit etiã contra eundem Iacobus à sancta Maria Lusitanus ordinis Minorum Theologus, & concionator celebris. Sed liber ipsius nondum fuit excusus.

Scripserunt hoc tempore aduersus hæreticos Ioan. Maldonatus Societ. Iesu Theologus, Franciscus Toletus, Robertus Bellarminus, Gregorius de Valentia, Cæsar Baronius Cardinalis, Gilbertus Genebrardus Aquensis Archiepiscopus, huius Chronologiæ auctor, Iacobus à sancta Maria prænominatus conciones 23. in 3. prima capita Apocalypsis, habitas in cathedrali Ecclesia Lugdunensis, & Lugd. excusas apud Horat. Cardon anno 1599. & multi alij.

1600. 4. Maij. Conuentus apud Fôtembellaqueum, prope Parisios celebratur, vbi præsentè Rege ipso Henrico I. V. & multis aulae proceribus, controuersia inter Iacobum Dauidem Perronium, Episcopum Ebroicensem, & Philippum Mornæum Plessæum, de plusquam quingentis erroribus in Mornæi libro de Eucharistia, ab ipso Perronio deprehensis disceptari tantum incipit. Nam sequenti post primum congressum die, Mornæus causatus morbum se subducit, & Parisios reuertitur, inde domum apud Pictauios. Atque ita conuentus solutus est. De ea controuersia multi libri vtrinque excusi sunt, ad quos Lectorem remittimus. *Eiusdem etiam meminisse P. Matthæus Historia sua lib. 3. narratione 2. & Inuentarium general. historia Francia, tom. 4.*

1601. Mense Iulio constructio atque erectio Cœnobij PP. Cappucinatorum Viennæ in Gallia incepta fuit, in veterè Palatio, à Romanis olim constructo, quod R. D. Hieronymus Villarius Archiepiscopus, & Comes Viennensis, illius fundi Dominus & possessor, huic pio & præclaro operi destinavit. Mira celeritate Cœnobium hoc opere pulcherrimo exædificatum, & absolutum fuit. Sine tamen sumptu publico, sed ex largitione munifica ipsius Villarij Archiepiscopi, solus conditoris, & aliquorum hominum priuatorum. Procurantibus Francisco Balayno mercatore & ciue Viennensi, & maiore Consule ciuitatis, & Matthæo Picqueto, mercatore etiam & ciue eiusdem ciuitatis.

28. Nouembris, Sessio prima Colloquij Ratisbonæ habita inter Catholicos & Protestantè Theologos. Cuius occasio hæc fuit: Maximilianus Comes Palatinus Rheni, & Bavarie Dux, inter habitos aliquando cum Philippo Ludouico etiã Comite Palatino, & Nuburgensi, confanguineo suo, sermones, de Colloquio inter vtriusque partis Theologos instituendo receperat: sperans hac ratione se vel cognatum suum Catholicæ Ecclesiæ gremio redditurum, vel certè aliquibus oculos aperturum. Sub finem ergo anni huius Ratisbona delecta fuit, quò vterque Princeps & Theologi conuenirent.

Buari Theologi fuerunt D. Hungerus, Gretserus, & Tannerus: Nuburgenses, Iacobus, & Philippus Heilbrunneri fratres, Abrahamus Manne, Tobias Bruno, Magnus Agricola, Christophorus Moroldus, David Scelman, Henticus Dettelbach. Quibus Saxonie Elector Aegidiu Hunnium, Dauidem Kungium, & Ioannem Fladungum: Brandeburgicus, Abdiam Vicerum Laurentium Lælium. Wirtembergicus Princeps Andræam Osiandrum, & Fœlicem Bedembachium adiunxerunt. Hic Lutherani Theologi, iuxta leges consensu Principum præscriptas, primò proposuerunt, & defendendas susceperunt 12. Theses. Quibus cum Catholici vnicam tantum hanc opposuissent: *Sacra scriptura non est Iudex omnium controuersiarum fidei, & Religionis Christi-*

1605.

5692.

stiana: Re hinc inde multis verbis atq; diebus in Curia Ratisbonensi disputata, cum de iudice non conueniret & Lutherani Romanum Pontificem audiente Bauariæ Principe Antichristum appellassent, Princeps id ægrè ferens præfens amplius Colloquio interesse noluit. Cum ergo vtraque pars in sententia sua persisteret, nec vllius fructus spes esset, Colloquio finis impositus est, & vterque Princeps postquam humanissimè se inuicem complexi sunt, ad suam aulam est reuersus. Extant hac de re æditi ab vtraque parte libri, quos sibi comparabit, qui volet legere. *Ianson. in fine lib. 25. P. Matthæus lib. 4. narrat. 3. & inueniar. general. tom. 4.*

Hoc anno Franciscani Conuentuales Balmettæ propè Andegauum, qui à Recollectis (quos vocant) ab eo cœnobio, quod olim Renatus Siciliae Rex ædificauit, pulsati & eieciti fuerant, Arresto Parisiensis Senatus restituti fuerunt. Atque eodè, omnibus totius ordinis Religiosis interdictum, ne sine permissu ipsius regis, aut superiorum suorum Regno exeant. *Petrus Matthæus lib. 4. narrat. 2.*

1602. Quadragesimæ tēpore, F. Angelus Ioicuseus Cappucinus Lugduni concionatus est, in Æde S. Crucis, tanto concursu auditorum, vt Ecclesia non posset capere dimidiam partem eorum, qui veniebant ipsius audiendi causa. Illi clara, dulcis & sonora vox, firma latera, linguæ volubilitas, & facilitas sermonis, iudicium acre, fœlix & firma memoria, sermonis ipsius scopus est. Discessio à peccatis, & pœnitentia. Blandè & placidè refutat errores Calvinistarū, si qua se occasio offerat in enarrando Euangelio, & rogat eos magno affectu vt resipiscant, & redeant ad Ecclesiam. Nullis amarulentis verbis vtitur, aut disteriis. Quidam inter præcipuos Lugdunensium mihi retulit, se ab ore ipsius F. Angeli audiuisse, quod eo ipso die quo vxor eius elata & sepulta est, cum in funere ipso adesset in Templo, & horarias preces recitaturus codicem aperuisset, in hunc versum Psal. 115. incidisse: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.* Neque in eo versu profundius considerando occupata mente, potuisse vltèrius progredi, & ab eo ipso die afflatu Diuini Spiritus statuisse conuersione sui ad Deum ingredi Monasteriū PP. Cappucinorum. Quod tribus aut quatuor post mēsis est exequutus.

Martio mense Lugduni Ioannes Pillehotte excudit epistolas aliquot PP. Societatis nominis Iesu Japonensium de progressu Christianismi in illis insulis, ad R. P. Claudium Aquamviam Generalem Societatis ad quas curiosum Lectorem remittimus.

1603. Mense Martio, cum Rex Héricus 4. Metim in Mediomatricibus, tumultum popularem illic exortum sedaturus, venisset, quatuor Patres Societatis Iesu, à Varēniæ Domino, Summo Angariæ Franciæ præfecto moniti, eò se cōferunt. Et cum die mercurij hebdomadæ sanctæ, opportuno maxime tempore aduenissent, postridie, peractis manè in Templo consuetis à Rege cæremoniis, in Conclauē Regis, post meridiem admissi, & ad genua ipsius accisi ac supplices, perorante P. Ignatio Armado Collegiorum Franciæ Prouinciali, Restitutionis in integrū, & sui reditus in collegia, vnde Parisiensis arresto fuerant expulsi, spem non obscuram concipiunt. Etenim à Rege humanissimè auditi dimittuntur, cum mandato Luteriæ Parisiorum, cum primū ipse eò fuerit reuersus, accedendi, vt ibi certiozem voluntatem suam, & beneplacitum intelligant. *P. Matthæus tom. 2. lib. 6. narrat. 1. inueniar. generale histor. Franc. tom. 4.*

Algeriam Africæ ciuitatem, Rex Hispaniæ iam pridem debellare, & sibi subiectam reddere cogitabat, fretus auxi-

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

lio Regis Fessani, qui auxiliares cohortes peditum 8000. equitum verò 20000. Hispano se missurum, & dictam ciuitatem ea parte qua terram spectat oppugnaturum pollicitus fuerat. In ea habitantes Christiani cum Rege Fessano facere & conspirare à Turcis existimati, tanquam proditoris suspecti in vincula coniiciuntur. Inter quos & Capucini monachi quidam fuerunt. Horum plurimi acerbissimæ morti adiudicati, post cruciatus varios, vitam tandem miserè finerunt. Cæteri horrendo inclusi ergastulo ad opem Clementis VIII. Pont. Max. confugiendum rati, ablegato Romam nuntio, septem millium coronatorum summam, in redemptionem sui, Turcis sine mora numerandam esse, Summo Pontifici submissè significarunt. Qui vicem hanc Christianorum tristissimam commiseratus, depromptis è thesauro suo proprio duobus millibus, reliquis verò quinque ex ordinum contributione collectis, expetiturum lytron ipsis, vt Turcarum cupiditatibus satisfacerent, sine mora transmisit. *Ianson lib. 27. & Gotardus Arthus lib. 1. tom. 5.*

Circa initium Iulij Catholici in Anglia passim degentes Iacobo 6. Scotiæ, & Angliæ I. postquam Rex proclamatus fuit, & Londinum ingressus supplicem libellum obtulerunt, pro impetrando exercitio religionis suæ libero in 14. capita distributum. Quem Rex acceptum Protestatibus statim exhibuit, eorum de illo iudicium exploraturus. Qui eadem forma alia paucis tantum mutatis verbis ei oppositum & toridem sectionibus distinctum Regi obtulerunt. Cæterum nihil hac in re à Rege decretum fuit. *Vriusque libelli supplicis articulos, vide apud Ianson. lib. 27. & Gotard. Arthus tom. 5. lib. 1.*

Hoc anno effigies sanctissimæ Matris Christi Mariæ Virginis apud Tinas in Flandria inuenta fuit. Apud quam, cum miracula fieri quotidie plurima dicantur, Alberti Archiducis vxor, eò nudis pedibus cum summa deuotione per duo milliaria nuper ire, & coram pro hærede & victoria impetrandis preces ardentissimas fundere visa fuit. Hæc ab incolis *Maria Quercea*, à Quercu in qua reperta fuit, nuncupatur. *Gotardus Arthus tom. 5. lib. 2.*

Septembri mense Patribus Societatis Iesu è Galliæ expulsi Henricus I V. in patriam reuera permisit, promulgato edicto Rothomagi, quo ait, se tamdiu Summi Pontificis aliorumque intercessione & precibus sollicitatum, vt Patres Societatis prædictæ Regno restituat, tãdem post multam deliberationem consensisse ac permisisse, consentire ac permittere, vt iidem Patribus iis locis vbi tam habitauerunt, habitare porro liceat; & præter ea loca, & oppida, Lugduni quoque, & Diuione, itemque in Castello Regio Flexiæ in Ducatu Andegauensi, domicilia habendi, ex singulari Summo Pontifici gratificandi voluntate, & erga illos Patres affectu, facere potestatem, certis tamen conditionibus, *quas è 27. lib. Iansonij lector poterit repetere, Gotardus Arthus lib. 4. tom. 5. & Inuentar. general. tom. 4.*

Sub finem huius anni Cassoniæ in Vngaria Catholica Religio restituta fuit, & Lutheranismus abdicatus. *Ianson. lib. 27. histor. general. Vngaria tom. 2. lib. 7. Gotardus Arthus lib. 2. tom. 5.*

1604. 9. Iunij Romæ 18. Cardinales à Clemente VIII. Pont. Max. creati fuerunt. Inter quos 16. Presbyteri, & Diaconi 2. In iis Galli duo Seraphini Oliuarius Alexandriæ Patriarcha, origine Italus, sed Lugduni natus, & Iacobus Dauid Perronius, Ebroicensis Episcopus, Patria Normannus, legatione illa memorabili ad S. Põuificem pro Regis absolutione, & cõuentu celebri Bellaquensi, cuius superius me

1605.

5692.

mini, vt raras ipsius dotes, ac prodigiosam in primis memoriam taceam, toti orbis notus.

Cum verò aliquantò post de negotio bellum Hungaricum concernente, secundum promissionem Archiduci factam, deliberatio non vulgaris habita esset, conuenit tandè inter S. Pontificem, & Cardinales vt centū & quinquaginta milliū coronatorū summa, & decimis Sacerdotalibus per vniuersā Italiā collecta pro cōtinuando feliciter bello, Cæsari per hunc annum suppeditaretur. *Gotard. Arth. lib. 1. to. 6.*

12. Nouemb. Controuersia inter Canonicos capitulares Catholicos, Argentinenses, & Protestantes, quæ iam à 20 annis durauerat, Haganoæ composita fuit. nam conuenerat illuc ad eum finem non solum vtriusque partis Canonici Primarij, partim in persona, partim per procuratores suos, sed & cū Cardinalis Lotharingæ, Principisq; Wirtembergici, cum Marchionis Brandenburgensis Legatis necnon Chori, & Aulæ Cingulariæ (Collegiorum Argentinensium) seniore, & Procuratoribus, de rebus omnibus deliberaturi, & sublatis dissensionibus, pacem confirmaturi. Quam modis omnibus in Conuentu hoc promouere cupiens illustrissimus Princeps Wirtembergicus, vnicè per Legatos, & litèras ad partes subinde exaratas, ad laborare non destitit, donec post longam demum tractationem, Diuina fauente misericordia, pax & concordia in Dicecesi Argentinensi, vicinisque ditionibus firmata, & stabilita fuit. *Quibus verò conditionibus vide apud Ians. lib. 29. & Gotard. Arth. lib. 2. to. 6.*

Hoc anno scholæ apertæ sunt à Professoribus Societatis Iesu, Flexiæ, Diuioni, & Lugduni, cum gratiarum actione opt. & clementis. Principi Henrico I V. cuius solius gratia & beneficio ante aliquot menses fuerant reuocati.

1605. Clemens VIII. Pontifex Max. cum grauissimo, & periculosissimo catharcho 12. Februarij die obrutus, ad vitæ terminū properare videretur, essetq; Cardinalis Aldobrandinus, ad eum vocatus, multas inter pauperes elemosynas distribui, Monasteria multis muneribus donari, & preces 40. horarū, pro salute sua haberi præcepit. Frustra verò tentatis omnibus, cum sub finem Februarij vltima pro reparanda valetudine remedia ei adhibita essent, morbusq; in dies magis magisque inualeceret, 4. tandem Martij die intra 5. & 6. horam vespertinam, viam omnis carnis ingressus, expirauit. Corpus eius postmodo ad S. Petrum delatum, & in Sacratio Clementino, cum multis cæremoniis, & solemnitatibus sepultum fuit. *Gotardus Arthus lib. 2. tom. 6.*

H V M A N A.

1592. Mense Februarii Parmensis Dux, & confœderati in Gallia qua potuerunt celeritate exercitum promouerūt, vt obsessis Rothomagensibus opem ferrent. Cùmque iam paucis ab vrbe milliariibus abesset, copias clam in urbem mittit, vt præsidia, quæ in vrbe & arce erant, supplerent. Ipse 27. Februarij cum suis venit Brondeancourtium, quod sex circiter leucis Rothomago distat. Decretum illi erat circa gallicinium, postquam exercitus nonnihil esset refocillatus, instituto itinere pergere, & Henrico Regi in castris ad urbem se ostentare, si fortè stationibus suis illum elicere, & æquo cum illo posset loco decertare, vt inter certamen, maius in urbem præsidium immitteret.

Dum Parmensis in itinere est, obuiam habuit nobilem quendam, ab vrbis gubernatore Villario missum, qui nuntiarer, 26. Februarij gubernatorem aliquot è suis in castra, & stationes Anglorū emisisse, qui cum regis velitarentur, & initium pugnæ facerent. Dum vtrinque fortiter pugnat, animi incaluerunt, exarsitque & ingrauatum est præ-

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

lium. Regij relictis castris, in parentes campos defiliunt, & ad manum veniunt, Mox Villarius cum duobus selectissimorum militum millibus inter quos 400 equites cataphracti, 800 sclopetarij fuerunt, per cuniculos & portas erumpens, in regios irruit, fugat, in stationes suas fugientes sequitur, & 500. circiter trucidavit, multos vulneravit. Duos chiliarchas captos secum abduxit. Ciues tria maxima tormenta integra, & duo vitata in urbem attraxerunt.

Quæ cum Parmensis intellexisset, coactò consilio, quid agendum sit deliberat. Decretum est non esse progredendum. Quod Rothomagensibus nihil iam deesset, Regis exercitu mirum hac postrema eruptione magnopere debilitato, & cui iam spes exigua urbis potiundæ superesset.

Parmensis itaque exercitum ad Castrum novum reduxit, licet iniquus. Nam is locus alendis tantis copiis erat incommodus, & ea tempestas anni, ut nihil præclarum aut laude dignum agi posset. *Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

Sigismundus 3. Poloniæ Rex Sueciæ filius & hæres, nuptias filia Archiducis Austriæ, Caroli, Carinthiæ, & Stiria Ducis, Rudolphi Cæsaris Parrui, ambibat. Ad quod matrimonium peragendum, celebris in Boëmiam missa est ad Rudolphum Cæsarem legatio. Cuius Principes erant, Cardinalis Radzevilinus, & Episcopus Vladomiriensis, quidam Palatinus, aliique Comites, nobiles magni nominis & auctoritatis viri. Omnes hi Pragam, quæ Boëmiæ Metropolis, & Cæsareæ Maiestatis sedes est, 13. Martij aduenerunt, & cum omni reuerentia, honoris & obsequij significatione Cæsarem salutauerunt.

Cæsar vicissim legationem, ut quæ venerat sponsam consobrinam suam abductam, magnificentissimo apparatu excepit, splendide habuit, & per Morauiam, in superiorem Pannoniam Viennam deduci præcepit. Vbi sponsam, futuram Reginam cum suo Regio Gynæcæo & aulica nobilitate expectarent.

Venit ea primo Maij Viennam, quæ Austriæ metropolis est, & in Palatium magna pompa deducta. 3. post die legati ad colloquium admissi, causam suæ legationis proposuerunt. Deinde Cardinalis Radzevilinus seorsim cum Regina sponsa de variis rebus sermonem habuit.

4. Maij sub vesperam in Augustinensium Basilicam, Palatio proximam, itum est, ubi post vespertinas horas, Episcopus Viennensis disertissimam habuit idioma Latino orationem, postquam præcedentibus sponsonis verbis, seu ipsis sponsaliis, dextera data est.

Ambo Archiduces, Ernestus, & Mathias, Cæsaris fratres, paronymphi, & sponsæ ductores fuerunt. Deinde legatus Radzevilinus sponsæ digito anulum induit, & matrimonium confirmavit. Quo facta in Palatium reuersi, cœnæ opiparæ & splendide paratæ accubuerunt. Postea mensis sublatis ad choreas itum est. Inde omnes cubitum discesserunt. Vnus ex legatis cataphractus pro more principum & Regum, à latere sponsæ in eodem lecto collocatur. Postridie qui dies erat Maij 5. Legatus sponsæ Regis sui nomine, torquæ cum dependente gemma pretiosissima, chimelium ducentis millibus Florenorum æstimatum, donauit. Omnibus rite magnificèque peractis, Legati sponsam secum in Poloniam abduxerunt.

24. Maij ea cum Regio comitatu Plessiam venit. Quod cum Regi nunciatum esset, legationem suam præmisit, quæ sponsam exciperet, ipse ciuibus imperat, totique nobilitati, ut quisque quàm magnificentissimè sese exornet, & post biduum Regi suo se sistat.

1605.

5692.

Interea arx renouatur, & exornatur, plateæ purgantur, domus priuatæ ornantur, dealbantur, parietes aulæis Turcicis vestiuntur. Dimidio ab vrbe Cracouiensi milliari, iussit rex in amœnissimo prato quatuor Turcica erigi tentoria, duo in vsum sponsæ, duo in proprium, octo circiter passibus à se inuicem disiuncta.

26. Maij Rex, Regina vidua, & soror Regis, cum 4. milibus equitum, qui omnes sericeis, holosericeisque induti erant vestibus, plumis versicoloribus, tam ipsi, quàm equi circumquaque ornati: totidem quoque peditibus, qui omnes more Germanorum, sed eodem colore vestiti, & in 20. signa distributi erant, ad prædictum vsque locum sponsæ obuiam processit. Cùm sponsa eminus aduentare conspiceretur, æneatores, tubicines, tympanistæ officium fecerunt, & cum tanto iubilo & triumpho sponsa aduenit. Mox curru descendere iubetur, & in tentoria introducitur. Hic à Regina vidua Stephani, & Regis sorore blandè excipitur. Inde ab Episcopo Preslauenſi, & Magistro aulæ suæ in umbellam deducta est. Vbi Rex, Archiepiscopus, & magnus Cancellarius ei obuiam processerunt, & honorificè non minùs quàm blandè exceperunt.

Quo facto rex sponsam in pretiosissimū currum, quem eum in vsum incredibili sumptu confici mandarat, eleuari iubet. Iuxta quam mater sedit. Equites, peditésque præceserunt. Quos subsecutus est Rex cum Episcopo Preslauenſi, & Archiepiscopo Polono. Post Regem sequebatur currus Reginæ sponsæ qui cingebatur corona nobilium adolescentum, qui omnes regia pompa erant vestiti. In vrbe ciues omnes in armis duplici ordine hinc inde à porta ad arcem vsque stabant, sponsam salutantes.

Erecti erant in honorem sponsæ arcus triumphales varij, in quorum vltimo stabant octo virgines nobilissimæ, suauissima harmonia musica, variorumque instrumentorum modulatione, sponsæ nouas nuptias gratulantes, felixque & faustum matrimonium acclamantes.

Inter alia multa iucundum erat videre Germanum signiferum, in pinnaculo turris Ecclesiæ cathedralis, nulli innixum fulcro stare, & vexillum manu dextra absque vlla intermissione rotare, & in orbem agere.

Missilia quoque in vulgus spargebantur, nummi scilicet argentei, à quorum vno latere fluctus marini, & iuxta fluctus ab vnaquaque parte palmæ, quæ supra mare sese ad inuicem inclinabant, cum hac inscriptione: *Amor distantia iungit*, exprimebantur. Ab altero latere in infima parte insignia domus Austriacæ, supra hæc à dextris Aquila Imperij, à sinistris Aquila Poloniæ ostendebatur, cum epigraphe: *Ast animos sociasse iuuabit*. Cum tali pompa Regina candidis vestimentis, vti & Rex, induta, mox in templum inducitur, vbi Canticum SS. Ambrosij & Augustini iucundissimo iubilo decantatum est; inde in arcem deducitur, vbi secundò à Rege excipitur, qui cum ea diu Latine, Germanicèque (callet enim ille vtrumque idioma) collocutus est. Deinde custodiæ Matris, totius Gynæcæi Reginæ viduæ & sororis Reginæ commendata est.

Vltimo tandem Maij nuptiæ in præsentia Magni Cancellarij Zamoscij, Primariorū Principum, & Ordinum Poloniæ magna cum pompa celebratæ, octiduo integro diuersis spectaculis, ludis, monomachiis, aliisque lætitiæ significationibus continuatæ sunt. Paulò post Rex cum noua nupta ad Comitata VVarſouienſia profectus est. Harum porro Regalium nuptiarum solennè pompam è lib. 5. *Mercur. Gallobelg. Ianſonij*, vt lectori gratificaremur, paulò fusiùs

Anni
christi.

1592

Anni
mudi.

1679

1605

1694

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

sumus persecuti.

Hoc anno Amurathes Turcarum Imperator Christianis bellum parat. Cuius suscipiendi etiam contra fidem datam hæc fuit occasio.

Induciæ hæctenus inter vtrumque Imperatorem, Rudolphum Romanum, & Amurathem Constantinopolitanum pactæ cum vtriusque subditorum tranquillitate obseruata fuerant. Erâtque Amurathis propositum 8. annorum inducias deinceps ad finem vsque continuare.

Accidit interea Amurathem quoque cum Persarû Rege pacem, post diuturna bella, componere. Quare nonnulli Bassæ hanc occasionem non esse prætermittendam vati, Turcarum Imperatori eiusque filio expeditionem in Christianos suaserunt. Christianos enim tot civilibus & intestinis bellis implicatos facillimè nunc posse debellari ostenderunt. Exercitum validissimum cogendum & in fines Vngariæ atque Croatiæ mittendum esse.

* Porro rerum inter Turcas & Christianos per Hungariam & Croatiam à mense Septembri anni 1593. vsque ad initium anni sequentis gestarum narrationem recenset *Nicol. Reusnerus inter historias rerum Turcicarum.*

In Polonia magnus Cancellarius Zamoscus sororem Stephani Battoræi, vxorem duxerat, quæ ei cum Mamilianus caperetur filium peperit, quem rogante Patre Maximilianus, licet captiuus, è fonte salutaris lauacri suscepit. Obiit postea hæc vxor, & aliam duxit Cancellarius, ex nobilissima Poloniæ prosapia. Quo matrimonio in tantum aucta est eius dignitas, & auctoritas, vt tandem cum Rege contendere, & in multis Regi repugnare non sit veritus. Vnde magnæ inter illum & Regem controuersiæ similitudines exortæ sunt.

Parmensis Dux castra sua non longè à castris Henrici Regis habebat, & quotidianis velitationibus se mutuo exagitant, ita vt vtrinque multi desiderarétur. Tandè 20. Aprilis die Rex ipse Rothomagensem obsidionem soluit, & cum toto exercitu ad hostium castra propius accessit.

Parmensis continuis velitationibus Henricum Regem per aliquot dies distinuit, interim 80. naues omni genere comæatus, & annonæ onustas è portu Gratia aduerso flumine subduxit, & in portum Rothomagensem incredibili oppidanorum gaudio misit, in urbem venit, vbi honorifice à ciuibus exceptus fuit.

Cumque iam Rothomagensibus de omnibus necessariis prouidisset, tantumque aduexisset quantum dimidio anno sufficere posset, in castra digressus est.

Sequentibus aliquot diebus quotidie rursus velitatum est, nunc huc, nunc illuc fortuna inclinante, multis quoque vtrinque fortissimis viris desideratis.

Porro cum iam Rothomagenses à diuturna illa & arcta obsidione liberati securè viuerent, vt quibus omnia quæ erant necessaria, abundè suppeterent, & quotidie plura adueherentur, & Parmensis Dux ad quod venerat id perfecisset, hoc est, Rothomagum obsidione liberasset: Ipse in Belgiam rediit, & ad aquas Spaenses ob aduersam valetudinem se contulit. *Ianson. li. 5. Mercur. Gallobelg.*

Clemens 8. vi & præcedentes aliquot Pontifices, à Bandidis hoc tempore plurimum exagitatus est. Magnis enim copiis collectis opulentissimas Italiæ prouincias depopulabantur, itinera omnia insidebant, vt nemo tutò proficisci posset. Quare S. Pontifex coactus est exercitum 4000. armatorum conscribere, eumque in omnem oram, vbi sceleratissimorum hominum colluies grassari diceretur, mittere.

1605.

5692.

24. Maij Dux Ioieufeus insigni stratagemate aduersarios apud Albigenfes elufit.

Eodem mense illuftriffimus Princeps Ioannes Comes à Manderfcheit, Epifcopus Argentinenfis, poftquam 23. annos 3. menses & aliquot dies Ecclefiam fuam fuma cum laude rexiffet, placidè in Chrifto obdormiuit.

Mense Iunio Dux Mercurius Britanniz Gubernator pro cofœderatis celebrem ab iis qui Kranium obfidebant, victoriam reportat.

Iulio Mense Rex Henticus copias quas adhuc fub fignis habebat Efpernauium duxit, vt oppidum illud nuper captum recuperaret.

Mareschallus Bironius, dum curiofè luftrat exercitum, icu machinz maioris profratus, occubuit.

10. Iulij Nemouriz Dux, Lugdunenfium Gubernator Viennenfes in Delphinatu compulit, vt fe fuamque vrbera confœderatis dederent.

Per id tempus Luxemburgum venerunt ducenti muli 1500000. coronatos in argento portantes, quæ argenti vis deinceps Namurcū miffa eft, vt fine mora & intermiffione cudatur. Optant hic nonnulli vt benè, & ad Reipublicæ Chriftianæ falutem expendatur.

Mense Augusto Romanus Imperator totufque illius Senatus, licet eam haberet opinionem, quod Amurathes inficiaretur, iuffu fuo bellum motum, & inducias violatas efle, fcions tamen eam efle Turcis confuetudinem, vt non reftituant vrbes, quas femel occuparunt, omnem mouet lapidem, vt auxilia cogat, atque tyranno fe opponat. *Ianfoni, lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

* Eodem tempore inuentus hominū numerus in Candia, qui pefte perierunt, ad 20. millia, fine ruficis. *Campa.*

* Eodem mense vifi ignes in cœlo valde prodigiofi, & qui magnū ipfi infulæ, & Venetis terrorem intulere. *Idem.*

3. Septembr. in Heflia Vvilhelmus Lârgravius, Princeps prudentiffimus doctiffimus, & insignis Mathematicus annos natus 71. rebus humanis fubita morte eripitur.

Circa finem Septembris Præfecti munitionum Zigethi, Mahatti. & Copani cum Domino Quinque ecclefiarum, aliifque magni nominis Turcis, magnoque exercitu inter Zigethum & Rodeftum castrametati funt. Fama eft in eorum exercitu efle 160. hominum millia. Sed quia Chriftianorum exercitus quotidie augebatur, vt qui iam 60000. fub fignis habebant, plerique bene fperabant Ernestus Archidux Imperator exercitus, & Marchio Archiducis Ferdinandi filius eius Vicarius, renuntiati, per hos dies in exercitum profecti funt.

3. die Octobris manè hora circiter 9. in vrbe Monafterienfi, in ea regione, quæ Transaquenfis dicitur, ab Alpha fluuio, hanc ab altera vrbera parte diuidente, horrendum excitatum eft incendium. Quod ortum fuum habuit à focco piftoris cuiufdam, qui ignem fuum incautè custodierat, paucifque horis ducentas circiter ædes, cum parte occidentali Monafterij nobilium virginum, & porta cui à cruce nomen eft, abfumpfit.

In Bohemia fub finem Augufti obierat magni nominis vir Vvilhelmus Roferbergius, eius Regni Prorex. Cùmque funus eius aliquot feptimanis in Monafterio S. Georgij Pragæ, nocte dièque à clericis vigilias, precèsque canentibus eflet custoditum, tandem fub finem Octobr. cum magna pompa ex arce in templum D. Thomæ deductum, & illinc centum ciftis Grenouiam, regioque more in Roferbergenfe monumentum illatum eft.

Anni
chrifii.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

14. Nouembris Magnus ille, ac pietate & literis illustris Petrus Villarius Archiepiscopus & Comes Viennensis in Gallia Delphinatu, & in Secretiori Christianiss. Francorū Regis Consilio, Consiliarius dignissimus, post consumptos annos 50. in Senatu supremo Parisiensi, in iudicijs, in regni Francici Procuratore, & Legationibus de rebus maximis ad Reges, summos Pontifices, & Principes Christianos in regenda & administranda Ecclesia & Diocesi primū Mirapicensi, postea Viennensi, tot iā curis laboribusque & itineribus fessus, fatigatusque, viuæ & efficacis fidei in Deū, & spei plenus placidè in Christo Iesu obdormiuit.

Is iā septuagenarius anno Domini 1587. tumultus Gallicos animo longè antè præsentens, & magnos rerum motus imminentes tanquam è specula præuidens, ad Fratres Franciscanos Pedemontapos Montis Callerij, seu in tranquillissimum portum è sæuissima tempestate secesserat, & euolārat. Vt illic in tuto & silentio se Christo Iesu approbaret, quòdque reliquum erat ætatis, meditationi quatuor nouissimorū hominis impenderet. De quibus etiam Commentarium iustum ibidem perscripsit, & Claudio Villario fratri nūcupauit. In eo portò discessu è Gallia ad Pedemontium admirabilis ipsius Villarij eluxit prudentia & prouidentia. Nam ab eo tempore res nostræ in peius ruere, & retrò sublapsæ referri non desierunt. Huic primū in Episcopatu Mirapicensi, deinde in Archiepiscopatu Viennensi successit ex fratre maiore natus nepos Petrus Villarius Theologus Parisiensis, Magni profectò successor viri, maximus ipse vir, de quo suo loco.

2. die Decembris Alexander Farnesius Dux Parmensis, annos natus 47. mens. 3. & dies 6. in Cænobio Vedastino apud Atrebatas moritur, susceptis piè & summa cum reuerentiā Ecclesiæ sacramentis, per manus Ioan. Saraceni Cœnobiarchæ religiosissimi. Natus is erat 27. die Augusti anni 1545. vt retulit mihi D. Terellius ipsius Ducis domui & familiæ tum præfectus.

Die Veneris sequenti prædictus Abbas S. Vedasti exequias defuncti Ducis honorificè & summe celebravit, Episcopo Audomarensi orationè funebrem habente. Interfuerunt his exequiis Comes Mansfeltius, Marchio Vvarenbonius, supremus Artesiæ præfectus, Comes Barlaymontius, Marchio Aurechius, Comes Soranus cū multa alia nobilitate.

Corpus ipsius è Belgio Parmam defertur 15. Martij anni 1593. & sine magna pompa sepultum fuit in parua æde sacra Capucinatorum, cum hoc epitaphio.

Alexander Farnesius Belgis deuictis, Francis obsidione leuatis, vt humili hoc loco eius cadauer reponeretur, mandauit III. nonas Decemb. 1592. Et vt secum Maria eius coniugis optima ossa iungerentur, illius testamentum secutus, annuit.

Cardinalis illius filius exequias celebrat Romæ priuatas, magna modestia, multis millibus aureorum Ecclesiæ S. Marcelli dono datis, ad locandas in matrimonium pauperes virgines.

Senatus populusque Romanus in capitolio illi statuam affabrè factam erigi & collocari curat, & exequias sumptuosas in ara cœli celebrat, honoris & piæ defuncti memoriam causa. *Ianson. lib. 5. & 6. Merc. Gallobelg. & Casar Campana lib. 13. & 14. hist. mund.*

In Belgio Comes de Fuentes conuocatis proceribus, Cõsiliariis ordinibusq; quid sibi à Rege Hispaniæ mandatum esset, partim declarauit, partim se postea declaraturum promisit. Inter alia ostendit Regis voluntatē esse vt si Parmensis obierit, Comes Mansfeltius Senior mox illi in Gu-

1605.

5692.

bernatione succedat. Cui omnes prouinciæ obediant, donec alium Gubernatorem mittat. Iuniorum autem Mansfeltium Ducem fore exercitus Regij in Gallia, vñ cum Duce de Fera, qui ex Hispaniis quotidie expectabatur.

Ioannes 2. Suecorum Rex mense proximo Nouembr, inter viuos esse desierat, vnico relicto filio Sigismundo, Polonorum rege. Qui intellecta patris morte paterni regni suscipiendi occasionem captans, indixit Comitia in Polonia, tum ob eam rem, tum etiam propter similitudinem quæ inter se & Zamoscium magnum Cancellarium intercesserat.

* Rex Echebar imperitans amplissimo imperio Mogor, inter Indum & Gangé fluuios memorabiles, vult Christianus fieri, & ea de causa mittit Patres Soc. Iesu accersitum, à quibus de Christo Domino audiret ea quæ sunt fidei. Abhorret vehementer sectam Mahometanam, habet sub se Mogoras, Coronanos, Torquimachos, Bolochos, Guzzaratas, Parthos, Idhustanos, & alios Mauros. Refertur eos olim fuisse Christianos, vltimumque Christianorum fuisse David Regem, qui dicebat se ex profapia S. Bartholomæi originem ducere. Sed fuisse à Parthis superatos expulsa Christiana fide. Sed Rex Echebar, à Petro Tauerio Lusitano instructus, deinde à P. Iuliano Pertiera, de fidei dogmatis, ita manifesta dedit Christianæ professionis indicia, vt ea de causa Vengalani ipsius subditi rebellarent, fratrem regis Principem Quabul euocarint, qui etiam in Regis ditio-nem 100. leucas ingressus, postea coactus est, occursum regis in sua se recipere. *Petrus Victor, Caiet. è relationib. P.P. Soc. Jesu.*

1593. 5. Ianuarij Dux Mœnius collatis consiliis, & omniū cōsensu Comitia Parisiis indixit, in quibus Rex catholicus communibus confœderatorum suffragiis crearetur. Huius cōsiliij rationes scripto cōprehendi, & per præcones & tubicines Lutetiæ in omnibus triuijs publicari mandauit. *Ians. lib. 6. Merc. Gallobelg. & Ces. Camp. lib. 14. hist. mund.*

Paulo antè Clemens 8. Pont. Max. Henricum Regem, & qui illum sequebantur, denuo excommunicauerat, potestatemque fecerat Confœderatis Regem Catholicum eligendi. Eas bullas ad Philippum Cardinalem Placentinū in Galliis legatū suum miserat, qui eas quoque publicari iusserat.

Quod cum intellexisset Rex Henricus per procuratorē suum Consilio Cathalaunij congregato huius rei iniquitatem ostendit. Conquerens hoc Pontificis mādatum ab illis procuratū, qui iam pridē omnem conatū, & studium eō direxerant, vt Regnum Gallicum occuparent, contra legitimos illius successores. Cui malo vt occurratur, Consilium habita deliberatione querelas contra prædictarum Bullarū impetrationē, promulgationē, executionē, omniāque inde subsecuta, acceptauit, & de his omnibus appellauit: decreuitque, Cardinalem S. Onuphrij citandum, vt se contra dictam appellationem defendat. Interea idem Consilium omnes Prælatos, Episcopos, Principes, Dominos, nobiles, Ministros, & subditos Regis, cuiuscunque status, conditio- & qualitatis sint, hortatur, ne se patiantur seduci veneno & fascinatione talium rebellium & seditiosorum. Sed vt maneat & contineant se in debita obedientia bonorum & naturalium Francorum, semp̄que obseruent affectum, & charitatem, quibus Regi, & patriæ obligantur, &c. Hoc decretum initio quoque huius anni Cathalaunij per Tubicines est diuulgatum, & postea ad omnia loca quæ Henrico Regi parebant trāmissum. *Idem Ians. & Campana lacis citatis.*

Mense Martio S. Pontifex Franciscum Aldobrandinum nepotem suum cum lectissimis militū copiis in Marchionatum Anconitanum misit, aduersus Exules, omnia illic

Anni
christi.

1592

Anni
mudi.

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

diripientes, ac deuastantes. Sed & triremes aliquot instrui mandauit, quæ oras legentes, eas à piratis tuerentur.

In Vngaria, & Croatia Turcæ bellum prosequuntur. In Vngaria namque castrū S. Hedvwig ad Balatonem locum, vulgo Blattensee munitissimum occuparunt, spoliarunt, & incendio deformatunt. Similiter & Ischam Deinde cum exercitu Gomorram paruam profecti, à Præfidiariis fortissimè repulsi sunt.

Eodē Mense Comes Mansfeltius & Confœderati Nouiodunum obsident. Et cum urbem aliquandiu maximis tormentis verberassent, ruinam strauissent, sæpius oppugnassent, oppidani abiecta spe omni, sese certis conditionibus dederunt. Præfidiarij absque armis bacillos albos in manibus habentes, dimissi sunt, Rex Henricus cum subsidio aduenit (sed serius, hoc est vespere eius diei quo se dederant) tentaturus, si obsidionem soluere potuisset. *Ianson. lib. 6. Merc. Gallobelg.*

Initio Aprilis Dux de Feria, qui paulò antè Lutetiam venerat, ad Comiticia Ordinum admissus, honorificentissimè exceptus, & suo loco sedere iussus luculenta & disertâ oratione Ordines confœderatorum Gallix, Regis Hispaniarum nomine, ad electionem noui Regis exhortatus est. *Ea oratio excusa extat lib. 6. Merc. Gallobelg. Ianson.*

Ad orationem Ducis de Feria, literasque Regis Hispaniæ Domini sui, quas Domino Nicolao de Pelleue, Tituli S. Praxedis Cardinali, Rhemensis Archiepiscopo, Primo Franciæ Pari, & Comitiorū Præsidi publice legendas exhibuerat, post maturam ordinum deliberationem, idem Cardinalis bene longa & accurata oratione respõdit. *Qua etiam typis fuit excusa eodem libro.*

Memorable est, quod scribunt nonnulli, sub id tempus, in mari Massiliensi tantam delphinorū visam esse copiam, quanta vix in toto mari Mediterraneo fuisse putabatur, adeo vt horrendum visu fuerit spectaculum. Episcopus Cauaglioneus, qui tunc in vrbe erat à Pontifice missus: ad controuersiam quandam componendam, in littus exiens piscibus, solitis ecclesiæ cæremoniis maledixit.

15. Aprilis Dux Espernonius intèpesta nocte Massiliam venit, & instrumentis quibusdam bellicis nuper inuentis (*Petars vocant*) portis admotis, duas perfregit. Sed antè quàm tertiam perumpete potuit, ciues armati accurrunt, omnique telorum genere illum à mœnibus repellunt.

Parisis electio noui Regis de die in diem differebatur, ob legatum, vt quidam volunt, Hispanicum. Qui aut Dominum suum, aut eius filiam, infantem Hispaniarum promotā cupiebat. Quatuor itaque Mareschallos Regni crearunt, Chaltræum, Sampolium, Brissacum, & Roneum. Villarius verò, qui Rothomagū annis superioribus tam fortiter defenderat, Admiralius renūciatus est, Præterea Lugdunensis Archiepiscopus, & Præses Ianninus nominati sunt, vt ad colloquium cum nobilitate Regia proficiscantur, quæ Dominum Cheuernium, & d'O legatura dicebatur.

Eodem mense Cardinales omnes Principem Bauriæ Maximilianum summa cum humanitate & beneuolentia Romæ salutarunt. Deinde magna cum attentione à S. Pontifice auditus est. Qui ei in confessu Cardinalium locum ante vltimum Cardinalem Diaconum assignauit.

Mense Maio S. Pontifex facta Cardinalium congregatione, causam magni Magistri Melitensis Cardinalibus Aragonio, Dezio, Saluiato, Spinolæ, & Iustiniano examinandam commendauit. Melitenses enim Equites paulò antè Magistrū suum captum in vincula coniecerant. Causa

1605.

5692.

huius captiuitatis varia à variis redditur. Quidam enim aiunt eum omnem thesaurum ordinis duabus trirētib; clam imposuisse, & fugam ad Gallos meditatam esse. Alij aiunt post aduentum Legati Francici, conpirationem inter illum & Turcarum Imperatorem, in Reipub. Christianæ perniciem detectam esse. *Ianson. lib. 6.*

Non tantum Christianos, sed & Persas hoc tempore Amurathes bello persequitur. Violato namque paulo ante nescio quam ob causam, cum Persarum Rege nuper pacto foedere, cum ducentis armatorum millibus Persiam inuasit, omnia ferro & flamma vastare, quicquid erat residuum iussit diripi. Non innocentium sanguini, non virginum castitati, non matronarum pudicitia parcitum est.

12. Iunii Sisseg monasterium in Croatia à Turcis obsidetur, occurrunt in subsidium Christiani, acriter pugnatur, cæduntur Turcæ ad 18. millia, paucis Christianorum desideratis. Parta hac tam insigni victoria, totus exercitus Christianorum ter monasterium ambiit singulis vicibus milites ad vnum omnes in genua procidentes, Deo summas pro concessa victoria gratias egerunt, multa que lætitiæ signa ediderunt.

Sed Sultanus Amurathes ob acceptam hæc cladem memorabilem iræ impatiens, vt tantam maculam elueret, sese à Christianis vindicaret, publicum bellum aduersus Cæsarem Roman. tam Constantinopoli, quàm Budæ 17. Augusti iussit proclamari. Præcepit autem omnibus Ducibus suis, vt vni Sinano Bassæ, qui suo loco in Vngariam proficisceretur in omnibus parerent.

Sinanus itaque cum suis copiis Budam venit, Beglerbegus suum exercitum, in quo 120000. armati fuisse dicuntur, per Croatiam duxit, eo fine, vt non tantum munitiones Turcicas à Christianis obsessas liberaret; sed Monasterium Sisseg denuo obsideret, totisque viribus expugnaret, deinde in penitioem Vngariam belli molem inferret.

Beglerbegus ergo Græciæ Monasterium munitionemque Sisseg circumfedit, continuisque maiorū machinarum ictibus, oppugnationibusque oblectus exagitant, nullam vt illis requiem permetteret. Quamuis Præsidarij fortissime sese defenderent, mulieres quoque mensas, sedes, scamna & obuia quæque impedimenta in ipsas ruinas inferrent, hostemque ab irruptione arcerent, obsidentium etiam ingens numerus prosterneretur: Tandem tamen 3. Septemb. Turcæ monasterio potiti omnes Præsidarios, inter quos etiam 200. erant Germani, frustulatim conciderunt, aut in Culpam præcipitarunt, Religiosum quendam ibidem repertum viuum excoriarunt, & in minutissimas partes dissectum combusserunt, omnibusque direptis munitionem imposito præsidio custodierunt. *Ianson. li. 7. Caesar Camp. lib. 14. histor. mundi.*

Mortuo Ioanne 3. Sueciæ Rege, vnicus eius filius & hæres Sigismundus Polonorum Rex iam ad possessionem Regni paterni anhelabat. Proposuit igitur cum vxore in Sueciam proficisci. Et impetrata à Poloniæ ordinibus (quos ob eam rem conuocarat) abeundi licentia sub finem Augusti Cracouia discessit Mariæburgum primò, deinde Gadanum vnde paulò post in Sueciã nauigauit, vbi iam magna apud Catholicos spes est Regem hunc Catholicum, & piam religionem Catholicam Romanam, quæ ab anno 1525. introducta Lutheranica, inde exulat, in hoc regnū reducturum.

Anglia diuturna pace, maxima negociatione, & assiduis deprædationibus ad summam felicitatem hoc tempore peruenerat, quare iustus iudex Deus his mensibus inno-

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

centem sanguinem effusum, aliâque flagitia, tam in ipso Regno, quam extra Regnum, & præcipuè in mari perpetrata volens vindicare, insulam omnem, præcipuè verò Urbem Londinensem gravissima pestilentia sic afflixit, ut circa finem Iunij 666. homines in sola vrbe Londinensi, in Augusto verò nonnunquam 2200. aliquâdo 20000. & plures in vna septimana hac lue mortui sint. Quamobrem multi relictis urbibus in pagos, & villas migrarunt. Quidam, relictâ insula in Belgium se suâque transportarunt. Regina sibi suisque metuens, sub pœna capitis interdixit, ne quis ex locis, vbi hoc malum grassabatur, ad aulam veniret. Sævit hæc lethifera contagio in multam vsque hyemem, nulli ætati, nulli parcens hominum conditioni. *Janson. lib. 6. Mercur. Gallobelg.*

* Iunio mense ab Alexandria Patriarcha mittuntur Legati Romam, qui Summum Pontificem Clementem VIII. pro capite Ecclesiæ agnoscant. *Baronius.*

* Mense Julio multa prodigia & monstra in Germania apparere. Marpurgi Sol cum circulo obscurissimo triduum emicuit. *Campana.*

* Reliquo etiam anno, Octobri scilicet, Vienna in Austria, Pragæ, Vvirebergæ, Lipsiæ, & alibi apparuit cælum sanguineum, *Idem.*

In Gallia cum iam res essent pacatiores, Dux Nemozæus Governator Lugdunensis in suspicionem venit, quod urbem Lugdunensem cum toto territorio, urbibusque vicinis fœderi sacro adhærentibus in suam redigere vellet potestatem. Ut si qua pax sibi minus commoda in Gallia constitueretur, ipse in hac Prouincia ope Hispani, & Ducis Sabaudia bellum multos in annos posset protrahere. Quare consules & optimates eum adierunt, ut quid moliretur ex ipso intelligerent, eumque ab iniquo proposito auerterent. Dux omnia quæ obiiciebantur negare, & sese egregiè de omnibus quorum insimulabatur purgare. Obseruabant nihilominus illum ciues, & indicia nonnulla deprehenderunt, quæ suspicionem conceptam augebant. Itaque dissimulare diutiùs noluerunt, sed

18. Septembris circa vesperam tumultuari cœperunt, correptis armis, catenas, quibus plateæ clauduntur, tendunt, armatique ad hospitium Ducis cum ingenti strepitu accurrunt, & eum vno aut altero post die in munitissimam urbis arcem, cui Petri scissæ nomen est, abduxerunt. Deinde Consules & Magistratus cõmunem populum ad Basilicam urbis conuocârunt, vbi vnanimi consensu iurauerunt, se neque Ducem Nemouræum, neque aliquem ex eius posteritate vilo tempore pro urbis Governatore recepturos. In vnâ similiter S. Catholicam Romanam iurauerunt religionem, nec se vnquam externum inuocatuos, Principem, sed vni Catholico Regi, postquam electus erit, perpetuam obedientiam præstitutos, eique constanter adhæsuros esse.

Nemouræi captiui frater Marchio Sanforlinus, fratris causam volens defendere, Lugdunensibus dira minabatur, nisi fratrem confestim liberum dimitterent, nec mora statim cum 300. equitibus, & aliquot peditibus ex Aruernia aduolat, & ad portas vsque Lugdunenses populabundus excurrit. In suburbanis ædibus ad voluptatem ciuium constructis, in viridariis & pagis vicinis omnia diripuit.

Quia verò Lugdunenses nulla habebant præsidia, Magistratus Chiliarchæ Alphonso Dornano, qui in Delphinatu cum legione sua æstiuabat, supplicauit, ut urbis patrociniũ susciperet, hostemque depelleret. Quod cum Matchio animaduertisset, moderatiùs egit, donec tandem

1605.

5692.

duorum mensium induciæ pactæ sunt, quarum conditiones erant; Arma vtrinque ponerent, Legatos vtraque pars Lucretiam mitteret, causam Nemouræ, Mœnius Dux & supremus Senatus cognosceret, eorum sententiæ partes acquiescerent. Promulgatæ sunt induciæ 14. Octob. quo tempore Pax vrbi reddita, & omnis animorum exacerbatio sublata est. *Ianson. lib. 7. Mercur. Gallobelg. & Cesar Campana hist. mundi.*

Eodem mense Septembri Franciscus Toletus Societatis Iesu Theologus, & Philosophus nostra ætate clarus, à Clemente VIII. Pontifice Maximo, (reclamante & impediente quantum potuit ipsa Societate, quod hoc fieri contra suas Regulas, & statuta diceret) cum tribus aliis magni nominis viris, Cardinalis creatus fuit.

13. Mensis Octob. Christiani in Vngaria exercitum suum lustrare cœperunt, inuentique sub signis 18. armatorum millia, viri omnes fortissimi, & ad bellum exercitati. Sclopetarij omnes, Hussaris & equitibus exceptis. Cùmq; paulo post exercitus Danubium traiecisset, in primo cum hostibus congressu aliquot millia Turcarum prostravit, ingentemque numerum Christianorum puerorum & adolescentum, quos hostis ad seruitutem rapiebat, liberauit.

Festo S. Lucæ quod in 18 incidit Octobris, Conuentus ordinum Boëmiæ, Pragæ celebratus est. In quo inter cætera quæ statuta sunt, bona pecuniæ summa tribus continuis annis non ex debito, sed ex libera voluntate Cæsari communibus votis ad defensionem Regni Boëmici & Prouinciarum ad illud pertinentium decreta fuit.

In eo conuentu incolæ oppidi Kaden, tribus ordinibus Regni institerunt, vt à Cæsarea Maiestate sibi vsum Calicis in communionem impetrent. Mirum cùm isti homines in omnibus, moribus, ritibusque viuant catholicorum, in hoc solo articulo à Catholicorum communionem velint separari. Sed Regnum hoc isti opinioni valde est obnoxium, postquam eam semel à Ioanne Hus ante multos annos acceptam imbibit. *Ianson. lib. 7. Mercur. Gallobelg.* Lege ibidem orationem Gasparis Cardilli Villapandei Segobienensis, ad sacrosanctam Synodum Tridentinam habitam anno 1562. *Quod non sit laicis calix permitendus.*

31. Nouembris victoria insignis Christianorum in Vngaria, cæsis tam in pugna, quàm in fuga plusquam sex milibus Turcarum.

* De hac victoria narrationem incerti auctoris Nicol. Reusnerus recensuit inter historias rerum Turcicarum.

Hoc eodem anno pater Marcellinus Pistoius Religiosus ord. S. Francisci de obseruantia, in opinione sancti apud vulgum Romæ moritur, & sepelitur in suo conuentu in Ara cæli. Fuit Doctus Theologus & celebris concionator, vitæ integræ & sanctæ, vt vestis ipsius, dum effertur à plebe, in laciniis & frustula laceraretur, tanquam reliquiæ asseruanda, *Cesar Campana lib. 14. hist. mundi.*

1594. 11. Ianuarij Meldensium, quorum vrbs Parisiensibus vicina est, Gubernator Dominus de Vitry cum Rege transegit vrbemq; ciuium consensu Regis imperio subiecit.

Idem fecit Dominus de Balagny, Cameracensium Gubernator, qui bonorum suorum, & vxoris pactus restitutionem, Regis fidei Cameracum tradidit.

Horum exëpla secutæ, sunt aliæ vrbes & oppida nonnulla.

Non parum terruit Parisienses Meldensium à scedere defectio. Est enim ea ciuitas Lutetiæ vicina, loco sita oportuno, in ripa fluminis Matronæ, per quod omne genus annonæ ex Capania, Picardia vicinisque Prouinciis Parisien-

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

sibus aduehitur. In ipso quoque itinere qua in Belgium itur, & hactenus e Belgio in Franciam exercitus duci conueuerant. Accessit ad hæc omnia Oratio Procuratoris Generalis Regij, qui in Parlamento non minùs disertè quàm ingentose explicauit iura Legis Salicæ, successionem Henrici Regis, eius ad gremium Ecclesiæ reditum: Ex quibus concludit, nihil obtare, quo minus capax sit Regni, Coronæque Francicæ.

Regem itaque, Parlamento Parisiensi mensis spatium concedere, quo possint maturè inter se deliberare, velintne Regi obedire, eiusque gratiâ sibi demereri, an bellum ducere, & vita fortunisque omnibus periclitari. Ad cæteras quoque ciuitates Rex similes literas, & mandata per eodem dies dedit, aqua & igni interdicens his, quicumque mensis spatio imperium suum non agnoscerent.

Parisienses itaque cum trepidarent, nouam obsidionem metuentes Parlamentum ad propositiones Procuratoris Generalis,

17. Ianuarij decreuit mittendos esse Legatos ad Ducem Mœnium, Regni vicarium, eique per vnum ex ordinibus, & sex consiliarios supplicandum, vt infra mensem, aut citius (si fieri possit) commoda inueniat remedia, vt pax & tranquillitas Regno restitueretur, & Regi obediatur.

30. Ianuarij Ernestus Archidux Austriae à Rege Philippo Belgicis prouincijs prefectus Bruxellas magna pompa ingressus est. Multos in suo comitatu habens Principes. Inter quos erant Elector Colonienfis, Ernestus Bauarus, Marchio Badensis, Dux Arcotanus, Comes Mansfeltius, Comes Fuentius, Princeps Chimæus, aliique Duces, Comites, Barones, & nobiles Hispani, Itali, Germani, Belgæ, & aliarum nationum.

Ea porro fuit in Archiducis aduentu triumphî magnitudo, ea pompæ magnificentia, vt cum maiori nullas vnquam Princeps in Belgium introductus sit. Imo ne Regem quidem ipsum cum celebriori & magnificentiori pompa suscipi posse multi existiment.

Cum huiusmodi ludis, triumphis, & spectaculis iam tres dies noctesque indultum esset, Archidux ordines Prouinciarum ad palatium Regium conuocauit, ibique literas & mandata Regis, quibus Gubernatio Belgicarum Prouinciarum sibi demandatur, ostendit. Quibus lectis Mansfeltius senior, cui, mortuo Alex. Farnesio, Parmensium Duce, administratio vsque ad aduentum noui Gubernatoris erat concredita, surrexit, se officio & Magistratu suo abdicauit, & Archiduci administrationem tradidit. Deinde proceres & ordines omnes Ernestum Gubernatorem Belgij salutarunt, eum acceptarunt, eique omnem fidem, & obedientiam, quam Regi debent, obtulerunt.

7. Februarij Lugdunensis ciuitas, quæ hactenus manserat in fide confœderatorum, cum videret felices Regis progressus, & confœderatorum res quotidie minui, mutatis animis se quoque Regis fidei permisit. Itaque Consules, Senatores, & vniuersa vrbs communitas post longam & maturam deliberationem sese fidei & obedientiæ Regis subiecerunt. Ciues toto illo octiduo candidis cincti fasciis, pileisque candidis plumis ornatis recti obambulabant, omnibus in locis planioribus rogos ingentes, lætitiæ signa manifestissima, excitarunt. Exules in vrbem renocarunt, Consules, Scabinos, & Centuriones nonnullos e prioribus mutauerunt. Alphonsus Dornanus qui à Consulibus in omnem euentum fuerat accersitus, in vrbe manet, & copias suas in suburbijs retinet, donec à Rege sponsum refe-

1605.

5692.

ratur. *Ianson. li. 8. Mercur. Gallobelg. Cas. Camp. lib. 15. hist. mundi.*

Eodem mense Lugdunensium exemplum imitati Aurelianenses, Rothomagenses, Pictones, Bituricenses, Matiscenenses, & multæ aliæ vrbes & oppida Gallix, necnon particulares multi nobiles & Præfecti vrbium sese Regis clementissimi fidei subiiciunt. Quæ summa Regis humanitas & benignitas vrit hæreticos.

27. Febr. Henricus Rêx Franciæ & Navarrae inauguratur, & coronatur magna pompa & celebritate apud Carnutes, ab Urbis Episcopo. Quod Rhemorum ciuitas esset adhuc in confœderatorum potestate. Sic olim Rodolphus Burgundus, apud Sueffiones: Ludouicus Caroli Simplicis filius, Lauduni: Hugo, Compendij in Picardia: & Ludouicus iunior etiam apud Carnutes. *Petr. Math. 1. C. Lugdun. in compend. bellor. ciuil. Gallie.*

24. Februarij Mathias Archidux Austriæ Imperator exercitus aduersus Turcam ducendi à Cæsare Fratre suo renuntiatus, Vienna Iaurinum (vulgò Raab) cū tota familia profectus est, vt hostibus esset vicinior, bellique noua daret principia. Subsecutæ sunt illum quotidie nouæ copiæ, quæ in Silesia, Morauia, Pannonia conscribebantur, & Pragæ, Viennæque recensabantur.

Eodem die Pontifex Romanus in Consistorio inter alia promissit, se 5000. pedites, equites verò 500. Romano Imperatori esse missurum. Qui omnes Romanæ sedis stipendio alerentur. Ad quam summam colligendam clero per totâ Italianam sex decimæ, quæ 600000. coronatis æstimantur, imperabuntur.

Sed & Italiæ Principes Cæsari quoque pro sua quisque facultate auxilia missuri dicebatur. Magnus Hetturiæ Dux 70000. Respublica Genuensis 40000. Dux Fettrariæ 50000. Luca 20000. Parma 25000. coronatos. Dux Mantuæ & Vrbiniatum obtulere Cæsari seipfos ad bellum venturos, & contra hæreditarium hostem (si petatur) militaturos. *Ianf. lib. 8.*

Ridiculum est, attamen ominosum, quod hoc tempore nonnulli referunt de puerili bello in Turcia. Cū enim varij de felici rerum Christianarum successu rumores perditiones Turcicas spargerentur, Beglerbegus Græciæ, siue capiendi ominis causa, siue quoddam adolescentiam armis assuescere cuperet, 600. circiter pueros Turcicos, 11. 12. & 14. annorum coëgit, baculis armavit, & portis Albæ Regalis eduxit. Eductos in duas diuisit acies, vnam aciem Christianorum appellari iussit, alteram Turcarum. Illi in pugna Iesum, huic *Hala Hala*, clamare præcepit. Vtrique fortiter pugnare mandauit, & præmia victori proposuit. Datur signum, it clamor cælo, concurrunt infestæ acies, pugnatur eminus, & cominus tanto cum ardore, vt multi contusi, luxati, & semineces ad suos reportari debuerint. Interim quibus Iesus erat tessera, victoria potiti, aduersarios in fugam verterunt, & ad portas vsque infecuti, in urbem repulerunt. In sinistrum hoc omen Beglerbegus, & quotquot aderant, acceperunt, etiam verebantur Christianos posthac in bello fore victores, se autem subiugandos, & Imperio omni fore exuendos. *Idem ibidem.*

In Suecia cum Rex ordinum petitioni annuisset, iuramentum ipsi de obseruatione statutorum & priuilegiorum Regni proponitur, prælegitur, & ab eo præstatur.

Quibus ritè peractis, Ioannes Rex Sigismundi pater qui hætenus insepultus reseruabatur, solenni pompa sepelitur. Et post dies 14. Rex & Regina Vpsaliæ regia magni-

Anni
christi.

1592

1605

Anni
mundi.

5679

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

ficentia coronantur. Regina paulò post Regi masculum peperit, qui paucis post diebus, cum parentum totiusque Regni mœrore obiit. Quamobrem Rex indictis comitiis publicis, constitutisque Regni gubernatoribus, & legibus, quibus in eius absentia Regnum administraretur, cum Regina vxore, & insigni comitatu in Poloniam reuersus est.

Dum hæc diuersis locis geruntur, Romanus imperator Legatos suos ad magnum Moschouia Ducem Theodorum, ad Principem Transsylvania & Regem Polonia misit, eorum têtare volens animos, quid in bello contra Turcas præstare voluerint.

Moschouitica legatio data est cuidam Vvarkutschio, nobili ex Silesia oriundo. Qui cum ad Moschum venisset, Legatos Tartari, Turcæ, Persæ, Poloni, & Dani in aula inuenit. Tartari Turcæque legationes auditæ non sunt, sed contumeliosè his verbis reiectæ: Canes isti sese subducerent, suo enim malo breui experturos, Christum verum esse Deum. Cæsareum verò Legatum honorificentissimè excepit, totòque legationis tempore indemnem præstitit. Aderant & quotidie legato multi Moschouia proceres & magnates.

Tandem magnus Dux vocatù in aulam Legatum, quid in man datis haberet, interrogauit. Cùmque ille legationis causam exposuisset, supplicatque à Magno Duce Cæsarem contra Turcam flagitare dixisset: Dux ea re inter suos consiliarios deliberata, respondit. se in vsum belli Turcici, Imperatorem quinquies centenis aureorum donare millibus. Sed & quotannis quater centena millia daturum, quandiu bellum hoc durauerit. Orare autem se Cæsaream Maiestatem, ne cum Turcis pacem faciat, copias quoque militares è suis prouinciis collectas, se ad hoc bellum (si opus sit) missurum, pollicitus est. Paulò post Legatum ad regale vocauit epulum, in quo diuersi missus seu fercula centum aureis scutellis sunt apposta. Post epulù legato incredibilem thesauros suos ostendit.

Cùm autem Vvarkuscus quatuor penè menses in Moschouia commoratus esset, tandem discessurus à Magno Duce tribus aureis donatur vestimentis, quorum singula tribus thalerorum æstimantur millibus, Cæsareæ quoque Maiestati tot Zebellinas pelles, quot indumento pelliculando sufficiant, dono transmisit. Vvarkuscus, quia nulla preciosa penes se habebat donaria, prætor duos oblongos sclopos, mirabili artificio elaboratos, eos vicissim Duci donauit. Qui propter eximiam artem ferunt illi gratissimi. Atque ita Vvarkuscus ad aulam Cæsaream reuersus est.

Eo ipso tempore Doctor Vvackerus ex Polonia legatus quoque rediit, gratissimum afferens suæ maiestati nütium: Polonos scilicet contracto 28. armatorum millium exercitu, centum millia Tartarorum, quos Turca euocauerat, itinere prohibuisse. Multa Kosaccorum millia Cæsareæ Maiestati, si opus sit, auxilio ventura. Ad reliquas Cæsaris petitiones ordines Polonia propter Regis sui absentiam respondere non potuisse, responsuros autem, vbi Rex ex Suecia redierit.

De felicibus Henrici Regis, postquam Catholicam religionem amplexus est, successibus, nonnulla dicta sunt. At maiora adhuc dicenda restant, maioraque videbit in dies Rex, postquam religionem Catholicam, quam corde & ore profiteretur, ipso opere & manibus tuetur & defendit. Nunquam enim feliciores fuere Principes, quàm cum relictis quibus implicati erant erroribus, ad veram sinceramque fidem Catholicam transierunt. Nunquam infeli-

1605.

5692.

iores, quàm cum hac fide deferta, ad hæreses prolapsi sunt. Ut autem innumeros Principes hic transeam, vnus exemplo nobis sit HENRICVS BORBONIVS. Quas ille molestias, quas miseras, quas calamitates, quos animi moerores & angustias sustinuit, in quot periculis vixit, quàm varia vsus est fortuna, nunc victor, nunc victus, quãdiu Catholica deferta Ecclesia, opinionibus adhærebat Calvinianis, nemo nouit, sensitque, post DEVM, illo exactiùs: ad gremium Ecclesiæ reuerso, ecce quàm fausta, quàm felicia regni initia! Certatim ad illum confluunt Proceres, Principesque vtriusque ordinis, oppida, vrbes, ciuitates, non minores tantùm, sed summæ totius regni, imò ipsa Regum æterna sedes & iustitiæ, studiorumque mater LVETIA. Quæ hæretici hætenus imperium noluit agnoscere, & ne agnosceret, digna indignaque perpeffa est. Ea nunc eiusdem Catholici facti imperium vltro & quidẽ obuiis vlnis expetit, amplectitur, exosculatur. Quod quomodo factum sit, accuratiùs describetur ab aliis. Nobis satis est illud breuiter ex ipsius Regis literis ad Bullonium Ducem commemorasse.

Cum Parisiensium quidã viderent causam, ob quam hætenus bellum gesserant, conuersione Regis sublatam, deperditãque penè res & spes confœderatorum, Consilio & ope Comitum Brissaci & Bellini, olim vrbis Præfetti ad Regem mittunt, qui omnium rerum obliuionem pacti vrbem illi offerant. Facile impetrarunt, quod petebant. Dicitur igitur dies est

22. Martij, hora matutina 5. quo tempore Rex cum quatuor circiter equitum peditumque millibus ad portam, quæ Luparæ arci proxima est (nouam appellat) venit, eamque sibi referatam inueniens, nullo reclamante ingressus est, vrbeque seu potius vrbiū matrem nemine resistente, 25. circiter cæsis, suæ subiecit potestati.

* Ea dies deinceps festa fit Parisiensibus propter recuperatam sub rege legitimo libertatem.

6. Maij Christiani cum exercitu 44200. equitum peditumque insigni & celebri, præter aurigas, lixas & calones, quorum ingens etiam erat numerus, Strigonium vrbem Pannoniæ inferioris, antiquam, celebrem, & munitam, Archiepiscopali sede nobilem, sex sub se habentem suffraganeos Episcopos, obsederunt.

Vrbem hanc vnã ex Primariis Pannoniæ Soleimanes anno à partu virginis 1543. post trinam irruptionem infelicitè tentatam, nostris fortiter resistantibus, tandem deditione occupauit, operã præsertim transfugæ cuiusdam senis Calabri, qui quo loco vrbs oppugnanda esset sceleratissimè detexit. Captam vrbem mox barbarus admirabilis structura & opere ita muniuit, vt Christianis eius recuperandæ spem omnem prorsus præcidisse videretur.

Felibus nihilominus huius belli auspiciis motus Archidux Matthias vrbe eam obsidione cinxit, & 7. die Maij magna contentione verberare, inceniãque ingenti machinarum multitudine disturbare cœpit. Tandem 11. Maij primo crepusculo ea vrbs munitissima occupatur à Christianis. Ralcij cum suis in fidem recepti sunt. Turcæ verò reliqui omnes trucidati. Vrbs ipsa duobus signis Germanorum peditum, & 600. Vngaris, præter 300. Ralcios & oppidanos munita est. *Ianson. lib. 8. Mercur. Gallobelg.*

Rudolphus Imperator, vt Turcæ tam potenti hosti resistere posset, & ne quid ad bellum laudabiliter gerendum deesset, omnium Principum Christianorum opem implorauit, insuper & comitia omnium ordinum & circalorum Impetij Ratisbonæ sub finem Februarij primò indixit. Sed

Anni
Christi.

1592

Anni
mudi.

5679

1605

5692

Anni
mundi.

1679

Anni
christi.

1592

propter varias difficultates passim emergentes, in Martiū, deinde Aprilem dilata sunt. Ac tandem Maio mense initium habuerunt.

In Belgio cū magnificentissimè Rudolphi Cæsaris frater Archidux Austriae Ernestus pro Gubernatore exceptus esset, omnibusque Principibus, & subditis externis, internisque magnam spem pacis fecisset, post maturam deliberationem ad ordines Hollandiæ, Zelandiæque & reliquos confederatos pacificas misit literas 6. Maij datas. Quibus 27. eiusdem mensis ordines Generales confederatarum Prouinciarum Belgij ita responderunt, vt si causam sibi demandatam Archidux promotam cupiat, non literæ scribendæ in posterum sint, sed arma capienda. Atque ita omnis spes pacis euanuit, & tota Legatorum Ernesti cum ordinibus Belgij tractatio in irritum cecidit.

Dum hæc in Hollâdia geruntur, Carolus Comes Mansfeltius cum expedito exercitu, nomine Regis Hispaniarum in Galliam profectus Cappellam in Ducatu Thieracensi obsedit, & mœnia sine intermissione 12. machinis sic verberauit, vt obsessi, spe vrbs defendendæ abiecta, vitam, fortunâsque pacti, deditioem 10. Maij Mansfeltio fecerint.

26. Iulij sub noctem hora circiter 9. Dux Nemoræus simulauit se somno teneri, & velle cubitum ire. Exiit itaque ponè lectum vestes, & mox cubicularij sui vestimenta induens, fictos capillos capiti imponens, excrementa sua in matula sub pallio portans, non tantum cubiculo egressus est, & ternas excubias pertransiuit. Omnes enim cubicularij Ducis esse arbitrabantur. Qui interea in lecto domina sui loco iacebat. Sed & coquus Ducis eodem die in abstrusissimo arcis loco, ad quem rarus erat accessus murum perforarat, ita vt per foramen illud facilè ex arce & vrbe pateret effugium. Ex eo Dux sese per funem demisit. Cūq; periculum iam penè euasisset, à quibusdam equitibus expectabatur, qui eum in generosissimum equum subleuatum concitato cursu Viennam, ad fratrem comitati sunt, à quo maximo cum gaudio & gratulatione exceptus est.

Fuga illius & euasio non ante posterum diem est cognita. Regique extemplo per litteras significata, vt Rex aduentum suum Lugdunum tantò magis maturaret, nascentique malo remedium quæreret. Sed & Montmoratio Duci scripsere Lugdunenses, opem & subsidium ab iplo flagitantes, vt hostibus dira minitantibus possent resistere.

Hoc anno post restitutam Regi Lutetiam, libellus supplex ab vniuersitate Parisiensi, supremo Parlamento exhibitus fuit Aprili mense, cuius hæc fuit summa & conclusio, vt Iesuitarum secta (sic enim appellant) exterminetur, non tantum Vniuersitate, sed toto etiam Regno Franciæ.

7. die Iulij Curia Parisiensis, eis diem dixit, eosque in ius vocauit, vt publicè causam dicerent, seseque defenderent. Illi verò per Aduocatum suum responderunt, causam suam, causam esse multorum Procerum, qui iam fideles se Regis ministros esse declarauerant, Consultum non esse, vt hæc omnibus reuelaretur. Petierunt itaque vt clausis ianuis de ea disceptetur, iudiciūque coram personis tantum necessariis fiat. Quod & impetrarunt. Momordit hoc aduersarios, qui clamori, & multorum astantium applausui, acclamationique potius quàm causæ æquitati confidebant. Decretum igitur vt Processus iuris clausis foribus institueretur, & disceptetur. Designati sunt aduocati, Academiæ M. Antonius Arnaldus; Pastorum vrbs, qui se Academiæ iunxerant, Ludouicus Dolleus; Societatis Iesu, Claudius Duretus; Procuratoris Generalis Regiæ Maiestatis, Dominus A.

1692

1605

Seguerius Aduocatus Regis Generalis, orator ætate nostra clarus.

Societatis defensionibus, & aliorum accusationibus, præsertim ipsius Arnaldi excusæ sunt postea, & prostant, ad quas lectorem remittimus. Hoc scimus, causam eam ut maximi momenti & ponderis, à sapientissimo Parlamento non fuisse tum iudicatam, sed suspensam, ut aiunt, & retentam, ut maturo consilio postea & per otium examinaretur. Excusus aliquanto post fuit libellus ea de re gallicè, cuius fere hic titulus est: *Veritas defensa pro religione Catholica, in causa Iesuitarum, contra actionem iudicalem Anton. Arnaldi, per Franciscum Montium, Taurini per Michael Gaillard 1595.*

* 28. Iulij Ludouicus Borbonius Henrici Borbonij Cœdæi Principis frater, S. R. E. Cardinalis Parisiis moritur in Abbatia S. Germani de pratis, an. 33. ætatis ann. natus enim fuerat anno Domini 1561. *P. Vict. Cæyerius 3. parte Chronolog. nouem.*

Scotorum Rex Iacobus prolem ex vxore sua Dana suscitauerat, iamque tempus instabat, quo infans baptizaretur. Misit itaq; magnificam legationem ad ordines confœderatos Belgij, petens ut ipsi puerum è fonte leuarent. Gratissima fuit ordinibus hæc legatio, qui consilio coacto, singulos legatos singulis catenis aureis mille florenis æstimatis donauerunt, & Dominum de Brederode, Aldegundum, & alios nonnullos designarunt, qui in Scotiã proficiscerentur, scyphos aureos duos, sex florenorum millibus æstimatos puero iam baptizato donaturos. Prosperum itaq; ventum expectantes, vltimo die Iulij sublaris velis ora soluerunt, & in Scotiam nauigarunt. *Ianson. lib. 10.*

27. Augusti nocturno tempore Turca Raban, seu Iaurinum, quam urbem superiore mense Sinam Bassa arctissime obsederat, & oppugnabat quotidie, iterum ignitis aliquot globis in tecta ciuium immisis, expugnare tetauit. Sed incendia excitata exiguo damno extincta sunt. Qua re irritati oppidani, sub ipsi diei crepusculum in castra hostium eruptionem & impetum fecerunt. Sed à Turcis qui maioribus copiis reuertebantur, repulsi & munitionibus reiecti sunt.

Tandem 29. Septemb. hora 10. ante meridiem Comes Hardechius certis conditionibus urbem inuinitissimam, & Christiani orbis propugnaculum immanissimo Christianorum hosti tradidit. Sed aliquantò post, scilicet 10. Iunij anni sequentis, de prodicione urbis accusatus & conuictus capite plectitur Viennæ in Austria. *Idem Ians. lib. 11. & 12. Mercur. Gallobelg. & Cas. Campana l. 15.*

Mense Septembri Iacobus Horstius antiquiss. & celeberrimus Medicinæ in Academia Helmstadiensi Doctor, & facultatis Dæcanus in Silesiam profectus est, ut puerulum Septennalem molitoris cuiusdam videret, cui paucis ante Pascha diebus an. 1593. dentes quidam exciderant, eorumq; loco alij. & in his aureus vnus dēs molaris, in inferiore maxilla succreuerat, eadem forma & quantitate qua erāt alij. Ne autem falleretur, ait idem doctor, se eundem dentem ad lydium lapidem probasse, & paulò pretiosorem auro Rhenano deprehendisse, digitis eundem contrectasse, immobile eum, & fixum, gingiuamq; circumductam viuendam, rubicundamq; inuenisse, &c. De hoc naturæ miraculo postea idem D. Horstius disputationem instituit, & de eodem libellum edidit, in cuius priore parte quærit, *Virum naturalis eius generatio fuerit an non?* In posteriori: *virum digna eius dari queat interpretatio.* Excudit Lipsiæ Valentinus Vægelinus.

Per hos dies noua ciuitas Palma à Venetis ante annum

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

1679

1605

1691

Anni
Christi

1605

Anni
mundi

5692

in foro Iulij, non procul ab Aquilegia ædificari cœpta, absoluitur. Sub primis fundamentis positi sunt ex vario metalli genere nummi, qui ab vno latere effigiem D. Marci cū hac inscriptione habebant: PASCALE CICONIA DVCE VENETIARVM ANNO M. D. XCIII. ab altero typum ciuitatis, in medio crucem cum tali inscript. IN HOC SIGNO VINCES. in circuitu verò: FORI IVLII ITALIAE ET CHRIST. FIDEI PROPVGNA CVLM. Ciuitas ipsa rotunda est, plateis, & ædificiis continuè distincta & ornata. Nouè in ambitu habet munitiones singulas 200. passibus à se inuicem disterminatas. Tribus tantum portis patet exitus, & ingressus. Nouem fora seu plateas habet, quorum primum in vrbe est centro, ex quo ad singulas munitiones lata via itur. In vmbilico huius fori munitissima turris in altissimam molem exurgit, ex qua ad singulas munitiones commodissimus est prospectus.

20 Septembris Sigismundus Princeps Transsylvaniæ, cum suorum conspirationem detexisset, actu eos capit, & de iis sumit supplicium. Postea publico edicto per totam regionem omnibus facultatem dedit propriis suis sumptibus arma capere, & in militiam aduersus Turcam proficisci. Omnem prædam, quam ex hoste referrent eis ex solido donauit. Hac munifica Principis oblatione prouocati Transsylvani certatim sese armant & ad 40. millia confluent, qui recensiti ac lustrati, sacramentoque militari inter se deuincti Danubium versus primam expeditionem instituerunt. Vbi in primo suo aduentu felici auspicio naues aliquot Turcicas, omni comæatus, merciumque genere, auro quoque & argento oneratas inuenerunt, primoque impetu 7. ex illis interceperunt. Octaua, quæ & prætoria erat, in tutum enauigauit. Turcas plurimos occiderunt, inæstimabilem prædam adepti, septem signa militaria ad Principem suum retulerunt.

Eodem mense Spandauia, quod est oppidulum Electoratus Brandenburgensis Dæmon specie humana visibili, iuueni-euidæ Gabrieli Crumero apparuit. Aliquāto post Angelus: secundò Dæmon, iterum Angelus, & deinceps tertio & quarto, à quo miranda audiuit iuuenis. *Extat scriptum hac de re à Iacobo & Alberio Coleris, & Io. Prætorio Pastoribus & Curionibus Spandauensibus, August. confess. hominibus.*

In eodem oppido Diabolus visibiliter obambulat, plures quàm 20. homines corripuit, & possedit, in ipsa ædificiorum tecta abripit, & miseris modis diuexat. In publicis etiam plateis disseminat pecuniam, torques aureos & argenteos, annulos, cultros, ligulas, acus, quorumlibet filorum glomos, fascias, aliæque eius generis plura. Quicūque autem aliquid ex his sumit, statim à Dæmonio corripitur. Quare & in scholis, & in templis prohibitum est, vt omnes ab huiusmodi missilibus abtineant. *Ianson. lib. II. Mercur. Gallobelg.*

In Gallia multæ ciuitates quotidie à sancto fœdere ad Regem deficiunt. Paret nūc illi tota ferè Normania, Guiëna, Delphinatus, Campania, &c. Sed cum Picardi constantes in fœdere manerent, Rex in eos armis conuersis, Laudunum obsidet, & sibi subiicit, Nouiodunum sese dedit, & præsidium à Rege accipit.

In Scotia hoc mense Octobri nouus tumultus inter Catholicos & hæreticos exortus est. Hæretici namque catholicis quibusdam Comitibus insidias struetes, apud Regem egerunt, vt ipsis exercitium religionis, quod hactenus in castris suis liberum habuerant, interdiceretur. Non paruerunt edicto Comites, & vel tantillum sibi pro omnibus

1609

5696

officiis & beneficiis Patriæ præstitis deberi existimabant, ut inter domesticos, intra priuatos parietes veræ & auitæ suæ Religionis exercitium sibi permitteretur. Non tulerunt id aduersarij, sed clam collectis ex Scotis & Anglis decem armatorum millibus Comites istos ex improviso opprimere statuerunt.

Comites huius rei certiores facti, ex domesticis, nobilibus, aliisque subditis & sociis pro temporis angustia mille equites contraxerunt, quibus se, vxores, liberos, aras & focos defenderent, Religionem Catholicam propugnarent: aut (si Deo ita visum fuerit) pro ea fortiter occumberent. In mora erat periculum, tumultuariè fiebant omnia. Ante pugnam Sacerdotibus omnes consententur. Viaticum corporis, & sanguinis Dominici percipiunt. Sacerdos gladiis eorum, iuuocato Dei nomine, benedicit: ex bysso candidissima cruces sibi consciunt, quas galeis imponunt, ut quod corde credebant, externo hoc signo confiterentur. Itum sic in prælium, ventum in conspectum hostium, qui eos loco non satis opportuno, sed palustri, & equis permolesto expectabant. Ut paucis finiam, ceciderunt hæc pugna Caluiniiani circiter octo millia & plures. E catholicis 17. tantum desiderati, vulnerati verò ad septuaginta tantum.

Hæc victoria singulari beneficio Dei parta qua Catholicorum oppressos animos in fide voluit confirmare. Scotiæ Rex audiens tantâ tam numerofo exercitui, à tam paucis hominibus cladem illatam, effusè risisse dicitur. At publicæ pacis seruandæ gratia, Comites illi ad tempus breue exulare iussi sunt, vxoribus tamè, liberis & fortunis omnibus saluis. *Ians. lib. 11. Merc. Gallob. Cas. Camp. lib. 15. hist. mund.*

Mense Nouembri Princeps Ioinuillæus, nunc Guisæ Dominus, sese cum fratribus suis, vrbe Rhemenfi & aliis vicinis vrribus, aut oppidis quibus imperabat, Christianissimæ Regiæ Franciæ fidei & clementiæ subiicit. A quo humanissimè exceptus, Prouinciæ, quam vocant, Gubernator cõstituitur. *Super ea re Regis edictu promulgatu, extat excusum.*

27. Decembris Henticus Rex Franciæ & Nauaræ Lutetiæ vulneratur à Ioan. Castello Mercatoris Parisiensis filio, adolescente 18. annorum, qui eum interficere decreuerat. Ob quod facinus & scelus die 29. eiusdem mensis à Senatu Parisiensis condemnatus, vinctus in publicum producitur, & ad mortem rapitur.

Eodem Arresto omnes Sacerdotes Soc. nominis Iesu collegij Claromõtani, & omnes alij prædictæ Societati addicti tanquam corruptores iuuetutis, perturbatores publicæ tranquillitatis, inimici Regi & Regni infra tres dies post promulgationem huius Arresti, Lutetia, & aliis vrribus atque locis, vbi sua tenent collegia: & infra 15. subsequentes dies toto Regno excedere iubentur. Quod nisi fecerint &c. Patres obstreperi aut rebelles curiæ mādato non fuere, neque populum ylla in vrbe, vbi erant, ad sui defensionem concitauerunt, sed obedientes Regi, & Parlamēto, Regno exierunt. Prius tamen ad omnia quæ ipsis obiiciebantur, tum à Rectore & Procuratoribus facultatum Academiæ Parisiensis, tum ab accusatore suo Arnaldo dilucide responderant. Quæ cum vtrinque, ut iam superius diximus, typis Parisiis, aliisque in locis extent edita, qui volet, hæc sibi comparet. *Ianson. lib. 11. Merc. Gallobelg. & Cas. Campa. lib. 16. hist. mund.*

Expulsi ergo cum essent Lutetia, & aliquot aliis vrribus Parlamento Parisiensis subditis, Retenti tamen Burdigalæ, Tholosæ & in vrribus quæ his duobus Parlamenti subditæ sunt.

Annus
Christi.

1605.

Annus
m. dci.

5679.

1609

5692.

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

Speramus, quia tandem obtinere solet veritas, eos breui redituros vnde deiecti sunt. Nam exhibuerunt Henrico Regi Christianis, libellum supplicem, qui excusus est Burgalæ hoc anno 1599. quo aperte & fortiter refutant, & à se depellunt calumnias, quas aduersarij obiecerunt.

* Sub hoc tempus prope Rostochium in Mechlenburgensi ducatu prodigium mirum visum est. In Ecclesia pagi Muifal pulpitum est ligneum, antiquum, aridum, teredine erosum, viuo lapidi impositum. In scapo huius pulpiti excreuit manus humana, digitis 4. & pollice erectis, vnguibſque suis munitis. In cuius aduersa parte facies humana conspicietur, oculis, naso, barbatoque ore distincta. Manus hæc frequenter in die mouebatur seseque vertebat tanto cum conamine, vt sudauerit sudorisque guttæ in subiectum lapidem defluerent. *Ianson. Mercur. Gallobelg. lib. 9.*

1595. 1. Ianuarij solennitas & cæremoniæ ord. Equitum S. Spiritus ab Henr. 3. instituti, iam aliquot annos intermissæ per hos Galliarum tumultus, ab Henrico 4. Franciæ & Navarræ Rege, Lutetiæ Parisiorum in Augustinensium conuentu magna pompa, & populi frequentia renouantur, & celebrantur. Cooptatis in eum ordinem & à Rege ipso creatis aliquot magni nominis Ducibus nobilibus viris.

Sigismundus Princeps Transyluanicæ, Regis Poloniæ nepos, luuenis 23. circiter annorum, si quis alius cathol. Religionis studiosissimus, vt res suas stabiliret, maioremque potestatem, autoritatem, & commoditatem res bene gerendi sibi compararet, magnificam legationem fœderis in eundi causa ad Rodolphum Cæsarem misit. Quæ 12. Ianuarij Pragam cisis 20. & equitibus 150. venit.

Ei appropinquanti comitatus insignis obuiam missus, & ab eo in urbem deducta, multis lætitiæ signis, magnoque honore, & liberalitate fuit excepta.

Ibidem conditiones fœderis seriò grauitèrque disceptatæ, præsentè & approbante Legato Clementis VIII. Pontif. Max. tandem composita, acceptæ, & subsignatæ sunt.

Initio etiam huius anni singulari Dei beneficio per Sigismundi Sueciæ, Poloniæque Regis, & Theodori, Ioannis, Basilidis filij, Magni Moschouicæ Ducis Legatos, pax firma constituta est.

15. Ianuarij Magna in Imperio Ottomanico facta est mutatio Amurathes enim 3. Turcarum Imperator. Selymi filius, Solymani nepos, an. ætas 56. vitam imperiumque cum magno vlulatu, blasphemia & impatientia, in summa miseria finiuit, anno Imperij sui 21. nam Imperare cœperat an. Christi 1574. E numerosissima prole suscepta à variis vxoribus filios reliquit 20. & filias 22.

Mahumetes maior natu intellecto patris obitu mox Constantinopolim aduolat, statimque à primariis Bassis, omni populo, totoque exercitu inscio, Imperator renunciatus est. Nec mora, fratres suos omnes numero 19. ad cõuiuium inuitatos, nihil mali suspicatos trucidari iussit. Et cum satis crudeliter in fratres iam natos sæuisset, metuens, ne quis adhuc nasci posset, eodem die decem Patris sui vxores in mare proiici & suffocari mandauit. Cubiculariorum magistro, qui obitum patris vsque ad ipsius aduentum ex Amasia Prouincia, occultarat, duo Cechinorum millia donauit, & Matrem suam magnificè, opulentèrque donatam in longinquam regionem, vt ibi habitaret, amandauit.

Hoc modò Mahumetes imperium patris adeptus est. Eum porro esse 13. caput imperij Turcici, ex genealogiis Imperatorum, quæ ex monumentis Prusæis, Amasianis, Sebastenis, Hadrianopolitanis, Constantinopolitanis ex

1605.

5692.

historia præcipue Muselmannorum desumptæ sunt, luce meridiana constat clarius.

Primus enim Osman, vel Otthomânus genuit 2. Vichanem, qui procreauit 3. Murathem 1. à quo genitus 4. Baiafetes, à Tamerlano captus, & in cauea extinctus. Is quantum generauit Mahumetum, qui fuit pater sexti Murathis, scilicet 2. Cuius filius fuit Mahumer 2. in ordine Imperatorum 7. Ex eo natus est 8. nomine Baiafetus 2. qui protulit 9. Selymum, qui primus à parricidio fratricidioq; imperium auspiciatus est. Is generauit 10. Solymanum, in pugnis & victoriis felicissimum, qui tempore Caroli V. & Ferdinandi Imperatorum vixit, & ante Segethum moriens 11. post se reliquit, Selymum 2. Patrem duodecimi Amurathis 3. cuius obitum superius diximus. Peruenit itaque nunc imperium ad 13. Mahumetum scilicet 3. qui nunc regnat. *Ianson. lib. 12. Merc. Gallobelg. & Casar Campana libr. 16. histor. mund. & N. Montrolius de sacro monte l. 5. histor. general. Hungaria.*

Hoc eodem mense Henricus Rex Franciæ, Hispaniæ Regi & ipsius subditis bellum parat, quod ipsi iure belli indicere volens, literas indictionis scribi, & Lutetiæ publicari prius mandauit.

Huic vt responderet Rex Philippus simile edictum die 17. Martij scribi & Bruxellis publicari iussit, bellum & omnem hostilitatem Franciæ Regi & suis subditis denuntians.

24. Ianuarij Ferdinandus Archidux Austriæ, Ferdinandi Imperatoris filius, Maximiliani I. frater, vitam cum morte commutauit.

* 25. Ianuarij, festo Conuersionis D. Pauli, qui & Tarsensis fuit, Ioannes Faber, patria Lugdunensis, professione Dominicanus, & Parisiensis facultatis Theologiæ Doctor, sacratus fuit Archiepiscopus Tarsensis in Fano Insulæ Barbaræ prope Lugdunum, à Petro Epinaco Archiepiscopo & Comite Lugdunensi, & à Petro Villario Archiepiscopo & Comite Viennensi, ætate tam grandi & valetudinario in subsidium muneris suffraganeus assumptus. Concionator celebris, vir doctus, & de re Theologica bene meritus, utpote qui in concionatorum gratiam emisit in lucem collectionem concionum quadragesimalium, cum historia Dominicæ Passionis, & feriis Paschæ. *Liber excusus est Lugduni sumptibus Petri Rigaud bibliopola, 1605.*

Hoc mense Legati à Venetis Henricum Regem Franciæ, salutaturi, Parisios veniunt hi tres, Vincentius Gradeuicus, Io. Delfinus, & Petrus Duodus. Primi duo vt Christianis. Regi felicè successum gratularentur; tertius vt resideret in aula Regis, & succederet Ioanni Mocenigo, qui à Venetis reuocabatur.

21. Februarij Ernestus Archidux Austriæ, Belgicarum prouinciarum gubernator generalis, anno ætatis 42. placidè in Christo Bruxellis obdormiuit. Qui illud ab aduersariis, encomiū tulit, quod fuit Princeps grauis, qui rarò visus ride-re, benignus tamè, clemens, pacificus, Romanæ catholicæ Religionis obseruatissimus, ad Hispaniarum Regis obsequiū promptissimus, priuatū comòdum non quærens: Ita vt sæpe nō haberet vnde domesticis & creditoribus persolueret, cum tamen frugi esset, nec vlli fastui aut pompæ deditus.

Mense Februario Legatus Principis Transyluanie Stephanus Paschaius Praga profectus est, vt Mariam Christianam, Caroli Archiducis filiam, Reginæ Poloniæ sororem Domino suo in fœdere cum Cæsare promissam, Principis sui nomine desponsaret. Legatum comitabantur Ferdinandus & Maximilianus Archiduces Austriæ, atque in eunte mense Martio circa vesperam Græciam Stirie Me-

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

tropolim venerunt. Postridie sponsa Transsylvano in matrimonium traditur, & legato illius per Episcopum iuncta, in communem thorum adlocatur. Ducentibus sponsam Maximiliano Maximiliani II. & Ferdinando Caroli filio, sponsæ fratre. Biduo post desponsationem legatus Græcia discessit, quem sponsa circa Pentecostem in Transsylvaniam sequeretur.

10. Martij inundatio mira & prodigiosa Beremburgi ad Salam, quod oppidum est Principatus Anhaltini. Cladem quam hac eluie oppidum istud accepit, nemo facile descripserit. Corrupta ingens annona, frumenti incredibilis copia, armentorum pecorumque magnus submersus numerus. 160. ædes funditus eversæ, plures laceratæ, pauca remanserunt integræ. Quæ nisi aut reparatæ, aut trabibus suffaltæ tempestiuè fuissent, pleræque corruissent.

Baccharach oppidum est in ipsa Rheni ripa, inter Confluentiam, & Moguntiam situm. Hic 14. Martij, natum est monstrum horrendum, & maximè prodigiosum, anterior e superiorèque parte homini, posteriore inferiorèque serpenti simile, caudam habens tribus vlnis longam. Nec diutius vixit, quàm quoad munere suo, propter quod missum erat, perfunctum esset.

Cum enim pater homo impius, contemptor Dei & hominum, ebriosusque Dominica quinquagesimæ in cauponam abiisset, vt secundum consuetudinem suam ad vomitum potaret, luderetque aleis, & omnem improbitatem exerceret: vxor verò illius partui vicina eum secuta admoneret, vt ab ista impietate abstineret; homo impius non tantum monitricis verba contempsit, sed eam miserè percussit, præcepit cum viuo suo dæmone, quem vtero gerebat, & qui illi in partu opitularetur, domum concederet. Si non pareat, se gladium suum capulo tenus in ventrem illius impacturum. Illa verò, Eia, inquit, Mi vir, egone viuum gero dæmonem, esto igitur. Nec plura locuta, domum reuersa est, maritum inter combibones, aleatorésque relinquens. Cùm domum venisset mulier, dolores partus sensit, & terribile hoc monstrum, omnibus qui aderant, horrorem incutiens, peperit. Phæax autem ille, cùm libidinem suam potando, ludendoque satis expleisset, & ipse domum rediit: ingressusque est vbi & puerpera & partus iacebat. Monstrum instar falconis in eum illatum insibilans, caudæ suæ implicatum hominem venenosis ictibus eum in modum pupugit, vt toto corpore tuberibus, contusionibusque pleno, paulò post in felcem animam exhalauerit. Marito mortuo puerpera quoque extincta est, & tandem monstrum viuere desit.

Obierat mense Martio illustris. Venetorum Dux Pascalis Ciconia, 87. suæ ætatis anno, rara prudentia ad summum elatus per medios gradus illius Reipub. oratione funebri Latina & elegante laudatus ab Ænea Piccolomini oratore eloquentissimo, & professore literarum humaniorum in ea ciuitate.

24. Aprilis defuncto Duci suffectus est Marinus Grimanus Senator summæ bonitatis. Qui postridie solitis cum ceremoniis inauguratus, & Ducali pileo redimitus est.

Hoc tempore Florentiæ monstrum natum est, visu horrendum, capite simiæ, barba promissa, tam manuum quàm pedum vnguibus aquilinis. Statim verò cum in lucem prodiiisset, expirauit.

Mirum est & illud, quod 2. Maij in Diocesi Colonienfi, Ducatu Iuliacensi, & quibusdam locis Brabantiæ diuina dispensatione contigit. Cum enim cælum nubibus esset

1605.

5692.

obductum

obductum, tandem procellosus imber cælo decidit, & vnà cum aqua siligo & triticum tam copiosè delapsa sunt, vt incolæ colligentes grana comminuerint, inuenerintque farinam candidam. Vnde panis confectus est, humano quidem vsui idoneus, sed alio pane paulò amarior. *Idem anno 1567. accidisse testatur Cornel. Gemma lib. 2. Cosmocrucorum. c. 2.*

26. Aprilis Torquatus Tassus Poëta & Orator clarissimus, Romæ moritur. Vltimo vitæ die & cum iam vicinus esset morti, missus ad eum fuit Cardinalis Cynthus à S. Pontifice inuisendi & consolandi eum causa. Qui eidem absolutionem & indulgentiam plenariam ipsius S. Pontificis nomine impertiret, vt cum hac quiete & bona spe animus abiret è corpore. *Cæs. Camp. lib. 16. hist. mund.*

24. Aprilis Vienna Allobrogum, cum iam antea semel atque iterum irrito conatu têtata esset, deditioe facta per Gubernatorem vrbs, Montmorantium Ducem intrò admisit. Huius vrbs deditio non patum Lugdunensium res, atque adeo ipsius Regis Franciæ stabiliiuit.

Non ita multò post Diuionenses cum aliquot aliis vrbi- bus se dedant in potestatem Regis.

Sub finem Maij Magnus Magister Meltenis moritur, relictis 300000. aureis scutis. In cuius locum successus & electus est Martinus Arcies Arragonensis eques iam sexagenarius. Sed cui cruda est viridisque senectus.

Classis Hispanica, quæ annorum aliquot tributa, & ingentem per Americam auri argentique vim collectam vehebat, hæctenus in Hauana, Cubæ insulæ portu constiterat, ante mensem plus minus è portu egressa, Hispaniã versus velificarat, & per hos dies incolumis ab omni Anglorum, aliorumq; pyratarū vi inuiolata, Hispalim appulsa est. Constabat ea nauibus 23. quæ totidè auri milliones (vt vocant) aduehebant. Thesaurum sanè qualem nullus Monarcha ab orbe condito, vno eodémq; tempore & loco vidisse creditur. Huic diu, sed frustra, insidiati fuerant Anglici pyratæ, variis classibus per mare Athlanticum distributis.

9. die Iunij Poloniæ Regi natus est filius, cuius natiuitatem Poloni publicis Indis ac triūphis incredibili cum gaudio celebrarunt.

20. Iunij Comes Fontanus Belgij pro tempore Gubernator in sinibus Picardiæ Castelletum oppidum Veromandæ munissimum, quod Cameraco distat 4. gallicis miliaribus, obsedit. Erecto sequentibus diebus vallo & aggerè omnem tormentorum apparatus protulit, atque 25. Iunij sub auroram immanibus pilis mœnia cœpit prosternere. A meridie Vyalones per muri ruinas irruptione fortiter tentata, obsessos eum in modum perterruerunt, vt eodem die sub noctem desperatis auxiliis de deditioe agere cœperint, & postridie Galli cum armis & impedimentis numero circiter 800. vrbe decesserint.

Cæterum dum Castelletum obsidetur, Hannum Veromandæ oppidum Regi Galliæ proditioe recuperatur. Gommeronus Gallus qui arci eius oppidi præerat, & proditiois tegendæ causa in Brabãtiam venerat, ad pecuniam sibi debitam, & æs mjlitare efflagitandum, Bruxellæ capitur & in castra retractus, gladio propter eam proditioem percutitur.

14. Iulij Comes Fontanus Dorlantium obsidet, & summa cum pertinacia & celeritate oppugnatum paucis post diebus expugnat, vrbe direpta, potior prædæ pars Hispanis cessit. In ea comæatus armorum pulueris tormentarij magna copia, cum 26. tormentis bellicis & 400. circiter generosissimis equis.

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

Hoc eodem mense Carolus Comes Mansfeltius, paulò ante Princeps Imperij creatus à Cæsare, ad bellum in Vngaria contra Turcam gerendum, Strigonium urbem munitissimâ obsidet, & aliquot post dieb' oppugnare incipit.

14. Augusti circa Vesperam Comaræ, quo se e castris & obsidione Strigonienfi, in lectica, medicorum suafu transportari iusserat, febre, quam dysenteria excepit, aliquot dies cum laborasset, placidè in Domino obdormiuit. Princeps longiore vita dignus, magnus quidem corporis mole, sed maior animi fortitudine, qui à teneris annis inter arma enutritus, præclaram semper, dū vixit, Regi Hispaniarum Philippo nauauit in bellis operâ. *Ian. h. 14. Mercu. Gallobelg.*

* Strigonienfis obsidionis, & in ea de Turcis partæ victoriæ per fortissimum Principem Carolum Mansfeldiæ Comitem succinctam ac diariam synopsis ab Arnol'do Helio Medioburgen, digestam ann. 1595. inter Turcicarum rerum narrationes recensuit Nicol. Reufnerus, vnde & hoc carmen chronographicum in curiosi lectoris gratiam huc transtulimus.

QVI TVRCIS tIMor, HVngarICIS spes CaroLVs,
hVnC bls septena AVgVsti toLLIt In astra dies.

In quo literæ numerales efficiunt an. 1595.

Sequenti die, qui fuit 15. Aug. assumptæ B. Mariæ virginis facer, Carolus Dux Nemoræus, cum longo & immedicabili morbo diu conflictatus, tandem Anicij in Ducatu Sabaudia moritur, non sine suspitione veneni, vt in corpore aperto apparuit medicis. Atque ita intra biduum duo tota Europa clarissimi & bellicosissimi Duces præmatura morte nobis erepti sunt. Hunc certè in ipso ætatis flore interemprum luxerunt multi, *De morte & extremis huius magnanimi Ducis vocibus lege epistolam 9. mor alium epistolarum Equitis Durfei, Lugduni excusarum ann. 1598.*

Per eodè dies Carolus Gonzagua Dux Mantuæ, Praga, cum Cæsaris licentia decessit, & in castra ad Strigonium profectus est, vt & ipse cæteris Christianis in Otthomano tyranno opprimendo mutuam operam commo-daret, præsidiumque adduceret.

Moritur interea Perfarum Rex, cui filius successit, regni quidè paterni, sed non fœderis cū Turca initi, hæres. Cuius Regis mors res Otthomanicas non parum labefactauit.

* 22. Augusti Rex Mogor accedens ad P. Pinnerū & alios in festo B. Mariæ ad niues dixit: Cur nō extruitis Ecclesiâ, & omnes Christianos facitis quotquot esse velint. In quo apparet, esse illi genti innatâ quandâ ad cultū Christianū propensionē. *Ex literis P. Pinneri, ex aula Magni Mogor. 3. Sept. 1595*

Primo die Septembris Strigonium post longam obsidionem, in qua Turcæ multa passi sunt, deditur Christianis. Hoc modo celeberrima inferioris Pannoniæ vrbs, ad Istri & Grani confluentem sita, postquam quinquaginta iam tribus annis sub crudeli Barbarorum imperio fuisset, Christianis à Deo Opt. Max. auspiciis Rudolphi II. Cæsaris & industria, virtutèque Comitum Caroli Mansfeltij, Palfij, & Ioannis Medicei potissimum est restituta.

Cum autem Romæ nuntiatum esset Strigonium esse in potestate Christianorum, magna in vrbe orta est lætitia: omnia tormenta in mole Adriani excussa, institutæ supplicationes, & Deo actæ sunt gratiæ. Quibus Pontifex ipse interfuit, è Vaticano ad Mineruam, & inde ad templum B. Mariæ, cui ab anima nomen est procedens, Deoque gratias agens, pro tam insigni victoria Christianis concessa.

Inter Christianos captiuos, qui Belgradi in carceribus detenti à Sinano Balsa Constantinopolim ducti sunt, in-

1605

5692

uenta est quædam mulier virili habitu induta, quæ multos annos Christianorum castra secuta erat, & Cæsari fideliter militauerat. Mirati Turcæ rogarunt eam, annon sub hoc habitu viris vnquam permixta fuisset? Negate illa, interrogati sunt & reliqui captiui, an hanc mulierem nõ cognouissent? Qui omnes iureiurando affirmarunt, se omnes illam virum esse semper existimasse. Perlata est huius rei nouitas ad aures Sultani, qui eam ad se duci præcepit, atque inter cætera interrogauit, num sic sexum mentita vnquam Turcas interfecisset? Illa nihil aliud rata, quàm vt mox interficeretur, imo mortem ob captiuitatis immanitatem in votis habens; ait: se quædiu Cæsari meruisset, quæ militem decet semper cum optima fide egisse; in omnibus expeditionibus, oppugnationibus, velitationibus, ac pugnis, ad quas mandato Præfectorum suorum missa fuerat, se virum exhibuisse, nihil hosti pepercisse, sed plurimos cæsim punctimque feriendo interfecisse. Admiratus Sultanus virilem mulieris animum, eam primò per urbem duci, vt ab omnibus conspiceretur, iussit, reductam Sultanae suæ donauit. *Jansonijs libro 14. Mercur. Gallobelg.*

Dum hæc in Vngaria geruntur Henricus Gallia & Nauarræ Rex Christianissimus Lugduni expectabatur, vbi multi erigebantur arcus triumphales, columnæ, picturæ, statuae, magnusque fiebat apparatus, ad eum excipiendum.

Tandem 4. Septembris urbem ingressus, ab omnibus ciuibus incredibili triumpho & pompa exceptus est. Extat memorandæ huius pompæ & magnificentia libellus P. Matthæi I. C. Lugduni postea excusus sequenti anno. E quo nos Lectori rem gratam facturos esse putauimus, si vnam aut alteram inscriptionem hic poneremus.

PERENNI MEMORIAE.

HENRICVS BORBONIVS Rex Nauarra ab ineunte aetate miles egregius & insignis imperator, post aduersos simul & prosperos vna successus III. No. Augusti M. D. XXXIX. Rex Franc. inauguratus, victis, fisis, fugatisq; hostibus, victor, triumph. Lugdun. constantis fidei urbem, vultu maiestatis & amoris pleno NONIS SEPTEMB. AN. M. D. XCV. ingreditur.

DECRETOS publicis votis Regis opt. congratulationi, triumpho, expectatissimo aduentui honores COS. Lugdunen. ingenti apparatu, magnificis sumptibus, & incredibili animorum propensione quingentis operarijs & artificibus absolutiss. exhibuerunt.

Postridie Calendas Octobris Cameracum diu ab Hispanis obsessu Comiti Fontano deditur & traditur. Inde excedunt Galli cum armis & impedimentis suis. Ductore Balagnio Marechallo (qui eam ciuitatem per 14. annos tenuerat) & in Gallia fines nullam iniuriam passi 9. die Octobris peruenerunt.

16. Octobris Ciues Cameracenses indictis optimatum Comitibus, de Repub. constabilienda per aliquot dies consultarunt, & tandem libellum supplicem Comiti Fontano obtulerunt, quo petebant, vt Potentissimus Hispaniarum & Indiarum Monarcha, ditionem Cameracensem suis prouincijs adiungeret, supremum ius, & temporale dominium Catholicae suae Maiestati offerentes, modo ipsi iisdem legibus, immunitatibus, & priuilegijs fruerentur, quibus sub Archiepiscoporum imperio, vti prius consueuerant. Quorum opes infirmiores esse aiebant, quàm vt urbem in Belgij finibus sitam, & hostium insidijs obnoxiam, diu contra potentes Gallia Reges tutari possint. Fontanus benigne eos excepit, atque de his rebus se ad suam Maiestatem diligenter perscripturum respondit. *Jans. li. 14. Mercur. Gallobelg.*

Hoc mense Octobri, postquam Henricus Rex Gallia & Nauarræ Catholicae Ecclesiae fuit reconciliatus, & ab ex-

Anni
Christi.

1592

Anni
mandi.

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

communicationis vinculo Pōtificis gratia absolutus, Multi Principes, qui antea confederatorum partes secuti erāt, Regi sunt reconciliati; inter alios etiam Dux ipse Mœnius, confederatorum caput & protector generalis. Nemoræus Caroli defuncti frater, Iosephus & Elpernonius, & cum ipsis multæ vrbes Gallia, & magnus nobilium numerus.

10. Nouembris Dux Montmorantius Parisios venit, ab Henrico Rege accersitus, qui eum magnum Francia Connestabilem creauit, & vt à Parlamento Parisiens. confirmaretur, mandauit.

Circa hoc tempus Ludouicus Gonzagua, Dux Niuernensis, Princeps de Catholica religione, de Gallia & ipsius Regibus bene meritus, & imprimis de Henrico 4. cui fidelem semper nauauit operam, & pro ipso superiore anno legatione de rebus maximis ad S. Pontificem, functus fuerat, obiit diem suum, & Niuernis sepultus fuit in monumento, quod viuens sibi ædificari curauerat.

Mense Decembri Philippus Croius Dux Arschotanus Venetiis dierum plenus, è vita decessit. Princeps pacificus, Pius, & Carolo V. eiusque filio Philippo in omnibus rebus dubiis fidelissimus. Cui in ducatu Carolus Croius Princeps Chimæus, eius filius successit.

* Alexandrini Patriarchæ legati hoc anno ad suos redierunt, cum ad S. Pontificem anno 1593. missi essent, vt in gremium Ecclesiæ reciperentur. Ita vt annum integrum in Christiano orbe occiduo remanserint. *Campana.*

* Extat illorum legatio ab illustriss. Cardinale Baronio conscripta ex conuersione Ægyptiaci atque Æthiopici sermonis, Colonia, Ex ea apparet quod Michael Patriarcha Alexandria, Æthiopia, Ægypti, & aliarum prouinciarum se submittit cum Iosepho Coprita monacho omnibus legibus, & statutis Sanctiss. Pontificis & sacrosanctæ matris nostræ Ecclesiæ Romanæ. *Idem.*

1596. 4. die Ianuarij obiit D. Christophorus Mondragonius, Hispanus nobilis, arcis Antuerpianæ præfectus, veteranus militū Dux, innumeris penè victoriis clarus. Qui iam inde ab aduentu Ducis Albani in Belgio omnibus expeditionibus grauioribus interfuit, & vbique præclaram & fidelem Regi suo operā cum laude nauauit, Belgis perinde ac Hispanis, ob insignem rei militaris disciplinam, aliisque illius virtutes charissimus. Cuius illud æternis præconiis facinus dignum est, quod iussu Regis pro Goufiana ciuitate, in locis Zelandiæ sita 13. Calend. Nouemb. 1572. gessit. Quo tempore Ciuitas hæc à Gueusis obsidebatur, & aditus omnes maritimi nauigijs eorum præpediebantur, ipse cum Gallis militibus mille trecentis Germanis trecentis, & centum Hispanis cœnosum tractum, longissimum, & venis stagnantibus importunum, pedestri itinere superauit, sacculis tormentarij pulueris, quem ferrent, in capita distributis. Cuius supra vires humanas audacis incepti ea felicitas fuit, vt hostes suos plures. 700. oppresserit, & ciuitatem obsidione grauissima liberarit. *Jansonius in supplemento Mercur. Gallobelg.*

Dux Guisus, qui iam, vt superius diximus, Regis partes sequebatur, cum multis equitum peditumque turmis in Prouinciam mittitur, vt eam Gallia partem administraret, in qua adhuc nutabat Massilia, quam Consul Casaultius Regi Hispanorum venditabat. Quamobrem ad eam Carolus Aurius cum aliquot instructissimis triremibus appulerat, ipse quoq; in urbem receptus erat, licet classarij non admitterentur, sed in triremibus permanere iuberentur.

Cum in Comitibus Translyuanicis mense Decembri vl-

1605

5692

timo habitis, communi ordinum consensu decretum esset, à bello Turcico non abstinendum, sed illud totis viribus, etiam contra Polonos continuandum, ne iugum Turci cum semel excussum, denuo induere cogantur. Tributa quoque subditis non reluctans ea essent indicta, quibus bellum geri posset. Princeps operæpretium facturum sese existimauit, si ipse ad Cæsarem proficiscatur, ei necessitatem in quam à Polonis coniectus esset, voluntatemque suam & suorum de bello aduersus Christiani nominis hostem gerendo expositurus, simul opem & auxilium à Cæsare flagitaturus.

Præparatis itaque omnibus ad viam necessariis, Princeps ipse cum Nuntio Apostolico, Patre Alphonso Scilione, suo confessorio, D. Iosua Cancellario, Cornisio Gaspari Centurione in Hoest, Pancratio Senio Prætorio præfecto, Humenio medico, & aliis nobilibus aulicis, qui XI. cisis vehementer, nonnullis etiam equitibus iter ingressus, primò Calchouiam, inde Pragam incolumis peruenit, vbi perbenigne & honorificè, insigni in occursum illi missò comitatu, initio Februarij exceptus est. *Ianson. ibidem.*

Diu ab ordinibus Belgicis, Regi suo adhuc obedientibus, expectatus tandem 29. Ianuar. Luxemburgum venit Cardinalis Albertus, Archidux Austriae, Maximiliani II. Imperatoris filius, Gubernator Belgicarum prouinciarum nomine Philippi Regis designatus. vnde cum regulis & proceribus Belgicis & Hispanicis, cum nobilitate, & multis peditum equitumque millibus discedens in Brabantiam sese recepit, atque 11. die Februarij urbem Bruxellensem magna populi ingressus, ab omnibus patriæ proceribus, ordinibusque salutatus est 13. in ordine Belgicarum Prouinciarum Gubernator. *Quorum catalogum ex 16. libro Mercurij Gallobelgici Iansonij lector poterit repetere.*

* 1. Februarij Trassyluani insigni cum victoria, tum præda potiti sunt. Cum enim à Sultano nouus Bassa Temesuariensis constitutus esset, isque iam aduenisset, prior Bassa conuafatis omnibus suis, & 75. curribus impositis, cum valido præsidio Belgradum profectus est. Suboluit hoc Haiducis, qui Lippæ & Iennæ erant. Hi confestim ductore Delli, seu Thelli Martone, viam, qua Bassa transiturus erat, occuparunt, aduenientemque forti animo aggressi sunt. Turcas fuderunt, fugarunt impedimenta omnia, omnemque Bassæ suppellectilem consequuntur, ac diripiunt. Bassam ipsum pugnantem occidunt, cuius caput trunco abscissum Albam Iuliam miserunt. Præda hæc multis ducatorum millibus æstimata est. In vno enim curru 20. ducatorum Vngaricorum millia inuenta esse dicuntur.

* 3. Februarij Galli, qui Dorlantio & Bipalmis equites in occursum & Comitatum Alberti Cardinalis euocatos sciebant, se tuto prædandi occasionem nactos existimantes Attrebatum vsque excurrerunt, & insidiis ad vetus & semirutum Templariorum Fanum positis, agricolas aliquot interceptos abduxerunt, grandi pecunia postea redimendos. Postea Hildiniensia suburbia incenderunt, in quibus infinitam frumenti vim flammis corruperunt. *Idem ibidem.*

* 13. Februarij Furca quidam Zalm Aga nomine, Patipauli socius, plagiarius nostra ætate per Vngariam famosissimus captus, & Strigonium perductus est. Quo tempore ibidem iudex Vuaitzensis, cum aliquot conciuibus suis erat, qui vno ore affirmabant, inter Eipelum, Strigonium, & montana perniciosiorem hostem nunquam fuisse, qui plures Christianorum pueros rapuerat,

Ann
Christi.

1592

Ann
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

vendideratque, quàm in capite pilos haberet. Is quia gra-
uiter vulneratus erat, eadem nocte examinatus, & magna
omnium incolarum lætitia supplicio affectus est. *Idem
ibidem.*

Rodolphus 2. Imperator cum variis literis, nuntiis, ex-
ploratoribus, & captiuorum confessionibus didicisset Sul-
tanum Turcicum omnia iterum ad bellum parare; ipse
quoque qua potuit celeritate ac diligentia arma, auxilia,
& pecuniam vndiq; in futurum bellum conquisiuit. Man-
dauit igitur vt ad hoc bellum Orientalis Franciæ, Sueui-
cus, & Bauaricus circulus conferrent 4. legiones, ea ta-
men conditione, vt Archidux Maximilianus ipsis Dux
belli imperet. Burguniæ quoque Marchio legionem quo-
que conscriberet. Spes erat Saxones eundem equitum nu-
merum hac ætate, quem superiore, missuros. Multi præ-
terea militum tribuni Pragam confluebant, quibus cum de
equitibus, peditibusque colligendis agebatur. Nihil enim
intentatum reliquit Cæsar, saltem ne imparatum, aut ne-
gligentem se hostis inueniret.

16. Februarij Massilia Henrico Regi deditur, & in eam
sub vesperam Dux Guisus cum 4. peditum millibus reci-
pitur, interfecto consule Casaultio, & ipsa vrbe à regiis
tanta celeritate occupata, vt Auriæ Princeps, cui pro Re-
ge Hispaniæ vrbs tradebatur, vix triremes aliquot à Ge-
nuensibus submissas portu educere, & suos in eas recipere
potuerit.

* 17. Februarij Georgius Lantgravius Hassiæ obiit Dar-
mistadij, an. ætatis 48. Reliquit ex duabus vxoribus, qua-
rum prima fuit Magdalena, Comitissæ Lippensis, alia Eleo-
nora Vuirtembergensis Ducis filia, tredecim filios & filias,
quorum sex antè patrem obierunt, & septem adhuc su-
perstites sunt, *Idem ibid.*

Hoc etiam mense Februario Ludouicus Barlaimontius,
Archiepiscopus Cameracensis iam tandem post diutur-
num exilium dignitati, ac Diocesi restitutus, cum vix to-
tos menses 4. ea quiete vsus esset, in Christo obdormiuit.
In cuius locum electus est D. Ioannes Saracenus, Abbas
Diui Vedasti apud Attrebatas, qui antè annos aliquot ob
eximias virtutes, & raras animi dotes fuerat à Catholica
Maiestate in sui sanctioris status Belgici senatum ascit-
tus.

4 Martij rebus omnibus inter Cæsarem & Transsylv-
uanum determinatis, cum Transsylvanus paulò antè lite-
ras ab vxore accepisset, quibus nuntiabatur decem millia
Rasciorum nunc iterum à Turca ad se defecisse, accelera-
bat iter suum, vt eos sibi sacramento obligaret, atque de
menstruo cum ipsis stipendio conueniret; Praga itaque
Viennam, inde Linzium, Linzium Græciam proficisci con-
stituit, vt cum Socru sua in Transsylvaniam reuerteretur.

Communis in aula fuit fama Cæsarem dicto Principi
promisisse in usum huius belli duo millia equitum, & tria
millia peditum, quos suis sumptibus totos tres menses in
castris aleret. Præterea 24. millia thalerorum in quemcū-
que usum singulis mensibus se depensurum. Quòd si
Turca præualeat (quod Deus auertat) Principemque suis
ditionibus eiiciat, Cæsar illi in Silesia duos Principatus, ad
honestum ordinis sui statum conseruandum assignabit.
Præterea in discessu sua maiestàs illi varia chimelia 40.
millibus aureorum æstimata donauit. Sed & Pontifex ei-
dem Principi pollicitus est mensibus singulis 40. millia du-
catorum, & Franciscum de Monte Mario, Storsaq; misit, cum in-
gēti pecuniæ vi, ad militē pro Transsylvano conscribendū,

1605

5692

cui ipsi imperaturi sunt. His tantis promissis, donisque oneratus, Transsylvanus gratias agens Deo, & Cæsari, magna spe, magnoque animo ad suos reuersus est, vt prælia Domini, sicut incepit, prælietur. Iuuenis 23. circiter annor. quo tamen infensioem hostem Turcæ à sæculo non habuerunt.

† Rerum in Transsylvania à Sigismundo Battoræo Principe anno 1595, & sequentibus, gestarum historiam scripsit Ioannes Iacobinus Claudiopolitanus, quam inter narrationes rerum Turcicarum Nicolaus Reusnerus recensuit.

* Breuem etiam descriptionem rerum à Michaele Moldaudæ Transalpinæ, siue Vualachiæ Palatino gestarum ab anno 1593. ad annum 1597. autore Balthasare Vualthero, idem Reusnerus adiunxit narrationibus rerum Turcicarum.

Hollandi, aliarumque Prouinciarum ipsis confœderatarum ordines, vt Rempublicam quam hæctenus formarant, ac instituerant, adhuc magis stabilirent,

4. die Aprilis nouum edictum publicarunt contra eos qui temere in aduersæ factionis Prouincias & vrbes proficiscuntur, vel ex illis in suas ingrediuntur. Item cõtra Iesuitas, contra eos qui in Academiis quibusdam Regi Hispaniarum subiectis, liberalibus disciplinis dant operam, & contra eos qui sub iuramento defensionis Romanæ Religionis, promotionis titulos adepti sunt. *Ianson. 7. ibid.*

17. Aprilis Albertus Cardinalis Caletum expugnat. Quod anno 1558. à Gallis Duce Francisco Guisio recuperatum, nunc post reuolutum 38. annorum spatium, Alberti Austriaci auspiciis in Hispanorum potestatem venit.

23. Maij sub hor. 3. promerid. Arda, oppidum situ operèque munitissimum, circumfusis copiis obsessa, & oppugnata deditur Alberto Cardinali.

Eodem mense Fera iam à Gallis septimum mensem obsessa deditioem Regi Franciæ facit,

* Exeunte Maio, præcipui totius Vngariæ plagiarij, exploratores, sceleratissimi quique & perniciosissimi Bribergi, aliique Turcæ nefarij, Sambuci, medio inter Albam Regalem & Budam itinere conuenerunt, consilium ad perdendos Christianos captaturi. Huius rei certior factus Palsio, copias quascunque potuit, Germanorum, Vualonum, Vngarorum, Hussarorum, & Haiducorum conuocauit, & 28. Maij cum tormentis muralibus, malleolis, pyrobolis, scalis, omnique apparatus ad expugnationem necessarij genere Sambucum Sole vix orto contendit, & circa tertiam pomeridianam ed perueniens, statim expeditis omnibus, arcem diuersis locis oppugnauit, nec prius destitit, quam expugnauit. Cum enim tres continuas horas sine intermissione, magna contentione, multisque laboribus, & periculis pugnatum esset, tandem inter 5. & 6. hor. vespertin. magna difficultate arcem superauit. Omnes, qui in ea inuenti sunt vtriusque sexus Turcæ, miles longa hostium defensione fatigatus, iracundiaque inflammatus trucidauit. Inter quos Bribergi multi, Bassæ Budensis Aga, nomine Seli, Ducenti etiam & quinquaginta Genizari, qui eodem die in arcem venerant, perierunt. Ex Christianis 3. tantum occisi, decem vulnerati sunt. Erat arx hæc munita, magnifice exædificata, loco sita amenissimo, ad quam Bassa Budensis sæpe animi recreandi gratia diuertere consueuerat. Quare Palsio nihil magis in votis fuit, quam arcem integram, illasamque conseruare, sed grassante, per omnia ædificia flamma, omnia incendium deformauit, & iacredibilem annonæ, appa-

Anni
christi.

5679

Anni
mundi.

1592

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

ratúsque bellici copiam absumpsit. Post partam victoriam Christiani, qui vicinis in pagis habitabant, cum operibus, liberis, omnique suppellectile, & gregibus suis Strigonium profecti, nouas sedes sub Christiano Cæsare quaesierunt. *Ianson. Ibidem.*

* Mense Iulio classis Indica Vlyssiponam appulsa, thesaurum 20. millionibus auri æstimatum attulit.

* 17. Augusti conuentus Iuridici Henrici regis Gallie, & Parlamēti Parisiensis mandato Lugduni agi cœperunt. Ibi Rex generale iudicium incolis (*Grands Iours* dictum) administrari iussit, quod à multis annis in ea vrbe propter ciuiles motus fieri non potuerat. In hoc iudicio multi cuiusque ætatis, sexus, & cõditionis homines accusati, damnati, & meritis suppliciis affecti sunt, etiam ob crimina ante multos annos commissa non tantum in ciuitate Lugdunensi, sed etiam è prouinciis vicinis, quæ iurisdictionis Lugdunensis sunt, & aliis aliquot remotioribus.

* 29. Augusti Christianus eius nominis quartus Frederici 2. Daniæ Regis vnicus filius, & successor Regni Hafniæ à tribus Episcopis protestantibus, Zelandiæ, Scaniæ, & Furniæ coronatus est. Is à morte Frederici patris ab omnibus regni ordinibus pro hærede & legitimo coronæ Daniæ successore acceptus fuerat, tamè quia ad legitimam ætatē nondū peruenerat, coronare eū Regnicolæ noluerant, sed expectare donec ad eam ætatē peruenisset, quæ huic oneri esset idonea. Incidit hæc ætas in hunc annum 1596. Magnus itaque hac æstate factus est apparatus, inutilisque sumptus multi. Et cum varij, principumque legati eò conuenissent, coronatio facta est. *Ianson. lib. 17.*

* 30. Augusti, altero post coronationem Regis Daniæ die, nuptiæ Ioannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, Archiepiscopi Bremensis, & Episcopi Lubecensis, cū Augusta Regis Daniæ sorore in arce Hafniensi celebratæ sunt: postquam sponsus Episcopatus suos fratri resignasset.

* Exeunte mense Augusto Legatus Philippi 2. Regis Hispaniarum Pragam ad Cæsarem venit, & magnificentissimè exceptus est. Habebat in comitatu suo insignem & perelegantem, qui præcedebat, equitatum. Subsequebatur 18. nobiles, quibus omnibus aureus à collo torques pendeat. Vestes eorum ex holoserico limbis aureis ornatæ, arma omnia inaurata: causa legationis erat matrimonium Philippi 3. Hispaniarum principis. Etenim Philippus pater iam alterum pedem in cymba Charontis habes, hæredem tot Regnorum & Prouinciarum è filio videre etiam atque etiam exoptabat. Quærenda igitur & inueniēda illi erat vxor. Sed cum nobilior, aut illustrior aliunde quàm ex illustrissima & serenissima domo Austriaca, è qua tot Imperatores, tot Reges, tot Duces, ac Principes orti sunt, peti non posset, Serenissimi Archiducis Caroli, Rodolphi Imperatoris patris filiam postulandam putauit. Cū autem legatus aliquandiu Pragæ commoratus esset, inde in castra profectus est, ac tandem ex castris in Stiriam ad sponsam, vbi à fratre eius incredibili cum honore & pompa est exceptus. *Ianson. lib. 17.*

* Per hos dies vltra Rhenum in partibus Landauiæ pestis paruis orta est initiis, quæ paulatim vires acquirens, vicina omnia loca infestauit. Vuormatiam, Spiram, Oppenheimum, Moguntium grauiter afflixit. Varia loca ad Rhenum sita, Ducatum Vurttembergensem, & ciuitatem Vlmensem depopulata est. Nec minus in Ducatu Lunemburgensi, vrbeque Hamburgensi grassabatur.

* 2. Septembris Sultanus Turcicus Budam venit, cū du-

1605.

5692.

centorum circiter millium exercitu, & trecentis machinis caestribus. Mox quadraginta millia Temesuariam misit, ipse cum reliquo exercitu Budæ substitit. Christiani metuentes, ne Hatuam, quam mira celeritate expugnauerant 3. die eiusdem mensis, ex improviso adquiretur, & se nondum paratos ad prælium eliceret.

* 9. Septemb. exercitum à munitione Haluana abduxerunt, & non procul à Vuaitza castra metati sunt. Et quamuis Archidux, antequam Hatua discederet, septingentos pedites, & quingentos equites ad oppidi custodiam reliquisset, tantus tamen inter Christianos terror fuit, ut oppido postredie incenso, & relicto, in castra confugerint. Viennæ quoque ad famam aduentantis hostis trepidatum est, & imperatum ut omnes ad bellum se parent, ut si necessitas postulet, vigesimus, decimus, aut quintus quisque è ciuibus hosti obuiam procedat. Operas quoque magistratus vrgebat, & collapsa diu noctuque restaurabantur. *Idem ibidem.*

* 10 Septembris Pettinia in Croatia à Bassa Bosniæ & vicinis quibusdam Bassis & Begis obsidetur exercitu 50. millium armatorum collecto. Sed à Christianis Turcæ fortiter repulsi fugatique sunt, mille & quingentis duabus oppugnationibus trucidatis, & plurimis in Culpa fluuii absorptis. *Idem ibidem, & ab eo Nicolaus Reusnerus.*

* Eo ipso Septemb. die, qui D. Burchardo sacer est, tam ingens in Italia, inter Fittalem, & Artegnum tempestas exorta est, ut obuia quæque euerterit, præter alia incredibilia damna, non tantum arbores, sed & magnificas ædes aquarum impetus abripuerit. Quod damnum à nonnullis quinquies centenis aureorum millibus æstimatur. Huic malo accessit ingens per totam Italiam fames, maximaque frumenti inopia, quam ut subleuarent Principes, è ditionibus exteris, & Gallia præsertim magnam frumenti copiam sibi suisque compararunt.

* 14. Septemb. Cardinalis Toletanus ex hac terrena vita in illam cœlestem transmigravit. Paucis ante diebus testamentum condiderat, in quo hæredem instituit Basilicam S. Mariæ maioris, cui reliquit 30. ducatorum millia, quorum fructibus quotannis 12. virgines nobiles, & honestæ matrimonio elocarentur. Præterea vni è nepotibus Summi Põtificis in singulos annos duo coronatorum millia legauit, & singulis suis domesticis quædam donauit. Bibliothecam suam quinque coronatorum millibus æstimatam Collegio Patrum Societatis nominis Iesu, & quingentos coronatos Ecclesiæ Sanctæ Mariæ maioris, in qua & sepultus est, testamento reliquit. *Idem ibidem.*

* 10. Octobris Hispalim appulerunt 27. nauigia cum mercibus pretiosissimis ex oriente, vti etiam ex Calechuto septem, vna cum auri & argenti magna copia. Sunt qui volunt merces, argentum & aurum hac classe aduectum duodecim, sunt qui viginti duobus millionibus æstimari scribunt. Cui prædæ Angli variis locis, sed irritò conatu, insidiati sunt. *Idem Ianfon. Ibid.*

* 13. Octobris Agria, insigne & antiquum in superiore Hungaria oppidum mœnibus firmissimis munitum, & sede Episcopali nobilitatum, à Mahomete 3. Turcarum tyranno expugnata est. In prælio ibidem ad Kerestam cum Christianis gesto, aut præcedentibus Agriæ oppugnationibus perierunt è Christianis 20. millia, è Turcis circiter 60. millia, inter quos Veterani milites multi, Bassæ & Begi non pauci. *Idem Ianfon. ibidem & ab eo Nicol. Reusnerus in narrationibus rerum Turcicarum.*

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

Infaustam atque vniuerso orbi Christiano deplorandam ad Kerestam pugnam illam describit apud eundem Reusnerum Arnoldus Helius Medioburgensis.

20. Octobris Henricus 4. Gallia rex Rothomagum sole mni pompa & magnificentia ingreditur. Fama est eum apparatus ciuibus quadringentis millibus aureorum constitisse.

Ibidem conuentus trium ordinum Gallia celebratur. De quo Annales Gallici consulendi.

* 1. Decembris Christiani quatuor à quodam Bego Budæ in vinculis detenti incredibili modo, & felici temeritate liberati sunt. *Ianson. ibid.*

* 9. Decembris Princeps Transsylvania Albæ Iuliae indicit Comitia, ad quæ regionis istius Primates conuenere frequentes, & collatis in vnum sententiis, quibus tandem rationibus barbaro hosti possent obistere, anxie atque sedulo fuit inquisitum.

22 Decembris noctu, maxima eluuiione Sequanae à dēsis & continuis pluuiis quæ præcesserant, Pons molitorum Lutetia, vnà cum quamplurimis domibus superstructis, & plusquam 300. hominibus vtriusque sexus, & ætatis vorticebus vndarum obiectus, violenter erutus, & abreptus, quasi momento corruit & absumptus est.

* Eluxit ibi memorandum diuinæ prouidentie exemplū. Cū omnes isti homines perierint, dimidio infra ciuitatē milliari cunæ inuentæ sunt, in quibus duo infantes ludibundi, iuxta se positi, sani & incolumes inuenti sunt, quos fluuius in ripam exposuerat. Hi cum magna hominum admiratione in ciuitatem illati sunt.

* 1597. 5 Ianuarij Henricus 4. celebrat Rothomagi festum ordinis equitum Sancti Spiritus, multis Gallia Proceribus in eum cooptatis.

* Hoc eodem mense conuentus ordinum Boemiae Pragæ habitus est, in quo omnes ordines Boemici, Silesiis & Morauis seclusis, auxilia, quemadmodum anno proximè elapso aduersus hostem barbarum, summo omnium consensu promiserunt. Atque adeo præter solitas illas auxiliares copias, quingentos equites, & mille pedites missuros vltro polliciti sunt.

* 14. Ianuarij Comitia Viennæ in Austria habentur, in quibus Regni proceribus, & ordinibus præcipua negotiorum communicata fuere capita, & quidem præter cetera, frequenti consilio deliberatum sollicitè, qua ratione agrestium tumultus, in Austria & finitimis locis recens exortus comode se dari queat, vt & aliis interim incommodis facilius remedium quæretur. *Ianson. lib. 18. Merc. Gallobelg.*

* 20. Februarij dies comitiis etiam Presburgi auspican-dis dictus est, vbi Mathias Archidux summa eorum quæ fieri vellet, Ordinibus Vngaricis proposuit capita, quibus discutiendis satis anxie laboratum fuit, ac tandem ancipiti deliberatione in eam Vngarici proceres descēderunt sententiam, vt passim auctis vectigalibus, quinquies mille equites, & totidem pedites contra publicum armarent hostem. *Idem ibidem.*

* Hoc mense Legati ex Perside, quorum pri marius ductor Serdanus, Calderanae regionis, quæ ad Georgianos, & Tigrim fluuium extēditur, Princeps, magnifica, ac planè regali pompa, auro, gemmisque ornati, Constantinopolim ingressi sunt, quos Turcarum Imperator regaliter summa cum læticia excepit. Qui cū causam aduentus, vt scilicet pax inter Persas & Turcas confirmaretur luculenta, de more suæ gentis, oratione exposuisset, at-

1605.

5692.

que eximia munera incredibili pretio æstimata obtulisset, cōspicuo admodum purpuratorum comitatu in hospitium deducitur, atque nō ita multis exactis diebus, summis cummulatus honoribus iter cum suis eō, vnde venerat, remensus est. *Idem ibid.*

10 Martij hora 5. manè Gilbertus Genebrardus, Ricomagenſis Aruernus Sacræ Theologiæ Doctor in Academia Parisienſi, & Aquarum Sextiarum, siue Aquenſis Archiepiſcopus, huius chronologiæ auctō, vſque ad finem anni 1584. operis profectō immenſi laboris, & industriæ admirabilis, de Catholica religione, & literis Hebraicis bene meritus, magno bonis omnibus deſiderio ſui relicto placide in Chriſto obdormiuit. in ſuo Prioratu Semureo, qui in ducatu Burgundia positus est. Multa ſcripſit, quæ partim excuſa proſtant, & à Doctis omnibus auidè conquiruntur, & leguntur: partim latent adhuc in muſæolo ipſius apud fratrem. Quem ſperamus ea propediem euulgaturum, & rei publicæ Chriſtianæ communicaturum. Interim nos ad ſuorum librorum catalogum, quem viuens adhuc confecerat, & tractatui de Liturgia Dionyſiana, siue Apoſtolica, ſubiunxerat, Lugduni impreſſo apud Ioan. Pillehotte anno 1597. lectorem remittimus.

11. Martij Ambianum, Picardia Ciuitas ampliffima, & copioſiffima, ob loci ſitum, & Somonæ fluuij opportunitatem, quo alluitur, à Mercatoribus Gallis, Belgis que diuturno tempore pacis frequentata, publicis priuatique facultatibus vehementer auctis, ab Hiſpanis interceptum fuit. Huius autem interceptionis modum ab Hernantello Portocarreo Hiſpano, arcis Dorlantianæ Præfecto pulchrè deſcribit *Ianſon. lib. 18. Mercur. Galloleg.*

* 13. Martij in Iaponia vrbe Langafaca ſex Religioſi ordinis S. Franciſci, natione Hiſpani, iuſſu Combaci Iaponia Regis crucifixi ſunt. Qua de re extat epiſtola Lugduni excuſa apud Ioan. Pillehotte, 1599.

* 16. Aprilis Franciſcus Dux Luxemburgicus Henrici 4. Francia, & Nauarra Regis legatus Romam venit, urbemque comitatu ſplendidiffimo, Conſtantinopolitanum Patriarcham inter, & Archiepiſcopū Ebredunenſem medijs, qui ipſi cum honoratioribus Pontificia aulæ adminiſtris obuiam iuerant, eſt ingreſſus. Incedentem populus Romanus fauſtis acclamationibus ſalutauit, frequenſque ad hoſpitiū duxit. Poſtero die ad S. Pontificem admiſſus orationem longā & elegantem habuit, qua, cum prius ſeram hanc, & opinione diutius procraftinatam obedientiæ ſignificationem petitis ab occupatione bellica rationibus expurgaret, calumniatiūmque iniectas ſuſpiciones, quaſi Rex contra nuper pacta, nouum cum Regina Angliæ, ſtatuumque Hollandia ordinibus fœdus iciffet, reſuſcitaret, Regis nomine, Regnorūmque Gallia & Nauarra, Summo Pontifici, ſedique Apoſtolica, viſitata verborū formula, DEBITAM OBEDIENTIAM PRÆSTITIT, omniæque ſua officia obtulit dedicauitque.

Grata porrò Pontifici, Curiaque Romana iſta legatio fuit, ideoque peramicè, & ſingulari cum teſtificatione ſui in Gallos Galliaque Regem ſtudij, Legato per ſuum oratorem reſpondit, oblatamque obedientiam perbenignè acceptauit.

* Circa id tempus Dux Vuitenbergicus Alcumiffam quendam, qui ipſum pluresque antè illuſtres viros, iſtorū hominum more, turpiter deceperat, in crutem egit. Erat hic ex Morauia auri faber, abiecto quidem, & humili loco natus, ſed corporis ingeniūque dotibus tantis ornatus,

Anni
chriſti

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

vt maior sua fortuna & conditione omnibus appareret. Nam & animi quædam isti inerat magnitudo, qua dotes, quibus ipsum natura cumulauerat, egregie ostentare & oblatum honoré generose amplecti & tueri sciebat. Qua verò ratione impostura huius Agyrtæ deprehenta, & punira fuerit Stugardiæ plenius recenset. *Ianson. lib. 18.*

* 16. Iunij Stralesurdæ, quæ vrbs Pomerariæ est Academia celebris, in quibusdam hortis, ante Franconum portâ, arbores, herbæ, frondes, & gramina sanguine resperfa sunt visa, vti & quibusdam locis, quæ gramine recta non erant, terram sanguine rubuisse compertû est. Ex quo spectaculo prodigioso nihil aliud colligi potuit, quâ præcedete nocte sanguinem pluuisse. Nâ & Piscatores in fluminibus, & stagnis similem sanguinem in suis scaphis & nauiculis inuenerunt. Præterea in lineo quodâ panno ea nocte in horto, vt candesceret exposito, multæ sanguinis guttæ visæ sunt. Quas cum mulier cuius erat, eluere vellet, guttæ in cruces mutatae sunt, & quò magis lotæ, eò manifestiores apparuerunt. Hæc à tota ciuium multitudine conspecta, pannus ille lineus senatû, & concionatoribus visus, cruces atrectatae, & probatae sunt. *Idem lib. 19.*

* Sub finem Iunij Viennam Austriæ duo Armenij pater & filius à Persarum Rege Legati ad Cæsarem venerunt. Patri nomen Iaconius fuit primariæ Armeniorum vrbs Guilfar præfectus, qui ante annos 14. eiusdem Regis nomine ad Cæsareâ maiestatem cum mandatis missus fuerat, feliciterque omnibus expeditis in Persiam reuersus, vtrique Imperatori de sua fide abundè satisfecerat. Hi ergo à Rege suo, & duobus Georgianorum Principibus fratribus literas exhibent, quibus de acceptis mandatis docent, quorû ea fuit summa; Quicquid Iacomus communis eorum Legatus cum Cæsare & imperio esset de foedere, & bello contra Turcas suscipiendo gerendoque tractaturus, id omne se ratum firmumque habituros. Deinde ad excusandam Legationem quæ ex Perside ad Turcam sub id tēpus, quo ipse se itineri accinxisset, fuerat destinata, & quâ Constantinopolim aduentasse rescire Cæsar ipse potuerat, cuius & nos superiore mense Februario meminimus, eo saltem dixit consilio decretam factamque, quo interiorum hostis animum expiscari, & causas iniicere posset, propter quas segniùs in Asia institutæ expeditiones promoueretur, quibusque Mahumetem suopte ingenio cunctabundum ad omittendas bene rei gerendæ contra Asiaticos hostes occasiones suspensum retineret. Etiam Cæsareâ maiestati fructum istius Legationis constare posse, neque enim ex remisso ardore habendi delectus, vllum ex Asia militem in Hungariam aduenisse, & præter eos qui sub aduentum Legati Persici nomina dederant, nullos amplius conscriptos esse. Quod certis ex nuntiis sibi constare, & ex captiuis suæ quoque maiestati iam planum dubio procul esse affirmabat. *Idem Ianson. lib. 18.*

* Interea Pontifex Romanus pacis inter Reges conciliandæ summopere cupidus Bonauenturam fratrum Minoritarum Generalem, Legatum in Galliam, & Belgium transmisit, qui tota hac æstate nihil intentatum apud Galliæ Regem, & Allertum Cardinalem reliquit, quo armis vtrunque positis, Regum controuersia finirentur.

* 3. Iulij denuò Stralesurdæ sanguinem, & pridie sulphur pluit, vti & paucos ante dies in tectum templi B. Virginis ignem copiosum è cælo cecidisse vidit Paulus Mentzius Ecclesiastes, & multi alij.

* 4. Septembris Henantellus Portacarerus, qui hæcte-

nus pro-

1605.

5692.

nus propugnando Ambiano, suis auspiciis, vt supra diximus occupato, fortissimi militis, peritissimi que Ducis munere perfunctus, totos sex ferè mēses aduersus Gallia Regis exercitum defendērat, duabus lethiferis glandibus os atque corpus traiectus occubuit, ne subsecutam vrbs deditionem videret.

* 25. Septembris Ambianum in Regis Gallia potestatem venit, post sex mensium obsidionem, & oppugnationem ferè continuam. Paucis ante ipsam deditionem diebus Albertus Cardinalis cum 4. millibus equitum, & totidem peditum, vt obsidionem solueret, aut saltem in urbem nouum præsidium immitteret, comparuerat, sed cum conatum suum omnem irritum futurum præuideret, retro tulit pedem. In ea vrbe paulò ante quàm Regi dederetur, frumenti modius septem florenis vendebatur, vacca centum & viginti aureis, libra carnis equinae sex sexteriis, pulchus gallinaceus aureo vno, & gallina septem florenis. *lanson. lib. 19.*

* Obtulerat Helisabetha Regina Angliae se suis sumptibus recuperaturam Caletes, modò vrbs in sua potestate remaneret. Cui Henricus Gallia Rex respondisse fertur, non ægrius se ferre canis morsum, quàm caniculæ. Quod est prouerbium de damno eodem à diuersis accepto, in quo non cadit electio. *Caietanus in supplem. Chronolog.*

* Vrgetur Ferraria valde magnis incommodis, cum cuperent subditi, suo Duce mortuo, redire in S. Sedis dominationem seu protectionem. Sed contra retinebatur Cæsar Estensis hæres à defuncto Duce institutus ex asse. Interea Cæsarea aditur Maiestas, quæ testamentum, quantum valere potuit roborat, vt scilicet aduentitiis ipse Cæsar hæres potiretur, Ducatus verò Ferrariensis suæ origini redderetur, id est, sacrae sedi. *Idem.*

* 1598. 3. Ianuarij Cæremonia Ordinis equitum S. Spiritus celebratae sunt Parisiis apud fratres Augustinenses, & decem Equites noui creati ab Henrico Rege, inter quos fuit Iacobus de Myolans Dominus de Cheurieres, & Montis-Calcis.

* 13. Ianuar. in Germania Ioannes Georgius Elector Brandeburgensis senex, ætatis anno 73. relictis ex bina coniuge sex filiis, & quatuor filiabus, diem extremum obiit.

* In Polonia Anna Regis vxor, ac Caroli Archiducis Austriae filia, cum grauida catarrho laboraret, nec in tantum tamen, vt ex eo morbo vitæ periculum imminere crederetur, cum Rege marito pransa, ac sub vesperum vehementi cordis palpitatione, febreque correpta, postridie hora prima pomeridiana expirauit, anno ætatis 25. coniugij sexto. Fœtus ex aluo matris exectus, ac sacro baptismi fonte ablutus, non amplius horæ vnus spatium fuit superstes.

* Mensis Martius in Polonia celebratis VVarfauia Comitibus, insignis fuit. In quibus inter multa à Sigismundo Rege Regni proceribus proposita de fœdere seu pace cum Moschis ineunda, de reprimendis Tartaris, de Regimine Liuoniae, ac iudiciis in ea constituendis, de stipendiis militum, ac finibus Regni muniendis, & præsidio firmandis actum fuit. Sed & Rex ad hoc potissimum in iis institit, vt consensu ordinum liceret sibi in Sueciam proficisci, in qua Dux Carolus ipsius patruus omnia pro arbitrio, nec ad nutum Regis administraret. Itaque & Regi à proceribus Poloniae in Sueciam proficiscendi data licentia est,

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

ea tamen conditione, vt is proxime subsequente anno ad diem 24. Augusti se in Polonia susteret, ac decreta ad eiusmodi expeditionem auxilia, in quibus & Episcopi conferrent. Multa præterea in iisdem comitiis statuta fuerunt, de quibus *Ians. li. 20.*

Hoc eodem Mense Dux Mercurius Britannia Gubernator se dedit in potestatem Gallia Regis, cum aliquot eius Prouinciæ urbibus.

Eodem Mense Dominus de Lesdiguières Gubernator Delphinatus munitionem, Barraut, inter Gratianopolim, & Camberiacum sitam, in qua Præsidium Sabaudia Dux posuerat, occupat.

* 29. Martij Iaurinum in Hungaria felicissime recuperatur à Christianis. *Ab Heron. Arconato inter hist. rerum Turcarum recenset Nicol. Reusnerus.*

* Sigismundus Battoræus Transsylvanica Princeps, qui hæctenus magna animi alacritate & fortitudine aduersus Turcas pugnauetat, ac societatem belli cum imperatore Rodolpho fidelissimam coluerat, siue vitæ tranquillioris spe, siue alia causa inductus, de tradendo imperatori triu Prouinciaru vna cum Vvalachia Dominio consilium capit. Idq; ratum tandem ac de Procerum omnium consensu decernit: Dum imperator pariter, & in compensationem earum Prouinciarum duos in Silesia Ducatus Oppeliensē scilicet & Ratisbonensem ipsi tradere statuisset. Qui vbi negotium omne à præfato Principe sibi per Legatos indicatum fuit, & alios in Transsylvaniam delegat, qui negotiū in ea Prouincia omne cum Principe, & Proceribus componant.

7. ergo Aprilis ad Albam Iuliam appulsi, à Principis Præfecto ac 150. instructissimis equitibus magno splendore & apparatu excipiuntur. Inde habita oratio, & paulò post Principum de permutandis Prouinciis placita confirmantur. Tandem rebus omnibus à Sigismundo Principe per conuocatum à se consilium statutis, legati Cæsaris ad quos & alia denuo oratio habita est, discessum parant. Conditiones inter vtrosque ratas recenset *Janson. li. 20.*

* 17. Aprilis haud exigua Christianorum à Turcis ad Babotscam urbem strages edita, quos Bega Sigetius, magno agmine in insidiis latitans, ab egressu urbis prouocauerat. Nam cum Germani & Hungari, aliquot equites Turcarum, qui prodibant, petulantiam fetre diutius non possent, vrbe egressi, à latente inter arbuta valido ac numerofo hoste, trecenti circiter numero, ac viribus longè impares profligantur.

* 24. April. Vectigal grauissimum, quod Doüanam vocant, Vienna in Delphinatu, inter condiciones deditiois urbis in potestatem Regis, impositum est. De quo peculiaris causas, & Lugdunensium de eadem querimonias vide *P. Mathas Historiam li. 2. narratione 3.*

* 2. die Maij in Oppido Veruims, quod est ad Hannonia fines, summo Dei erga populum suum beneficio, Pax conclusa, & composita fuit inter duos Potentissimos Reges, Henricum 4. Francia & Navarra Regem Christianissimum, & Philippum 2. Hispaniarum Regem Catholicum, ac Carolum Emanuelem Sabaudia Ducem. Ad eam eò deputati fuerant, à Rege quidem Fracia Pomponius Belleuræus, & Nicolaus Brulartius Dominus de Silleri, è Sanctiore consilio suo Consiliarij duo delecti, ab Alberto vero Cardinali pro Philippo 2. Ioānes Richardotus secretio-

1605

5692

ris contilij Præses, Ioannes Baptista Taxis commendator à consiliis Prouincialibus ac bellicis, & Ludouicus Vereickes primus Secretarius, & quæstor supradictorum Cõsiliorum: à summo autè Pontifice Alexander Medices Florentiæ Cardinalis pro tempore in Gallia legatus, & Frater Bonauentura Catalagirone generalis ordinis Franciscanorum minister.

* Conditiones pacis inter Legatos, pro concessa ipsis à Regibus autoritate conclusas, ac in triginta quinque articulos diuisas recenset *Ians. li. 20. Mercur. Gallobelg. & Petrus Mathæus li. 1. hist. sue, narratione 2.*

* 10. Maij, Pentecostes festo, maximum incuria pueri, in vrbe Toccaia ortum est incendium, quo parum abfuit, quin propter vicinas pulueris tormentarij munitiones, tota ferè vrbs conflagrarit. Sed valido conatu ac summis viribus omnes ciues huic malo citissimè occurrunt.

12. Iunij Pax, quam 2. die Maij cõclusam fuisse diximus, proclamata fuit Parisiis in maiore Aula Parlamenti, & per vicos & plateas totius vrbs, cum clangore & sonitu tubarum nouem, & læticia ingenti totius populi.

* 22. Iunij Lutetiæ Henrici Galliæ Regis iuramento confirmata fuit. Iam enim ob causam ab Alberto Archiduce in Galliam missi fuerunt Carolus de Croy, Dux Arschotanus, Franciscus Mendoza generalis in Arragonia pro Rege Catholico maris præfectus, vulgò Admiralius, Carolus Comes Arembergenus, & Ludouicus de Velasco, qui iuramentum à Rege Galliæ reciperent. Qui non absq; immenso & incredibili ciuitatum passim omnium splendore, & applausu excepti, ac præsertim in vrbe Regni Domina, in qua numerofo, & splendido nobilium comitatu stipati, legationis huius terminos ad eò feliciter promouere, vt nihil vel splendoris, ac magnificentiæ, nihil etiam vel vtrinque quod amplius ac fœlicius exoptari posset, vllò pacto desideratum sit. Adeo vt illorum vix ea fidem attingant, qui longiores huius Regni, tantis malorum hæctenus omnium procellis agitati miserias, ac ærumnas aliquando perpendere non desunt qui Regiæ huius ciuitatis splendorem, Populum, diuitias, Principum, Heroum, & reliquorū nobilium numerum, reliquos totius Europæ tractus eo die superasse credant. Rex ipse, quem speciosa, ac ingens Procerum, ordinatorumque militum multitudo ad ædes Diuæ Mariæ sacras (quod est Cathedrale, & augustissimum ciuitatis, imò Galliæ totius Templum) comitata erat, post peractum à Cardinali Legato Pontificio Missæ officium factaque superioris contractus à Domino de Villeroy palam prælectione, propria manu subsignat. Et ne vel vllum deinceps sinceritatis hac in parte suæ dubium vllis relinqueretur, ingentem lignorum molem, post lautissima conuiuia, in amplissima vrbs platea iubet extrui, quam (vt in simili casu moris est) primus incendit, & varia in eã bellici apparatus instrumenta, quasi se & ipsius belli hostem indicans, iniici, simulque concremari iubet. Ac omnibus hisce peractis, vbi restituta vtrinque munitiones, Legatos preciosis muneribus donatos, splendidissimè dimittit. *Ians. lib. 20.*

Sub id tempus cum mandatum Regis de pace publicanda Dominus de la Guiche, Lugdunensis vrbs & annexarum Prouinciarum Gubernator accepisset, ingens orta est tota ciuitate læticia, solennis indicta supplicatio, gratiarum actiones publicæ fuerunt habitæ, & sacra Concio, ignes passim

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

excitati. Sed vnus publicus, & præcipuus ad perenniorem tanti beneficij memoriam impensis publicis extructus fuit, eo artificio, vt populo reliquias belli, & quasi ipsius cines videndos exhibuerit, Ornatissimo viro D. Balthazare Villario, Consiliario Regio, Curia Lugdunensis Præside, Præfecto Mercatorum, & quatuor Consulibus ciuitatis procurantibus. *Vide historiam totam eius publicæ letitiæ, excusam in 4. apud Theobald. Ancelin Typographum regium, opera & industria Petri Mathai Iuriconsulti. & Historiographi Regij.*

Cæterum de hoc tanto beneficio per Regem nostrum Christianissimum simul & clementissimum summa cum gloria perfecto, & nobis concessio, iuuat hinc gratitudinis ergo commemorare quæ scripit Regi ipsi Henricus Monantholius Medicus, & Mathematicarum artium professor Regius Parisiis in epistola dedicatoria Mechanicorum Aristotelis. *Excusus est liber Parisiis apud Ieremiam Perier 1599.*

Sic ergo Regem nostrum alloquitur Monantholius. Quandoquidem pax victo semper sit necessaria, & victori ea quæ nihil post se ferat insidiarum, semper expediat: statim eius inuendæ, & cum potentissimo hoste Philippo Hispaniarum Rege conciliandæ occasionem quæsitâ, & oblatâ à Clemète 3. Põrifice. summo verò vtriusq; gætis cõmuni parète, per suum legatũ Alexandrũ de Medicis Cardinale, & Archiepiscopũ Florentinũ, qui huic paci tractandæ, cõficiendæ, & nisi perfecta re non relinquendæ, semper interfuit, & quasi præfuit, arripuisti: Duobus è tuo Sanctiore Consilio delectis Consiliariis tibi, id est Patriæ saluti addictissimis (permittes bona tua venia, Rex Clementissime, honoris & gratæ erga viros tam bene de te, totaq; Gallia meritos memoriæ nostræ gratia, hinc illos nominari) Pomponio Belleuæro, & Nicolao Brulartio, toto tantæ molis negotio per te commisso, pacem sibi, tuis, toti Galliæ honorificentissimã conciliauisti: pacem, inquam, absentem, & ad multos annos exulem reduxisti: iureiurando solemnissimo, sigillis vtriusq; Regni confirmatam per præcones tuos proclamari iussisti: arma de manibus militum, quæ erant sumpta pro te, & contra te sustulisti: iam tuorum in ligones, aratorum dentes, falces vngues ferreos, vectes, trochleas, malleos, aliaque instrumenta vitæ mitioris, & pacificæ conuertisti. iam arua feracis Galliæ recoli cœpta vbique reuirescunt: lætæ segetes, agri vberes culmis, aristisq; luxuriantes: ex ædificiis semiruta restaurantur, dirutorum loco noua statuantur: leges liberè pronunciant: Iustitia libritenens fide zygotica omnia iudicat, linguarum & Græcarum artium, te earum restauratore & vindice, & custode, eruditio in Academiam reuersa frequentatur: ingenia, quæ in ea sunt præclara, in variarum artium iam redundant elegantiam, fœtusque suos producere gestiunt: mercatura denique tuto vagatur, peregrinatur, rusticatur. *Hactenus Monantholius.*

* 10. Iulij Caletum, Capella Mons Hullinus, Arda, & cæteræ Picardiæ vrbes, vt in pace conuentum erat, Regi Galliæ restitutæ sunt. Dorlanum verò, & alia quædam oppida diutius tenuerunt milites præsidarij, qui priusquam stipendia ipsis integrè soluerentur, cedere recusabant.

* 12. Iulij in Hispania Philippi 2. Regis Catholici iuramento Pax fuit confirmata, qui prædictas condiciones, & conuentiones à suis omnibus resciri, & vbique regnorum suorum publicari, prout Regia ipsius dignitas, & occasio tunc postulabat, infirmus, & quasi moribundus voluit.

15. Iulij Horrédũ è cælo fulmẽ apud Pictauos & Turo-

1605

5692

nenes, templa plurima, turres, arces, vrbes etiam ipsas obruit, euertit, & deformauit.

* Non prætermittendus hoc loco Caroli Gontaldi Bironij Ducis in Belgiam quoque apparatus, qui vt simile iuramentum ab Alberto Archiduce, Regis Catholici nomine recipiat, à Christianissimo Rege delegatur, ac

* 23. Iulij cum splendido ac magnifico Gallorum nobilium comitatu Bruxellas se conferens, ibidem ab ingenti nobilium copia, & equitatu extra urbem progressis obuiam, recipitur. Peractâq; legatione splendidis muneribus ab Alberto donatus, vbi Antuerpiam, Gandauum, ac potiora Belgij loca perlustrasset, in Gallia ad Regem reuersus est.

* 2. Augusti Carolus Emanuël Sabaudia Dux [simile iuramentum præstat Camberiaci in æde sacra Franciscanorum, in manibus Guillelmi Gadagnei Domini de Botheon, & Seneschalli Lugdunensis, eam ob causam in Sabaudiam ab Henrico Rege delegati.

13. Augusti Edicto publico Henrici Regis Fræciæ, Sclopetorum, siue harquebusarum vsus, quocunque prætextu, tota Gallia interdicatur.

* 1. Septembris Tartarorum Princeps, qui hæctenus à Turcico imperatore defecerat, ac Cæsari, & Translyuanie Duci armis & auxiliis adesse, pacta milliū aliquot aureorū pensione fuerat pollicitus datæ fidei immemor, cum Turcis de nouo belli societatem paciscitur. Itaq; aliquot Tartarorum turmæ in agrum Debreciorum profiluerunt, ex quo vltra quinquies virorū millia partim captiuorum, partim verò interfectorum, villis ac pagis incendio consumptis, abductâq; ingenti pecorū, equorum, rerumq; aliarū præda, desiderata sunt. Nihilque aliud contra eos valere Debrecij, quanquam in armis, collectoq; equite in Tartaros irruentes, quibus etiam Nicolai Bernamissæ Huscorū suppetiæ occurrerant, quàm vel vnicam suã urbem saluã, & incolumem tueri, nonnullosq; Tartarorum captiuos abducere: à quibus imperatorem illorum adiunctis superioribus, copiis quadragesies armatorum millibus, in Varadium expeditionem promoturum scitum est. *Ianslib. 21.*

* 9. Septemb. Exercitus noster ad agrum Tottiensem prope Danubium consedit, ac si maior militantium numerus accederet, Budanæ ciuitatis obsidionem statuerunt primarij belli Duces. Interim aliquot è nostris hostium fines inuadunt, alij verò ad Oppidi Zernicij obsidionem sese accingentes, illud tandem vi occupat, sed non prius quàm Bega Zernicius, & Hali Aga, quibus id cõsilium per Huscorum quendam profugientem à nostris detectum fuerat, sexcentis equitibus stipati, singulari certamine cum Christianis congregiantur. Quibus tandem cæsis ac profligatis, & quadringenti alij ad ipsum Zernicium oppidum capti, spoliatumq; interempti sunt, centum & viginti captiui redempti, ac omnis finitimus ager ad octo: milliaria flamma ferroq; deuastatus. Hæc vbi nostri suã specimina fortitudinis edidere, 24. prædicti mensis ad Vaciam castra promoventes, eã partem primò occuparunt, quam superiore anno Maximilianus Archidux. Verum cum propter frequentiores pluias hostem adoriri non possent, ponte in insulam Sancti Andree inde ducto, ab ea expeditione cessatum est.

23. Septembr. qui fuit dies Dominicus, hora 5. matutina Philippus 2. Rex Hispaniarū, in arce D. Laurentij Escorialis mortuus est, & (vt pœtæ vtamur verbis) composita pace quieuit. Eò se aliquot antè mensibus, & initio morbi iusserat transportari, vt illic procul à tumultu, & negotiis aulicis placidè obiret diem suum, & cum Patre sepeliretur

Anni
christi.

1592

1605

Anni
mundi.

5679

5682

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

in Ecclesia Monasterij D. Laurentij, Toto morbi decursu nihil nisi de Deo, & præparatione ad Christianam mortem, aut cogitavit, aut locutus est. Extrema eius hæc vox fuit, se Catholicum in fide & obedientia Sanctæ Ecclesiæ Romanæ mori. natus erat 26. Maij 1525. Itaque annos vixit 73. menses 3. dies 19. vide *Historia Petri Mathæi b. 1. narratione 4.*

* 29. Septembris Exercitus Turcarum octo & quadragies mille armatis milieibus constas, Omaro Bassa ductore, medio à Varadino Transsylvaniæ vrbe, milliari castra metatus est. nec mora Melchior Rederus insignis belli Dux, ac Baro Silesius, qui paulò ante hostis aduentum in eam se receperat, dum rebus omnibus instructissimam comperit, ante omnia præsidarios omnes ad acerrimam sui defensionem cohortatur. In ea obsidione pertinacissima, viginti & unum certamina fuerunt commissa, ac tandem fatigatus hostis dirutis munitionibus, quas erexerat, & tormentis bellicis retractis Budam versus exercitum reduxit.

* 11. Octobris, Buda Regia Hungariæ sedes, & Metropolis auspicijs Rodolphi 2. Imperatoris, consilio & prudentia militari Adolphi Lib. Baronis de Schuartzenbergk, virtute & fortitudine militum Christianorù feliciter recuperatur. De ea carmen elegans scripsit David Hessus legum studiosus. quod inter narrationes rerum Turcicarum recensuit Nicolaus Reufnerus, cum hoc tetraſticho.

Sedecies centum post incunabula Christi,

Binum deme, poli sol peragrarat iter,

Cum Scythicis erepta Iugis, ò diue Rudolphe,

Vindicias sentii Regia Buda tuas.

* Idem Reufnerus ibidem refert Summariam eorum quæ in Obsidione Budensi notatu maxime digna occurrunt ephemeridem, Autore Arnoldo Helio Medieburg.

* 10. Nouembris Antonius Seguierius in Parisiensis Senatu Præses æquissimus, ab Henrico 4. Franciæ Rege Christianiss. Legatus ad Venerorum Rempubicam, cum potestate & mandato ibi triennium integrum residendi, orationem grauem, & disertam, ac eorù hominum (quæ præcipua huius Ornatissimi viri laus fuit) sensibus, ac mentibus accommodatam habuit coram Duce ac Proceribus Reipublicæ. Quæ optarem typis excudi, & euulgari, quòd res contineat scitu dignas, & quæ ad eandem Rempub. & Franciæ Regnum illustrandum pertinent.

15. Nouembris Philippus 3. Philippi 2. Hispaniarum Regis filius, & hæres Regnorum paternorum, vxorem ducit Margaretam Austriacam. Albertus verò Archidux Austriæ Isabellam infantem sororem eiusdem Philippi 3. Quatuor insignes personæ, eiusdem familiæ, & stirpis, atq; eadè stēmata in scutis gerentes, quòd rarò accidere videmus, matrimonio coniunctæ sunt. Vtraq; sponsalia summa pompa, & magnificentia à Clemente VIII. Pontifice maximo Ferrariæ fuerunt celebrata 25. Nouembris.

* Quibus autem conditionibus Isabella infans à Philippo Patre desponsata fuerit Alberto Archiduci recenset *Ian. lib. 20. Mercur. Gallobelg. item earum confirmationem per Philippum 3. & P. Mathæus Historie Henrici 4. b. 1. Narratione 5.*

27. Decēbris, die S. Iohanni Euāgelistæ sacro, in Ecclesia Cathedrali Viennensi, quæ D. Mauritio dedicata est, Hieronymus Villarius antea per decēniū in Augustissimo Parlamento Parisiensis Cōsiliarius regius, solēni Ecclesiæ ritu, & cēremoniis adhibitis, magno populi cōcursu & applausu, sacrat⁹ fuit, atq; vnctus Viēnēsis Archiepisc. à R. in Christo Patre D. Petro Villario ipsius fratre. Sic olim Aug. & Athanasius successores suos nominarunt. Quorū exēplū se-

1605

5692

cutus Petrus Villarius, cum totos 24. annos in duabus Præ-
laturis, Episcopatu, scilicet, Mirapicēsi, & Archiepiscopatu
Viennēsi operā indefessam nauasset, & mini me infructuo-
sam, in ipso bellorum Galliarū ciuiliū, nō dicā astu, sed in-
cēdio, tot iā vigiliis & laborib⁹ susceptis pro vinea Domi-
ni colenda & custodiēda fractus & debilitatus, à Clemente
VIII. Pōtifice Max. & Hērico III. Frāciarū, & Nauarræ Rege
Christianiſſ. facillē impetrauit, vt fratrem (dignum profectō
successorem electum) in locum suum substitueret.

De ipso porò hoc iure dicere & affirmare possum, eum
pristinum & antiquū nascentis Ecclesiæ Pastorale munus
Concionandi, quasi postliminio in nostra hęc turbulentis-
sima & exulceratissima tempora reuocasse. Quod iā ipsius
laudabile exemplum non pauci Præsules magna cum lau-
de, & non minore fructu exequuntur, atque imitantur.

Multa scripsit superioribus annis, & quotidie scribit in
vsum & edificationem sibi cōmissi gregis, & Ecclesiæ suo
Ministorum. Putā de Fiduciaria Simonia, de Residentia
Beneficiariorum, de Fundatione Capellarum (quas vocant)
atque obituum de Matrimonij celebratione, de officio Me-
dicorum erga ægotantes, de Vanis iuramentis, & Blasphe-
miis, & aliquot alia Opuscula. Quæ duobus tomis distin-
cta Lugduni prostant apud Ioannem Pillehorre, & Iaco-
bum Rouſſin Bibliopolas.

Is ergo relicto Fratre Archiepiscopo, Viennæ & in ea
suarū Dioceseos parte, quæ magis tuta, & libera ab hæresi-
bus semper fuit, ad Annoniēses (qui & ipsi Archiepiscopa-
tui Viennēsi subiecti sunt) se recepit. Veteres quidem &
Gebennensibus ipsis antiquiores hæreticos, & Calvinianæ
sectæ addictissimos, sed quibus admixti sūt satis multi Ca-
tholici, & probi viri, quos in antiquā Patrum fide, efficacis
doctrinæ, ac viuarū vocis energia, & sanctimonia vitæ, præ-
sens ipse retinendos esse censuit. Interim etiam anniten-
do, quacunque via, & ratione posset, si quos reliquorum à
proteruita sua & contumacia ad Catholicam fidem & pie-
tatem posset adducere.

Atque ita bonus hic Præsul, inuicti semper cupiditati-
bus animi, & rigidæ innocentiarū, contemptor voluptatis,
diuitiarum: in parcimonia erga seipsum, in patientia labo-
ris, periculiq; ferrei prope corporis, animiq;: qui iā quartū
& quinquagesimum annum agens, nihil eorum quæ iuue-
nili & firmiore ætate consueuerat, intermisit, precum ho-
rariarum pensum, experrectionem, & surrectionem è lecto
matutinā, quotidianam celebrationem Missæ, Conciones
ad populū fregentes, studia meditationes, & alia id genus,
Magnis illis Ecclesiæ florentis Luminibus consueta mune-
ra & exercitia. Is, inquā, quasi nūc primū Pastorale hoc mu-
nus aggredere, & nō potius inde donāndus esset: pro otio
& quiete, laborem, & negotium denuo sibi accersendū, &
agōna redintegrandum esse statuit. Beatū se tū porò, for-
tunatūq; futurū existimans, si contingat in Prouinciæ sibi
cōmissæ procuracione expirare, & animam agere. Quam
nulla alia via melius se Christo agonotheras Summo ap-
probaturum esse confidit. Hęc paucis, Benigne lector, de
Magni huius Præsulis, Meccenatis mei, verè Apostolicæ vi-
tæ instituto delibare placuit, ne virtuti ipsius & meritis de-
bitum testimonium viderer inuidere.

* Cæterum rem tibi non ingratum me facturum esse
existimo, si Catalogum Præsulum Viennensium à Cre-
scente, quem, vt Ado scribit in suo Breuiario Chronicō,
Diuus Paulus isthac iter in Hispanias faciens, ordinauit, ac
reliquit, vsque ad nostra tempora hęc subiunxero.

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

- | | |
|-------------------|---|
| 1 Crescens. | 58 Theobaldus. |
| 2 Zacharias. | 59 Burchardus. |
| 3 Martinus. | 60 Leodegarius. |
| 4 Verus. | 61 Leodegarius II. |
| 5 Iustus. | 62 Armanus. |
| 6 Dionysius. | 63 Voirmundus. |
| 7 Paracodes. | 64 Gontardus. |
| 8 Florentius. | 65 Guido. |
| 9 Lupicinus. | 66 Petrus. |
| 10 Simplides. | 67 Stephanus. |
| 11 Pascasius. | 68 Humbertus. |
| 12 Claudius. | 69 Hugo. |
| 13 Nectarius. | 70 Stephanus II. |
| 14 Niceta. | 71 Guillermus. |
| 15 Mamertus. | 72 Robertus. |
| 16 Simplicius. | 73 Aynardus. |
| 17 Isicius. | 74 Vbertus. |
| 18 Mamertus II. | 75 Burno. |
| 19 Auitus. | 76 Ioannes de Burnino. |
| 20 Iulianus. | 77 Guido de Aluernia. |
| 21 Dominus. | 78 Reymondus Franciscus. |
| 22 Pantagatus. | 79 Guillermus de Valentia. |
| 23 Isicius. | 80 Briandus de Lagniaco. |
| 24 Namatus. | 81 Simon. |
| 25 Philippus. | 82 Guillermus. |
| 26 Euantius. | 83 Bertrandus de Capella. |
| 27 Verus II. | 84 Petrus de Gratia. |
| 28 Desiderius. | 85 Bernardus. |
| 29 Dommolus. | 86 Humbertus de Montecaluo. |
| 30 Aetherius. | 87 Theobaldus de Rubeomonte. |
| 31 Clarentius. | 88 Ioannes de Nanto. |
| 32 Sindulphus. | 89 Ioannes de Noiry. |
| 33 Herdicus. | 90 Guillermus de Landuro. |
| 34 Caldeodus. | 91 Gaufridus Vassalli. |
| 35 Dololenus. | 92 Ioannes de Pictaui. |
| 36 Bobolinus. | 93 Antonius de Poiffaco. |
| 37 Georgius. | 94 Guido de Poiffaco. |
| 38 Deodatus. | 95 Austrius Amaricus. |
| 39 Blidrannus. | 96 Angelus Cato. |
| 40 Eoldus. | 97 Antonius de Claromote. |
| 41 Bobolinus II. | 98 Federicus de Sancto Seuerino. |
| 42 Austrebertus. | 99 Alexander de Sancto Seuerino. |
| 43 Vinlicarius. | 100 Petrus Palmier. |
| 44 Bertericus. | 101 Carolus Marillac. |
| 45 Proculus. | 102 Ioannes de la Brosse. |
| 46 Bertericus II. | 103 Vespasianus Gribaldus. |
| 47 Vrsus. | 104 Petrus Villarius. |
| 48 Vulpherius. | 105 Petrus Villarius Iunior. |
| 49 Bernardus. | 106 Hieronymus Villarius,
hodie sedens, cui felicem,
& diuturnam Prelaturam optamus & vo-
uemus. |
| 50 Aglimarus. | |
| 51 Ado. | |
| 52 Octrauius. | |
| 53 Bernoinus. | |
| 54 Ragaufredus. | |
| 55 Rostagamus. | |
| 56 Alexander. | |
| 57 Sebo. | |

1599.9. Ianuarij Petrus Epinacus Archiepiscopus, & Comes Lugdunensis mortuus est Lugduni anno ætatis 59. Natus enim erat 10. Maij 1540. Is fuit diuinarum & humanarum literarum eruditus, Ecclesiastici Ordinis in Comi-

1605.

5692.

tiis Blesensibus orator Meldunensis confessus Præses, & Christianissimi Franciæ Regis ab intimis consiliis. Qui dū pacato orbe, pacis munera, & collapsam Ecclesiæ disciplinam restituere cogitabat, hac mortali via, ad immortalem vitam, curis solatus anxius abit. *Plura de eo P. Mathæus Historia sua lib. 2. Narratione 1.*

Illi Christianiss. Regis Henrici 4, & Summi Pontificis beneficio successit Albertus Belleuræus, Magni illius Põponij filius. Qui mense Junio anni huius, Lutetiæ sacra- tus fuit Archiepiscopus ab illustrissimo Cardinale de Gon dy Episcopo Parisiensi.

27 Ianuarij Lutetiæ Parisiorum Arrestū Parlamenti promulgatur, quo edicta priorum Franciæ Regum aduersus blasphemos confirmantur, & vt in posterum accuratè obseruentur, mandatur. Ea de re hoc est, de blasphemis, paucis antè annis librum integrum varia lectione, & eruditione rara refertum emisit in lucem R. D. Petrus Villarius Viennensis Archiepiscopus, de quo paulò antè meminimus.

31 Ianuarij Catharina Borbonia soror vnica Henrici 4. Franciæ & Nauarra Regis, multis animi dotibus insignis, & à multis Principibus, imò etiam Regibus concupita, nubit Henrico filio primogenito Caroli Ducis Lotharingiæ, Marchioni Mussipontano. Rex ipse sorori dilectissimæ trecenties mille coronatos gallicos pro dote constituit, datis in annum censum quinquaginta millibus, in itaque conditione, vt libera Catharinæ religio esset, nec ad Ecclesiæ Romanæ cæremonias inuita cogeretur. Nuptiæ fuerunt celebratæ apud Sanctum Germanum in Laya prope Parisios.

25 Februarij ea cum marito, & multorum Principum & nobilium comitatu, Lutetia relicta in Lotharingiam proficiscitur.

Eodem die huius mensis Edictam anni 1577. Parisiis tandem in Parlamento confirmatur, post multas difficultates obortas in ipso Senatu, apud quem clausulæ modificationum secretæ remanserunt. Vnica hæc fuit appositæ: *Sine approbatione Religionis prætensa reformata.* Per id edictum in plusquam ducentis & quinquaginta vrbibus clausis, in plusquam duobus millibus Parœciarum, aut Monasteriorum Gallia regni Sacrificium Missæ, quod illic ab annis quindecim quasi exularat, restitutum fuit.

Hoc eodem mense Histrones Itali funambuli Lugduni à populo spectantur, similia ferè præstantes, qualia narrat Hieronymus Cardanus se in Italia vidisse lib. 18. de subtilitate, titulo de Mirabilibus. Nam saltabant ad rithmum super fune, & alia multa prodigiosa, & supra fidem eorum qui non viderunt, peragebant. Nos hæc vidimus, non mediocri pro ipsorum vita, metu nostro.

19 Martij Iustus Ludouicus Baro Turnonensis, Arresto Secretioris Consilij Regij, Rege ipso & præsentè, & præsidente in integrum restituitur. Et Parlamenti Parisiensi, & Tholosati (à quibus arresta contraria inuicem ea de re superiore anno prodierant) silentium imponitur, ne posthac cognoscant de Patribus societatis nominis Iesu, & Academiæ Turnonensis præceptoribus.

* 19 April. Philippus 3. Hispaniæ Rex, & Albertus Archidux Austriæ bini cum binis coniugibus sponsi, Valentia in Hispania, vbi destinatus erat nuptiarum apparatus omnis, quæ Ferrariæ 25. Nouembris à S. Pontifice celebrata fuerant, rata habent præsentibus Episcopo ciuitatis Cardinali Seuilix, ac Nuntio Apostolico. Atque vbi per

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

integros octo dies variæ pompæ, conuiuia, spectacula, quantus vel cogitari potest apparatus, exhibitus fuit: Archidux ipse, vnâ cum Admiralio Castiliæ, ac Principe Doria Aurei velleris ordinis equites à Rege creantur. Moxque Isabella infans, vnâ cum Alberto sponso discessum parantes, Regem ipsum Reginamque vsque ad Barcelonam comites habent. In qua ciuitate etiam splendidissime ac repetita spôsaliorem festiuitate recepti, die 7. Iunij versus Italiam denuo classem conscendunt. *Ianson. li. 23.*

* 16 Maij Melchior Redexus, de quo supra, vicésque gerens ipsius Rebellius, cum Italo Comite, qui superiore anno in obsidione Varadini fortiter sese gerentes, præclara virtutis suæ facinora ediderant, publico ritu Pragæ equites à Cæsarea maiestate creati sunt.

* 24 Maij Arresto solemnî Parlamenti Parisiensis Martha Broffier cum Iacobo patre domum remittitur, & vagari, ac huc & illuc cursitare prohibetur. Ea Dæmoniaca vulgo credebatur, & à multis pastoribus Ecclesiasticis cõfuetis exorcismis adiurata fuerat. Itaque prudenti consilio senatus superstitioni, & per eam impietati obuiam ire voluit. *Historiam referi P. Mathæus lib. 2. narrat. 3. & Inuentarium generale histeria Francia. De eadem extat libellus hoc anno excusus Lutetia apud Mamerium Patissonum.*

* 1. Iunij Comorrai equites collecta finitimorum manu Bicam Castellum à Turcis occupatum interceperunt, omnemque prædam, quæ in eo erat, Comorram exportarunt.

* Paucis post diebus Heïdduci, Strigonienses, & Comorrai, postquam per exploratores suos cognouissent varias merces, & com meatum Budensibus fame, & inopia laborantibus aduerso Danubio cum præsidio quinque millium Turcarum importari, se in viam contra hostes opportunè dederunt, & ad 20. infra Budam milliaria ex inuidiis Turcarum agmen naualesque socios improvidos, inuadentes, partem eorum maximam internecioni dedere, cæterisque in fugam actis com meatum omnem in Danubiū effudere, ac postremò nauigia exportatis inde mercibus effracta, & lacerata in flumen depressere.

* 2. Iunij Dom Philippinus Sabaudia Ducis nothus frater à Marchione de Crequy singulari certamine dimicans, occiditur. *P. Math. lib. 2. narrat. 3. & inuentar. generale histor. Francia.*

26 Iunij Arrestum nouum Parisiensis Senatus promulgatur aduersus Duella, & querelarum quæ armis & ferro decernuntur disceptationes.

Sic Rex noster Henricus 4. labore suo & sudore parta pace, & Gallia suæ restituta, omni via & ratione qua potest, inimicitias suorum subditorum priuatas, odia, & querelas in contemptum Dei Opt. Max. Legumque tam diuinarum, tum humanarum & Regni ipsius perniciè mox erupturas, sopire, & ex suorum animis auerruncare conatur.

Hic est Regum Francia L X I I I. numerus climactericus, & mysterij plenus. Faxit Deus vt diu fœlix, & sibi & Gallia suæ regnet cū pace & Religionis Christianæ propagatione. Quod si, Deo ita volente, eueniet, haud profectò yerendum erit dicere, & palàm, quòd omnium historia contestabuntur, proclamare, HENRICVM I I I I. rerum admirabilissimarum Regem, & Regum qui hætenus, in quacunque orbis parte regnauere, fore præstantissimum & admirabilissimum.

Hunc aiunt, cum mors Philippi Huraldi Comitis Che-

1605.

5692.

uernij Franciæ Cancellarij, quæ 28. mensis Iulij in aulam perlata esset, in hanc erupisse vocem: Nunc ergo Belleuræus meus Cancellarius est, & statim motu proprio D. de Villeroy primario Secretario mandasse, vt breue & formâ prouisionis eius dignitatis, Pomponij Belleuræj nomine conscriberet. Atque ita optimus ille Belleuræus iam quinque Franciæ Regum fidelis Consiliarius, plurimis, & ad varias Regni huius Francici Prouincias, & ad vicinos Reges, aut Respublicas, & Principatus legationibus clarus, & benemeritus, ad hunc summum honoris, & dignitatis Togatorem totius Galliæ apicem, iam grandæuus, & septuagenario maior, peracri sapientissimi Henrici Regis iudicio, nullius fauore aut commendatione, sed suarum ipsius clarissimarum virtutum & antea actæ vitæ testimonio & recordatione euectus, atque elatus fuit, vt quod illi superesse vitæ uolet Deus (uolet autem vt speramus & uouemus adhuc plurimum) id omne procurandæ, & promouendæ iustitiæ, pietati, concordia publicæ, reliquisque tandiu concupitæ & exoptatæ pacis muneribus possit impendere.

* 19 Iulij Iudæus quidam nomine Gabriel, quem apostatam à fide Christiana quondam defecisse nonnulli asserunt, qui Turcicum legatum, vt de pace cum Cæsare instauranda ageret, sese profitebatur, à Polonis in Bohemiam per eorum ditiones iter facere permissus est, Pragæ circa uesperam per posteriorem urbis partem cum esset admissus, nec documenta Legationis suæ, seu literas fidei testes (quod eas in itinere Polonico sibi à Causacis ereptas esse trucidatis aliquot etiam de suis narraret) exhibere Cæsareæ Maiestati posset, pro exploratore habitus, & Viennam missus est, ubi in hospitio publico benignè exceptus, noctu per Præfectum rerum capitalium ex cubiculo abductus, & manibus pedibusque ferro uinctus carceri mancipatus est, cæteri que ipsius comites iniectis cõpedibus ad operas seruiles in fossis urbis, & metallorum fodinis damnati sunt. *Janson. lib. 23.*

* 17 Septembris Præfectus Varadini Niari Paulus producto contra Zarchardum, quod Turcæ multis annis hætenus tenuerant, exercitu expeditionem mouens, urbem postero die tormentis bellicis conquassatam sceleriter occupauit, ac trucidatis ibidem circiter octoginta, reliquis uero in seruitutem redactis, oppidum prændio muniuit, indeque Varadinum cum omni præda regressus est.

* 30 Septemb. D. Hieronymo Sacro, Hieronymus Villarius Archiepiscopus, & Comes Viennensis Ecclesiam Cathedralem Viennensem D. Mauricio primùm dedicatam, sed ante 30. annos ab hæreticis Huguenotis fœdè conspurcatam & pollutam, ac tantùm non dirutam, denuo consecrauit. In cuius choro Altare maius marmoreum poni paucis ante diebus, vt alia pleraque suo sumptu, fratrem ac Patrum prædecessores suos imitatus, reædificari curauerat.

* 9 Nouembris Andræas Batthoreus Cardinalis, & Episcopus Vuarmienfis à Sigismundo Patruale superioribus mensibus uiolatis pactis cum Cæsarea maiestate præcedente anno initis, in Transyluaniam euocatus, eiuque Principatum præter Cæsaris consensum occupare uolens, inuito etiam cum Turcis fœdere, à Michaële Valachiæ Palatino iusto prælio cum toto exercitu profligatus, in fuga forte circa montanas regiones deprehensus à Valachis rusticis miserè interfectus est. Illius caput præcisum, lanceæque longæ infixum Michaëli Palatino ad Albam I-

Anni
Christi

1592

Anni
mundi

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

liam exportatum fuit. *Ianson. lib. 23.*

* Exportat etiã postea ad Albam Iuliã ipsius Cardinalis cadauer, quod cum Palatinus accuratè prospexisset minorem dextræ manus digitum, quo anulum is magai precij gestare solebat, in eo abscisum fortè animaduertit. Cuius facti nec compertus auctor, nec qui infortunatum Principem miserè trucidasset. Qui splendidissimo funere (quod Palatinus ipse cum primariis totius Prouinciæ proceribus insequabatur) honoratus, in sepulchro quod idem ipse fratri Germano quondam curauerat extrui, reconditus est. Princeps multis ac insignibus animi dotibus ornatus quem sanioribus consiliis haud hæsisse dolendum est. *Idem ibidem.*

* 24 Nouembris Albertus Archidux cum Isabella coniuge Louanij magnifico apparatu, & celebri pompa exceptus fuit.

* 28 Nouembris solemnis ac nonnihil præcedente splendidior Bruxellæ Principum eorundem fit aduentus.

* Exeunte Nouembri postquam totam Transsylvaniam sua virtute recuperatam Imperatori Rudolpho pacatam Palatinus Michael reddidisset, à Transsylvanis comitia celebrata sunt. Quibus facta inauguratione, fidei & obedientiæ iuramentum Cæsari tanquam vero & hæreditario Domino, Palatino vero tanquã vices ipsius gerenti (hocq; expressè modo sua ipsis priuilegia integra saluãque conseruarentur ordines præstiterunt. *Idem Ianson. vide & libellum hys de rebus editum & excusum Lugduni an. 1600.*

4 Decembris Carolus Emanuel Dux Sabaudia cum 300. nobilibus, quos ex sua ditione conuocarat, Lugdunum ingreditur. Paratum est illi pro hospicio, Palatium Archiepiscopi Lugdunensis, vrbe exceptus, & lautissimè cum suo Comitatu biduum habitus est, sumptu vrbs. Aduentus porro ipsius, & profectio in aulam Regis Franciæ hæc causa fuit.

* In pace, quam inter Gallia & Hispania Reges factã supra diximus, Sabaudia Dux cuius Legatus Marchio Lullini tractationi interfuerat, comprehendi petiit. Quod & obtinuit, ea tamen conditione, vt res quæ ea pace nõ decisã, sed adhuc inter Franciæ regem & Ducem controuersa erant, iudicio Romani Pontificis intra anni verrentis spatium deciderentur. Pontifex qui neutrum offendere vellet, primùm ampliùs ad deliberandum spatium postulat, quo & ipso elapso, sententiam ferre, ne alterutrius causæ præiudicare videretur, recusauit, vtque inter se cõtrouersias amicè componerent, vtrumque per literas & internuntios est hortatus. Cui Rex respondit, se tam respectu Romani Pontificis, quem reuerenter cole ret, quàm pacis causa, cuius imprimis esset studiosus, libenter & æquo animo accepturum, quod Dux in medium esset allaturus, vt controuersia inter ipsos de Marchionatu Salustiano sopiri posset. Dux quoque vt ostenderet sibi in animo esse Regi satisfacere, ad regem misit Bretonum equitem, qui quanto studio pacem Dux cuperet, declararet. Hic ad Ducem reuersus, retulit ipsum sine vllò periculo ad Regem adire posse, spemque ei fecit, à regis facilitate, quod vellet consecuturum, si ei priùs de Marchionatu satisfacisset. Hac spe inductus in Galliam ad Henricum Regem Dux profectus est. *Qua de re libellus extat Lugduni excusus apud Ioan. Pillehotte in 8º. 1600. Vide & Iansonium lib. 24. Mercur. Gallobelg.*

8 Decembris Albertus Archidux & Isabella vxor Antuerpiam sunt ingressi. Vrbs ea omni splendoris genere

1605.

5691.

conspi-

conspicua aduenientes exceperunt. In qua non ingens armatorum ciuium, ac elegantissimis vestibus accinctorum numerus, non arcus triumphales summo artificio elaborati, non cantus insignes, ac vilius optati generis pompæ defuerunt.

Emericus de Vie in Sanctiori Regis Franciæ Consiliarius, & in Tolosate Parlamento Præses dignissimus, Regi suo Henrico, totique Regno Franciæ charus, propter indefessum studium & operam, quam componendis horum calamitosissimorum temporum dissidiis posuit, & plurimarum Galliæ ciuitatum reconciliationibus, & deditio-nibus in potestatem sui veri & legitimi Regis innumeris ob hoc ipsum vltro citroque magnis & periculosis legationibus susceptis, & cum maximo fructu, & laude immortalis obitus: Hoc etiam postremis huius anni diebus de Catholica fide, & imprimis de ipso Delphinatu bene meruit, vt mandato Christianissimi, & Clementissimi Regis cum D. de Lesdiguières Governatore, Domino D'Il-lins Gratiationopolitani Senatus Principe, aliisque multis tum Consiliariis, & officariis regiis, tum nobilibus viris eam Prouinciam totam peragraret, perlustraretque, vt postremi edicti Regij anni 1577. promulgationem, & obseruationem re ipsa procuraret. Qua in difficili & laboriosa legatione obeunda, hoc vir magnus, & magnis rebus natus perfecit, vt iam in tota ea Prouincia Sacrosanctæ Missæ celebratio, liberæque ac securæ Ecclesiæ Cathol. Apostolicæ Romanæ professio in plusquam 50. tum pagis, tum vrbibus, quæ in iis iam pridem desierat, quasi postliminio fuerit reuocata, atque restituta. Idem 8. Augusti huius anni procuratum fuit in Xanctorum agro, & eius præcipua vrbe Rupella. *Vide libellum gallicum ea de re excusum Lugduni apud Theobaldum Ancelin. 1599.*

Ad finem iam peruenimus, Candide lector, & hic in præsentia quiescere decreuimus. Cæterum obnixè te rogatum volumus, vt hanc opellam nostram tumultuariam, & sub ipso prælo præcipitatum, boni consulas. Hoc certè quicquid est laboris inuitus, fateor, suscepi, & vt Bibliopolæ ipsi optimo viro, & de re literaria bene merito morem gererem. Huic enim cum hæc chronologia Gilberti Genebrardi ab operis typographicis iam iam absolueretur, in mentem venit, eam hoc qualicumque auctario locupletatam tibi exhibere. Quòd si vspiciam erratum à nobis esse deprehenderis, te rogo liberè vt admoneas. Nam si quid hîc scriptum Catholice fidei repugnans, aut minus fortè consentaneum reperiatur, id statim expungi, & pro non scripto haberi volo. Speramus porrò & optamus Deum omnipotentem nobis futurum propitium, suam iam pridè in nos inflammatam iram auersurum, corda filiorum ad patres conuersurum, animos impiorum per hæresim, & atheismi deuia errantium Spiritu Sancto suo illustraturum, vt terra sit vnus oris, & labij, ipse vnus agnoscat, colatur, celebretur in vna Ecclesia, qui solus est in Secula benedictus. Amen.

1600 Annum ingredimur à nato Christo supra millesimum sexcetesimum. multis piorum votis desideratū, multaque religione nõ Romæ tantum atque in Italia, sed passim quoque. quam latè fides patet Catholica, cultum atque tranfactum. Cæterum cum de anni Iubilæi origine, atque indulgentiis disputatio ad Theologos pertineat, nos ea ommissa pauca de cæremoniis rebusque gestis dicemus.

Lustralem annum siue Iubilæum cetero quoque anno celebrandū Bonifacius 8. Summus Pontifex primus in-

Anni
christi

1592

Anni
mundi

1679

1605

1692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

stituit, anno Christi 1300. vt refert Platina, in ipsius vita. Nunc mos habet, vt die festo quo Ascensio Christi ad cœlos celebratur, Romanus Pontifex, idemq; Christi vicarius, affixis ad quatuor vrbis plagas literis (quas Bullas vocant) Christianos omnes ceteris quoq; anno (sed hic ad quinquagesimum primum, nunc verò ad vigesimū quintū redactus est) Romā inuitet, aperitis omnibus Ecclesiæ thesauris, plenariaq; omnium peccatorum venia promissa, atq; exhibita. Missis deinde consimilibus ad omnes Patriarchas, Primates, Metropolitanos, Episcopos, aliosque Prælatos literis, per omnes Prouincias annū sacrum atq; iubilæum in ipsa natalis Domini vigilia publicari iubet. Cuius quidem diei finis siue vespera principium est iubilæi. Solēnis tum in vrbe instituitur Supplicatio, cui quidem & ipsum Cardinalium Collegium, & Regum ac Principū oratores magnatesq; omnes intersunt, sua quisq; pro dignitate vestiti, & prælatam crucifixi Christi imaginē sequenti, pulchro ac decet ordine ad Sacellū Palatij contendunt. Ibi Pōtifex cum vniuerso cœtu in genua prouolutus, corā Sanctissimo Eucharistiæ sacramēto preces fundit. Interea cerei acceduntur, quos singuli deinde manibus gestāt. Finita precatione, hymnus, *Veni Creator Spiritus*, decātur, indeq; digressa Supplicatio Basilicā D. Petri petit, Pōtificē sub umbella in lectica suorū humeris elatū, Cardinales, Oratores, ceteriq; Prælati, cādido oēs vestitu, cereosq; accessos manib. gestātes, ad Sacrā vsq; (quā etiā Aureā vocant) Portā, nō muro tantū, verū etiā ligneo septo ad arcendā populi multitudinē, obstructā comitantur. Ad quā vbi peruentum est, Pōtifex ē sede, siue lectica descēdens, apprehēso cereo, cathedrā prope ipsam portā eū in vsum exstructā, tribusq; gradibus sublimē ascendit, ac circūstantibus per suas stationes Cardinalibus, mitratus confidet, malleolo deinde argēteo inaurato ter murū, quo porta obuallatur, percutit, ad primum ictū his adhibitis verbis: *Aperite mihi portam iustitiæ.* Ad quā cantores respondent: *Ingressus eam, confitebor Domino.* Ad secundum ictū hæc inquit: *Introibo domum tuam, Domine.* Replicant cantores: *Adorabo ad templum Sanctum tuum in timore tuo.* Tertio ictū Pōtifex hæc loquitur: *Aperite portas, quoniam Deus nobiscum est.* Respondent Cantores: *Qui fecit virtutem in Israël.* Malleum deinde Pontifex maiori Pœnitentiario reddit, & ad sedē suā sine mitra regressus, recitatis verbis: *Domine exaudi orationē meā, & Dominus vobiscū,* orationē illā, quæ incipit: *Actiones nostras,* absoluit. Inde sessum se recipiēs, Psalmū: *Jubilate Deo omnis terra &c.* legit, interea dū fabri murū demoliūtur, portāq; effringūt. patefacto aditu, Pōtifex iterū deposita mitra portā subit, alternatis hinc inde sequētibus versiculis: Vers. *Hæc est dies, quam fecit Dominus.* Resp. *Exultemus, & letemur in ea.* Vers. *Beatus populus tuus, Domine.* Resp. *Qui fecit tabernaculum.* Vers. *Hæc est porta Domini.* Resp. *Iusti intrabūt in eā.* Repetitis demū illis verbis: *Domine exaudi orationē meam,* hæc precationē subiūgit: *Deus qui per Moysē famulū tuū populo Israelitico annū iubilæi, & remissionis instituisi, concede propitiis nobis famulis tuis annū iubilæi huius, tua autoritate institutū, quo Portā hæc populo tuo ad preces tuæ maiestati porrigendas ingredietur solemniter aperiri voluisti, feliciter inchoare, vt in ea venia & indulgētia plena remissionis omnium delictorū obiecta, cum dies nostræ vocatiōnis aduenit, ad cœlestē gloriā perfruendam, tuæ misericordiæ nomine perducamur. Per Dominū nostrum &c.* Interim dum Pont. his ceremoniis, atq; orationibus perfungitur, populus cōfertim irruēs omnia illa deiecti muri rudera, & glebas vel minutissimas momēto tēporis abripit, secūq; religionis ergo asportat. Mox adfūt Pœnitētiarij, Sacerdotali habitu amicti, Portāq; prædictā aqua lustrali aspergūt. Decātato hymno, *Te Deū &c.* Pōt. solio insidēs ad mai⁹ altare deportatur, ad q̄ primū, deinde ad BB. Apostolorū altare peractis precib⁹, thronū Pontificale cōscendit: dū

1605

5692

interea preces vespertinae decantantur. Sicque annus Iubilaeus auspiciū sumit. Eadem die atque hora tres è Cardinaliū numero iisdem ferè ceremoniis portas tēplorū D. Pauli, D. Ioannis Lateranensis, & D. Mariæ Maioris aperit. Ad quæ itidem non minor populi multitudo accurrit.

Porrò vt intelligatur quanta hoc anno Peregrinorum Romam confluxerit multitudo, quàmque insigni liberalitate Pontifex, clerus, ac Populus Romanus in eos vsus sit: verba R. P. Francisci Colteri, tanquam oculati testis, ex epistola eius ad Gasparem Creuinchouium Caluinistam ascribere lubet. *Romam, inquit, veni biduo ante Pentecostem, vbi more maiorum loca sacra frequento, Christiani populi deuotionem admiror, atque obstupesco ad Romanorum pietatem. Utinam tu hic adsis, mecumque coram spectes quæ Roma geruntur. Pauca ex innumeris referam, quæ omnem fidem superant. Tanta huc conluit ex omnibus mundi Prouinciis hominum turba, vt eam Roma vix capiat, Diuites, nobiles, pauperes, senes, iuuenes, viri, atque mulieres. Bononia Lauretum, & inde Romam, vidimus vias omnes peregrinorum euntium atque redeuntium multitudine referias. Ad vnicum Xenodochium Sanctissima Trinitatis ab ineunte hoc anno seculari in dies singulos nunc octo, nunc decem, nunc duodecim milia exterorum conueniunt, qui nobilium, & ciuium Romanorum impensis triduo gratis aluntur, & hospitio excipiuntur. His Primates ministrant, pedes abluunt, necessariaque viæ suppeditant. Viri viris, mulieres, separatis locis, foeminis. Atque in his Duces & Comites virisq; sexus, Episcopi, Cardinales, & Summus Pontifex, qui nudius tertius, vt etiam alias eodem loci suis ipse manibus sordidos pauperum pedes lauit, & osculatus est. Pleriq; heretici etiam Caluinista, qui huc spectatum aduenerant, visa Romanorum charitate, pietate, misericordia, effusa liberalitate ac deuotione, non se continuerunt quin suorum prædicantium mendacia palam damnarent, vt qui non nisi in uisâ Pontificis, Cardinalium, Episcoporum, clerique Romani deblaterent, suasque conciones his putidis flosculis ornent, cum Romam nunquam viderint, neque quid Romæ geratur unquam dedicerint. Ignorant enim hic cum summa eruditione summam vigere pietatem: cum qua si heretici suam conferant, erit pietas ipsorum impietas, & eruditio summa ignorantia. Illi igitur abiurata heresi sua ad Catholicam Ecclesiam sese aggregarunt. In his fuit Arnoldus Martinus, non ignobilis Caluinistici Euangelij apud Geneuenses prædicans, qui omnibus ignotus, spectans quæ gerebantur, ducentos coronatos aureos in usum pauperum peregrinorum hospitali prædicto donauit, serioque se ad fidem Catholicam conuertit. Idem postea causas aperuit, quibus motus Catholicam fidem amplexus est, libello proprio qui Lutetia apud Io. le Blanc est excusus an. 1601. vidi eodem loco duos alios Geneuenses ex heresi eductos, qui summa demissione & alacritate pauperum pedes abluiebant, lotisque pedibus oscula imprimebant. Quod genus officij cum cæteris nobilibus viris, nullo die huius anni intermittere dicuntur. &c. Summi Pontificis in pauperes, præsertim Sacerdotes transalpinos, liberalitas commendatur, qui præter mille coronatos quos in hospitale Sanctissima Trinitatis diebus singulis confert, in Palatio suo quotidie nunc ducentos, nunc trecentos, & amplius alii, neque desunt priuati viri tum ex clero, tum ex nobilitate, qui pro suis quisque facultatibus id ipsum præstant. In prædicto Xenodochio Sanctissima Trinitatis admiratus sum numerum, ordinem, nobilium sedulitatem, & cibi potusq; copiam. Ab hora 20. vsque ad 6. noctis, hoc est ad horas nostras, à 4. pomeridiana vsque ad 2. post mediam noctem producitur cœna, non eorundem, sed diuersorum, quod singula mensæ paulo amplius dimidiata hora absoluantur. Simul autem eodem tempore diuersis in cœnaculis & mensis cibum sumunt circiter duo hominum millia. Tum ex his collige quot millia 10. horis pascantur, & id quidem hoc an-*

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

no sacro in singulos dies. Sodalitæ civium, quæ confraternitates vocant, certis piis officiis charitatis addictas (quales Roma plurima sunt) eos omnes suis impensis excipiunt, qui huc aliunde & similibus sodalitatibus, iisdem ventres legibus conveniunt. Videas quandoque eodem die triginta aut quadraginta eiusmodi sodalitia à diversis Italia civitatibus in Urbem summa devotione ingredi, quorum quodlibet trecentos, quadringentos, mille, aut etiam bis mille homines continet. Elapsa septimana, simul ex una Sodalitate ad decem millia accesserunt, non pauperes modo, sed divites quoque & nobiles viri, qui ad pauperum subsidium è locis suis vinum, frumentum, ligna, aliâque id genus liberaliter convehunt. Hi autem peregrini loca sacra, alij apertis capibus, alij nudis pedibus, alij aliis poenitentiae modis frequentant. non pratermittitur charitas, & munificentia in pauperes religiosos, qui ex Christi Evangelico consilio solis elemosinis vivunt: Capucinos, inquam, ducentos, & Franciscanos, quos feria 2. Pentecostes mille ducentos numeravit, è monasterio suo Capitolino (quod Aram Cœli vocant) ad D. Petri eodem in Vaticano hinc procedentes, aliosque innumeros, quos Christus ad sui Apostolorumque imitationem Evangelicos pauperes esse voluit. Si ad Urbis Ecclesias progredi lubeat, offeret se splendor & ornatus Christianus, qui mentem ad divinum cultum excitet. Videbis laquearia inauratis picturis sculpturisque fulgere, & parietes varijs marmoribus incrustatos splendere, Templaque ipsa de Sanctorum reliquijs pietatem, ac devotionem spirare. Quas ut tu cum Vigilantio tuo rideas, nos tamen cum B. Hieronymo, qui inepto illi dormitanti os obturavit, & cum toto orbe Christiano veneramur certi hereticos malignis spiritibus agitados, qui se Sanctorum ossibus torqueri sentiunt, eorum impulsu risus, & cachinnos in diuos edere. Igitur in hac urbe, magna animi mei consolatione contempler constantem Maiorum fidem, religionem ac pietatem, successione non interrupta ab Apostolis ad hos posteros derivatam. Semper enim Romanorum fides ubique (ut B. Paulus loquitur) commendatur. Considero hic membra Catholica Ecclesie, licet per orbem uniuersum longè lateque diffusa, in visione Spiritus, in una fide, atque in demissa humilitate & obedientia cum suo visibili capite, Jesu Christi Vicario, ac Beati Petri successore convenire. Siquidem qui huc ex omnibus partibus confluunt, atque à suis submissi sunt, suorum civium fidem, atque erga fidem Apostolicam veram obedientiam contestantur: Non enim hic desunt ex Indis, Brasilia, Græcia, Ægypto, Palaestina, Sicilia, Dalmatia, vtraque Polonia, Germania, Hungaria, Anglia, Scotia, Hibernia, Francia, Hispania, Lusitania, aliisque regnis ac Prouincijs. & c. Hæc ille.

Inter summi ordinis viros qui tum Italiam adierunt nõ vltimus fuit illustrissimus Dux Vviterbergenfis Fridericus, qui non tantum supradictas omnes ceremonias, quãquam aduersam profiteatur religionem, præfens aspexit, verum etiam notus alicubi, alicubi ignotus, magnam Italię partem paucis cum comitibus perlustravit. *Ianf. lib. 24. Mercur. Gallobelg.*

Ignotus & Romam adiit, sed pietatis & religionis causa Henricus Lotaringiæ Princeps, Marchio Mussiponti, qui etiam præfens ac supplex à summo Pontifice veniam petiit, & impetrauit, quod inconcessas nuptias iniisset cum Catharina Borbonia Sorore Henrici Galliæ regis. *P. Mathæus lib. 3. narrat. 1. historiae suæ.*

5692

27. Februarij Tractatus de Marchionatu Saluffiæ cuius causa Carolus Emanuël Sabaudia Dux in

1605

aulam Henrici Gallia Regis venerat, vt supra attigimus, ab vtroque Lutetia subscriptus, & vtriusque sigillo confirmatus fuit. *Conditiones ipsius P. Mathaei recenset li. 3. narratione 2. Historia sua. Vide etiam Ians. lib. 24.*

25. Aprilis Florentia contractus Matrimonij Henrici 4. Regis Gallia & Navarra, cum Maria Francisci Medici Florentia Ducis filia, conclusus & stipulatus fuit, procurantibus pro Henrico Rege, Nicolao Brulartio, D. de Sillery, & Carolo Neouillao D. d'Alincourt, ad eum effectum delegatis. *Inuentarium generale Historia Francia tomo 4.*

Sub finem Aprilis Albertus Archidux Austria omnium ordinum comitia habuit Bruxellae. Ibi haec mandata ordinibus sunt exposita: Duas omnino esse vias, quarum alterutra necessario ingredienda sit, vnam pacis, alteram belli. Illam quidem multo esse commodiorem: nec dubitare se quin pacem omnes exoptent, sed neminem magis quam Princeps, qui & natura pacis cupidi sint, & nihil magis in voto habeant, quam pacifice subditos regere. Cuius procurandae siquam comminisci possint rationem, gratum fore Principibus, ea si ostendatur, qui parati semper sint errantes obuiis vlnis excipere, & corpori a quo malorum & inquietorum consiliis auulsi sint, & quod deterrimum est, pertinaciter in errore persistant, rursus inferere. Quamuis autem in iis ad viam reducendis nihil ad summam diligentiam reliqui factum sit, nihil tamen aliud effectum, quam vt iidem multo facti sint arrogantiores. Bellum igitur necessario gerendum esse. Cuius sumptus omnes ab Hispania expectari nec posse, nec flagitari debere: sed vt seipsum his malis expediant plane opus esse. Eoque conuentum hunc indictum, vt deliberaretur, vnde in bellum sumptus tantisper suppeditari queant, quoad pax tandem diuina ope constituatur. Ex Hispania ducena quingena scutatorum millia menstrua esse decreta: quod amplius eo necessarium futurum sit, e Prouinciarum opibus supplendum esse. *Ians. lib. 24.*

9. Iulij Henricus 4. Lugdunum, tota ciuitate obuiam effusa, venit. Auentus ipsius haec causa fuit. Cum Sabaudia Dux ad suos reuersus, se coactum subscripsisse contractum cum Rege inquit diceret, & promissa reuocans, negotium in longum protraheret, Regis arma aduersus se concitauit, vt quod e volente non posset, vel ab inuito per vim extorqueret. Quumque septuaginta dies vltra terminum praefixum Rex expectasset, Duxque interpellatus, se legati sui verbis stare non velle significasset, Rex animum ad bellum gerendum adiecit, & scripto publico non se, sed Ducem belli autorem protestatur, vt pote qui Marchionatum Salustianum Francorum Regibus per vim ereptum, reddere recusaret. *Ians. li. 24. P. Mathaei li. 3. narrat. 3. Inuent. generale hist. Francia, tomo 4.*

Per eosdem dies Petrus Normandinus ab anno quarto aetatis caecus omnino factus, in artibus Magister, Diaconus, & Concionator egregius, Lugdunum venit, vbi in celebribus Ecclesiis saepe, ac magna semper auditorum frequentia concionatus est, etiam bis in die. Quod mirati sunt omnes, atque imprimis felicem ipsius memoriam; Nam & nouum ac vetus testamentum memoriter tenet, & innumeros veterum Theologorum locos, vt qui saepe paginas integras ex ipsis recitet, citatis libris, & capitibus, atque etiam numeris versuum vtriusque Testamenti. Habet elogia, & literas commendatitias, plusquam quinquaginta,

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5694

Anni
Cxi.

12

Anni
mundi.

5679

Cardinalium Legatorum S. Pontificis, Archiepiscoporum, Episcoporum, Vicariorum Generalium &c. In tota Gallia.

29. Iulij Controuersia inter Henricum 4. Franciæ Regem, & Carolum Ducem Sabaudia pro Marchionatu Saluffiæ, delectis in eam rem sex arbitris, seu Commissariis Lugduni composita fuit.

Paucis post diebus ea pacta rupta à Duce Sabaudia. Itaque Henricus 4. scripto publico causas aperuit belli aduersus Ducem suscepti. Quæ 16. Augusti Lugduni per tubicines fuerunt proclamata.

5. Augusti Iacobus 6. Scotiæ Rex fraude & perfidia Alexandri Ruueni, Comitis Gouriæ fratris in insidias coniectus, diuina ope liberatus est. *Ians. lib. 24. historiam integram rei gesta recenset.*

16. Augusti ante Incem Mareschallus Bironius iussu mandatoque Henrici Regis, Burgum Metropolim Breffæ aggreditur, mille ducetis militibus comitatus. Eorum partem scalas muris applicare iubet, partem helepolidem (vulgo petardum vocant) portæ admoliri. Eum Præfidiarij ad hoste muros iam ascendente deiiciendū frequentes accurrunt, qui ad portam relictū erant, igne subiecto eam effringunt, aditumque sibi patefaciunt. Mareschallus, vno tantum milite amisso, oppidum ingressus, prædati suis prohibuit, oppidanis vitam, honorem, fortunas saluas esse iussit. Ducentis quoque Heluetiis, qui præsidio oppidum tenuerunt, nullo persoluto lytro discedendi, suaque effe-
rendi veniam concessit. *Idem ibid.*

6. Septembris Antonius Seguierius in Senatu Parisiensi Præses, & Henrici 4. ad Ducem & Rempub. Venetorum legatus, oratione grauissimis verbis, sapientissimisque sententiis ornata causas suscepti belli ab Henrico Rege aduersus Sabaudia Ducem, coram ipso Duce & Senatu Venetiarum explicat.

3. Septembris Turcarum Vesir, siue supremus Præfectus Ierahim Canissam locum totius Stiriæ munitissimum cum ducentorum millium exercitu obsidere cœpit. Arci (nam oppidum infirmius quàm vt defendi posset, desertū erat relictum) præerat Georgius Paradiferus cum præfidiariis circiter quingentis: qui initio feliciter tentata eruptione, strenuè se gesserunt, at procedente obsidione, propiusque admotis Turcarum machinis, Hungari primùm, deinde Germani quoque labascere, ac postea etiam imperium detrectare cœperunt. Sic ergo Paradiferus tandem & ipse in deditioem consensit, quæ 22. Octobris facta est, præfidiariis cum omnibus suis fortunis ad Muram vsque fluiuium deductis. *Ianson. li. 24. Expeditionis Christianorum ad Canissam diarium ab Annibale Mathai du Monti excellentissimi ducis Mercurij Secretario, recenset Nicolai Rensnerius in narrationibus rerum Turcicarum.*

5. Octobris nuptiæ inter Henricum 4. Franciæ & Nauarra Regem Christianiss. & Mariam Mediceam Magni Etruriæ Ducis neptem Florentiæ celebratae sunt. *Quarum pompam & magnificentiam Iansonius describit lib. 24. Mercur. Gallobelg. Vide & P. Mathai narrat. 4. lib. 2. & 5. lib. 3. sua historia. & Inuentor. generale Historia Franciæ tom. 4.*

Eodem Octobris die Duci non ita pridem natus filius sacro lauacro tinctus est, Venetorum Legato suscipiente.

9. Octobris Florætiæ in earūdem nuptiarum celebritate, Comœdia incredibili sumptu, & admirabili apparatu peracta fuit, quæ aures & oculos spectatorum admira-

1605

5692

tione, ac tantum non stupore oppleuit. Eam describit *Ian. ibi.*

Paucos post dies Regina Maria cum classe octodecim trirerum Liornia soluit, & ventis secundis vsa breui Massiliam appulit, e naui egressam Pomponius Belleuræus Henrici 4. Cancellarius magna nobilium virorum caterua comitatus graui oratione excepit. Auenionem inde deductam, ciues magnifico apparatu, & triumphali curru in ciuitatem introduxerunt. Lugdunum inde profectam, latissimisque ciuium acclamationibus, ac Pompa magnifica & memorabili exceptam, Henricus Rex paucis comitatus, e bello Sabaudico redux conuenit. Vbi etiam 17. Decemb. nuptiæ regali planè pompa sunt celebratæ. *Idem ibid. Petrus Mathæus & Inuentar. gener.*

Inter Persas & Turcas iam olim grauissima extitere dissidia, quæ, vt superioribus quoque annis in cruenta sæpe bella eruperunt. Horum causa duplex est, & de finibus contentio, & religionum vel potius superstitionum diuersitas quædam. Et si enim eandem quam Turcæ profitentur religionem, eam scilicet quam nefarius pseudopropheta & impostor Mahumetes commentus est, sectam tamen diuersam sequuntur, adeoque in Turcas maiori quam ipsos Christianos odio flagrant. Quod quidem insatiabilis etiam regnandi cupiditas Otthomanicæ gentis, omniæque ad se rapiendi libido & accendit vehementius, & etiamnum alit. Huius igitur gentis Rex non ignarus quantæ contentione inter gloriosissimum Romanum Imperatorem, & Turcarum tyrannum de Vngariæ Regno iamdiu vario euentu decertaretur, optimum suis rebus tutissimūque duxit arma cum eo coniungere, & fœdus sancire. Ea de causa Legationem misit splendidam, quæ

4. Nouembris Pragam venit, cum 30. viris, quod reliqui longissimi itineris difficultate ac laboribus in ipsa via essent extincti. Inter hos primarius fuit Anglus quidam natione, Antonius Sirlæus nomine, secundus ab eo Cuscinati Beg, primarius aulæ Persicæ Consiliarius, pro more gentis suæ vestitus. Audita Regis postulatione, Imperator ad 11. Decembris ita responderi iussit: Magna se cum voluptate intelligere, quod potentissimus Persarum Rex, non suam tantum, sed cæterorum etiam Christianorum Principum amicitiam vltro ambiat, quod facilius immanissima Turcarum tyrannis non reprimi tantum, verum etiam (Deo bene iuuante) tolli omnino tandem queat. Sibi quidem nihil prius, atque antiquius fore, quam vt tam præclaram de se potentissimi Regis voluntatem ac studium pro virili tueatur, expectationemque sustineat. Tum eò omnes curas cogitationesque conuersurum, vt commune contra communem non Christianorum tantum, sed omnium etiam nationum hostem, ac depopulatorem fœdus ineatur. Multas quidem hæcenus à Turcis missas ad se legationes, multos conuentus habitos, atque hoc ipso etiam tempore pacis spem ostentari, vel potius simulari: sibi verò decretum esse non contra vim tantum quam optime omnia parata habere, verum etiam insidias cauere, nec passurum vt coeunte iam ac conspirante secum contra acerbissimum hostem tam valido Principe, per se stetisse videatur, quod minus Otthomanicæ tyrannidis nerui planè succidantur. vt verò ad tantam rem quæ opus sunt, comparentur, breui omnium Imperij Principum Comitia habiturum, ad Magnum Moscouiæ Ducem quoque Legatos missurum, qui ad arma suscipienda ipsum cohortentur. Quod quidem is vltro facturus videatur, vt nuper è splendida

Anni
christi.

1592

1605

Anni
muni

56

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

ipſius legatione intellectum ſit. His conatibus Georgia-
norum quoque, qui vocatur, Ducem forte non defuturum,
Perſarum Regis maximè authoritatè adductum, & ope
conſiſum. Quòd ſi vterque ſuis quiſque locis Turcicas di-
tiones ineunte vere oppugnet, non dubium eſſe quin ma-
gna ad victoriam momenta ſint conſequuturi. Illud deni-
que quòd Perſarum Rex Chriſtianiſ omnibus non mo-
do liberum com meatum in ſuo Regno, ſed libertatem
etiam Religionis aliàſque immunitates prolixè liberali-
tèrque offerat, non ſolùm Chriſtianiſ omnibus gratum
futurum, ſed & eoſdem certatim vndique inuitaturum,
vt faciliùs & libentiùs cum Perſarum gente ſe coniungant
commerciàque exerceant. *Ianſon. lib. 24.*

Cùm Rex Henricus armata manu Sabaudiam fuiſſet
ingreſſus, & omni opinione celeriùs Camberiacum Me-
tropolim, & Parlamenti Sabaudia ſedem, Carbonariam,
Myolantium, Sancatharinum firmiſſimum haud procul
à Geneua propugnaculum, aliàque multa oppida, caſtel-
la, & munitiones occuparet, ſolàque reſtaret Arx Mom-
meliana, quæ ipſius Regis impetum, & felices ſucceſſus
remorari poſſe videretur. Nec .n. cuniculis ſuffodi, nec ſca-
lis admotis inuadi poterat, & ab omni tormentorum vi-
tutam plerique militiæ gnari iudicabant. Ipſe tandem
Mommeliano copias circumfudit, ac diligentia impris-
mis & industria Ronnij effecit, vt triginta tribus, diuerſis
in locis diſpoſitis tormentis, & muri vrbs arrietarentur, &
Præſidarij deſenſione prohiberentur. Circa fluuium quo-
que duobus locis poſitæ machinæ diſplodebantur in in-
ferius propugnaculum, inferebantque non leue damnum
iis qui exire, & oppugnantibus reſiſtere, aut etiam mu-
rorum ruinas reſtaurare vellent. Quæ res maiorem quàm
vlla alia timorem incuſſit obſeſſis, & Brandiſium arci Præ-
fectum compulſit, impetratis quinque dierum induciis, cū
Henrico Rege ita conuenire, vt niſi intra menſtruum ſpa-
tium Dux obſeſſis auxilio veniret, arx dederetur, præſidarij
cū omnibus, quæ geſtare poſſent, excederēt, & è ceterioni-
bus aliquem, qui hæc pacta Duci ſignificaret, mittere lice-
ret. Atque ita Rex, cū intra vertentem menſem ex ad-
uerſo nemo comparuiſſet, arce munitiſſima, præter mul-
torum ſpem, & exſpectationem 16. Nouembris potitus
eſt. *Idem ibidem.*

21 Nouembris, qui dies præſentationi B. Mariæ Virgi-
nis ſacer eſt, Antonius Tolofanus à R. D. Petro Villario
Archiepiſcopo Vienneniſi, Abbas S. Antonij Vienneniſis, in
ipſo D. Antonij Tèplo cõſecratus eſt. Is adhuc adoleſcens
ingreſſus Societate nominis Ieſu, breui ſummus theologus
& cõcionator eximius euasiſt. Sed cū graui fluxione in ocu-
los, & tandem ſuffuſione confirmata (quæ Cataracta vulgus
medicorum appellat) laboraret, nollètque homo priua-
tus & modeſtus ſocietati oneri eſſe, ac nouo exemplo ana-
gnoſtem ſibi depoſcere, cum bona Patrum ipſius Soci-
tatis venia, & nonnullo etiam mœrore, cū nondum ſo-
lemni illa profeſſione Societati deuinctus eſſet, dimiſſus
fuit. Dimiſſum excepit, & perbenigne habuit apud ſe Pe-
trus Villarius Vienneniſis Archiepiſcopus, tum ipſius To-
loſani præclaris animi dotibus, tum illius Societatis reſpe-
ctu, & amore impulſus. Sed cū eum obfirmato eſſe ani-
mo videret, in aliud quodpiam Monasterium ſeſe recipi-
di, vbi & piè ac religioſè viuere, & ſubſidio ſtudiorum ne-
ceſſariò adiuuari poſſet, illi auctor atque hortator fuit, vt
D. Antonij regulæ, atque inſtituto ſe deuoueret, atq; man-
ciparet. Præuidebat enim etiam tum vir pius, & cœleſti

1605.

5692.

spiritu afflatus, eum opportunè oblatum & quasi diuinitus demissum, qui ordinis illius puritatem, atque instituta vetera, temporum iniuria collapsa in vsum reuocaturus & suo ipsius exemplo renouaturus esset. Nec spes ea Villarium fefellit. Etenim primo anno professionis ipsius Tolosani, cum generalis Abbatis mors accidisset, vna omnium religiosorum voce, & consensu, in demortui locum, rara virtutis, & doctrinæ hoc sæculo prærogatiua, susceptus fuit. A quo tempore vir pius omnem operam atque industriam posuit in restauranda Primariæ illius sedis, & Abbatia, ac totius ordinis Ecclesiastica disciplina, in reficiendis eiusdem ædificiis hæreticorum prauitate, & futore dirutis, & quod laudabunt posterum & mirabuntur (nam ingravescente morbo & oculorum fluxione cæcus omnino effectus est) in Concionibus frequentibus, per aduentum, & Quadragesimam etiã assiduis, tum Viennæ, & Grarianopoli, tum Romani, & in S. Marcellini phano, ac aliis ipsius Delphinatus vrbibus, Diatribis, quas frequentes habuit cum præcipuis Caluiniticæ sectæ ministris, quæque etiam typis fuerunt excusæ, & datæ in publicum. In summa, vt reliquas huius optimi viri virtutes in vnum contraham, alter est huius sæculi Didymus Alexandrinus cæcus, D. Hieronymi Præceptor, qui multa opera & nobilia composuit, ab ipso Hieronymo passim laudatus, qui claruit anno Domini 395. Plura de optimo atque modestissimo viro dicere, & pudor ipsius non patitur, & res est alterius & loci & temporis. Hæc pauca cum libentia, & voluptate, vt verum fatear, vsurpau, quæ reticere, nisi cum mea nonnulla culpa non poteram. Sed iam ad institutum nostrum Chronologicum reuertamur.

Et quem supra commemorauimus foelici successu, & inusitato belli progressu Henrici 4. moti Principes & Republicæ Italiae, verentisque ne belli scintillæ ultra Alpes spargerentur, & Italiae pax turbaretur Pontificem Rom. hortati sunt, vt bellum inter Regem, & Ducem componere studeret. Is nepotem suum Petrum Aldobrandinum, Cardinalem, ad Regem, Ducemque Legatum misit, vt vtrumque ad pacis studium inflecteret, atque ita omnium Christianorum quieti consuleretur. Cardinalis primo Ducem conuenit, cuius cum singulare pacis studium, vt præ se ferebat, intellexisset, hortatus est, vt è suis aliquos ad Regem secum vnà proficisci pateretur, qui tractationi interessent. Adiunxit ergo Dux Cardinali comites, Franciscum Arconatum, & Renatum Lusingium, magnæ experientia viros. Hi cum Cardinali Camberiacum ad Regem profecti sunt, qui 26. Nouembris die Nicolaum Brularium Dominum de Sillery, & Petrum Ianninum Nauium deputauit, vt Ducis postulata audirent, eique responderent. Ipse enim, vt supra diximus, Lugdunum iuerat, & de Cardinalis aduentu certior factus, vt eo sequeretur se, rogarat.

Lugduni ergo de pace componenda, Cardinali Sequestro, primum agi cœptum. Sed cum nuntius de euerso à Geneuensibus Sancatharino esset allatus, Cardinalis tractationem abruptit. Rex de eo certior factus, idque pro noui belli initio habens, exercitui suo omnia hostilia libera esse iussit, & permisit Geneuensibus, vt demolitionem propugnaculi inceptam perficerent. Quod illi tanto studio atque ardore effecerunt, vt postridie ne forma quidem, aut primæ eius delineationes apparerent. Hoc pacto abiecta omni spe pacis, cum Ronius Cardinalem inuiseret, vt in

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

ruptæ tractationis, rogans, vt Regi significaret, sibi nihil accidere posse iucundius, quàm vt intermissa actione continuata, firma tandem pax, & amicitia coiret, quæ post multam disceptationem in has tandem leges facta est, vt Dux Marchionatum Salustianum teneret, proque eo Regi Bressam, Baugianam, & Veronæam valles traderet, cum omnibus locis quæ sunt inter Rhodanum, & Ararim fluuios. Hanc pacem postea quoque Hispaniarum Rex, etsi nonnullas eius condiciones rebus suis maxime incommodas diceret, ratam nihilominus habuit, & sic vniuersæ Galliæ, & Sabaudia quies est restituta. *Ianson. lib. 24. Petrus Mathæus lib. 3. narratione 4. historia sua, & inuentarium generale historia Francia tom. 4.*

Annum hunc Angliæ fati quietum habuit. Archidux quidem Albertus, & Isabella eius vxor, initio sui aduentus in Flandriam, Angliæ Reginam per literas & internuntios certiore fecerunt, mutua amicitia spem facientes. Regina vicissim eis de matrimonio, & inauguratione amicissimè gratulata est, cum proluxa beneuoli animi ostentatione.

In Angliam tum è diuersissimis mundi partibus venerunt Legati à Festarum scilicet, & Maroci rege, Muley Hamet, & à Bori Federouitio magno Moscouiæ duce. Quorum vterque Reginae amicitiam ambiebat, & studia vicissim sua beneuolentiàmque offerebat. Mirum fanè erat videre alteros totos ferè, vt è frigidis regionibus venientes, pellibus vestitos, alteros seminudos ferè & tenui serico circumamictos. *Ianson. ibidem.*

De rebus gestis in India Orientali, & vicinis regionibus ab eo tempore quo Patres Societatis nominis Iesu in eas ingressi sunt, vsque ad hunc annum 1600. historiam scripsit Petrus du Iarric eiusdem Societatis Theologus, excusam in 4. Burdigalæ, apud S. Millanges, 1608. Digna est lectu.

1601. 18. Ianuarij cum Pax inter Henricum Regem, & Sabaudia Ducem, Lugduni conclusa fuisset, & firmata, ob hoc tantum beneficium gratia fuerunt acta Deo, & Canticum *Te Deum laudamus*, decantatum in Ecclesia Metropolitana S. Ioannis Baptistæ. Vbi etiam oratio panegyrica de Pace à Iacobo Marchifetto Doctore Theologo Pisaurense, Romanæ eloquentiæ in Romano Archigymnasio Professore primario habita fuit, coràm Rege ipso, ac Regina Christianissimis, illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Petro Cardinale Aldobrandino Apostolicæ sedis de latere Legato, & magna Francorum Regni Procerum, Præsulùmque frequentia. *Eam Lugduni excudit Claudius Morillon Typographus. Scripsit etiam epistolam elegantem vir doctus de bello Sabaudico, nuptiis Henrici Regis, pace, & apparatu Lugdunensi, ibidem excusam verum suppresso nomine, quod non debuit. Sciremus enim cui beneficium deberemus.*

29 Ianuarij apud Boios supremum diem clausit Ludouica Nicolai Comitissæ Valdemontij filia, & Henrici 3. Franciæ & Poloniæ Regis vidua, magno apud pauperes Prouinciæ illius desiderio sui relicto.

25 Februarij, ipso cinerum die Robertus Deuorensis Comes Essexiæ, 25. Procerum Angliæ sententiis, capitis damnatus, in aream turris Londinensis productus sine ullo metus indicio, ceruicem securi subiecit, amputatòque tribus ictibus à carnifice capite, vitam finiuit. Angliæ Regina diu fluctuanti animo modò ad gratiam, modò ad seueritatem propendebat, sed tandem supplicium de eo sumi iussit. Idem supplicium de Christophoro Blontino, Es-

1605.

5691.

sexij vitrico, & Carolo Dauerio, nobilissimo genere viris, sumprum est. Mercicus verò Essexij aulae Magister, & Héricus Cufius à secretis, quòd ad nefaria, & violenta consilia Comitum impulsissent, laqueo prius gula fracta, in quatuor partes dissecti sunt. *Ianson. lib. 25 P. Mathaus lib. 4. narrat. 2. inuentar. generale histor. Franc. tom. 4.*

4 Martij nuptiæ inter Carolum Marchionem Burgauium, è familia Austriaca, & Sibyllam Cluensis Ducis filiam Dusseldorpij solemniter celebratæ sunt. *Ianson. lib. 25.*

5 Aprilis iidem Legati Regis Persarum quorum supra meminimus, Romam solemnè pompa ingressi sunt, vt Summum Pontificem ad bellum contra Turcas etiam incitarent. *De aduentu ipsorum libellus excusus est Lugduni apud Iacobum Roussin. Vide & P. Mathaum libr. 4. narratione 2.*

13 Iunij & aliquot sequentibus vsque ad festum Sancti Ioannis Baptistæ, in Arragonia non procul ab vrbe Vili-la, in campanario Templi S. Nicolai, campana per se, & à nullo pulsata sonuit sæpius, magna incolarum trepidatione, & terrore. Quod & alias sæpe accidisse referunt. Vnde miraculi campana vulgo appellatur. *Lege P. Mathæi lib. 4. narrat. 2. & inuentar. gener. tom. 4.*

2 Iulij Rimberca, Coloniensis diocesis ad Rhenum oppidum, vbi validum præsidium Albertus Archidux collocarat, à Mauritio Nassouio cum exercitu 20. millium hominum, in quo tria erant equitum millia, ob sideretur, & tandem vltimo huius mensis die per deditionem recipitur oppido præerat Ludouicus Ferdinandus Dauila, qui cum mille & trecentis militibus egressus, Traiectum ad Mosam est profectus cum magna sociorum multitudine. Et ex obsessis quidem supra mille desiderati perhibentur, ex obsessores verò non pauciores cecidisse credibile est. *Ianson. lib. 25.*

5 Iulij Ostendanzæ obsidionis initium fuit, Comite Frederico Vandenbergio, cum imperio ab Alberto Archiduce eo misso. Qui cum quinque cohortes peditum secum adduxisset, & castra inter arenarios, qui in plaga orientali cernuntur, tumulos, metatus esset, postero statim die, cum 4. tormentis æneis fulminare, & globos in urbem proiicere ferreos cœpit. Erant tum in vrbe Præsidiariorum militum signa 21. qui adiunctis sibi ciuibus, sub imperio Vódernothij, ad defensionem sese statim composuerunt, vxorum & liberorum sarcina in Zelandiam maxima parte dimissa. Cæterum tanta vtrinque principio obsidionis machinarum vi certatum fuit, vt minore quàm vnus mensis spatio quinquagies mille in urbem, vicies mille magni ponderis pilæ ferreæ ex vrbe in castra contortæ & exploratæ ferantur. Præsidium vrbis Angliæ Reginae & ordines ad eum auxere numerum, vt iusti exercitus speciem haberet; atque ita potius castra castris opposita, quàm vrbs obsessa videretur.

Tam celebris verò tantæque expectationis principium etiam huius obsidionis fuit, vt vndique tam in castra, quàm urbem ipsam videndi studio, multi atque etiam Principes viri confluerent. Euenta quidem quotidiana, interfectorumque numerum describere, instituti nostri ratio non permittit, casus tamen quosdam mirabiles facere non possum quin attingam. In vrbe erat Gallorum militum Tribunus Castillionæus, cui per crates prospicienti globi ictu caput ita ablatum fuit, vt proxime astantes non cruore tantum foedati, sed etiam penè exanimati sint. Miles quidam panem emerat, quem dum in altum manu eleuatū

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

ostentat ecce volans globus medium panem aufert, reliquum milite retinente. Qui magno cum iubilo statim, & hu ne boni & honesti militis globum fuisse (vtpote qui ex æquo secum partitus sit) & panem hunc vere militarem esse, & dignum qui vel ab optimo milite comedatur, exclamavit. Nobili cuidam Anglo in eruptione quadam dextrum brachium, globi ictu fuerat ablatum, quod ille statim sinistra manu sublaturum, ad chirurgum, deinde in tectorium suum reportavit, addens sine vlla doloris significatione, brachium hoc esse, quod sinistro ante meridiem inseruierit. Alius quidam, qui itidem brachium amiserat, medius inter duos ducebatur, cum mox alio globo crus ei aufertur ductoribus illis penè illæsis, atque ita miserè truncatus interiit. Cuius quidam aromapola ante tabernam globi ictu interemptus erat, quem mox in feretro repositum alius globus scandapila eiecit. Equus cui adulescens insidebat à posteriori parte ita traiectus fuit, vt per frontem globus exiret, sessori tamen nihil damni datum, quàm quòd caligæ inter crura lacerata sunt. Cum Mesonantarum quodam præfecto alius sermonem miscens, cubito, vt solent eiusmodi homines, humeris eius innitebatur, quem itidem globi ictus, afflato parum, illæso tamen præfecto, in auras secum abstulit, atque auulsit. Non semel etiam contigit, vt globi ab obsessoribus missi in hostilium machinarum iam ad dislosionem paratarum ora vel foramina inciderent, atque ita incenso puluere, vnà cum inserto globo in castra sint reiecti: Insuper sit alia eiusmodi recenserè. *Legat qui vole: Palastram Ostendam, Iansonij lib. 25. Goardi Artibus Daniscam libr. 3. tom. 5. Mercurij Gallobelg. succenturiati. P. Mathæum libr. 4. narrat. 2. & 3. & lib. 7. narrat. 2. idem & 3. & inuentar. generale tomo 4.*

Hoc eodem mense Iulio Ferdinandus Archidux Austriæ, Stiria, & Carinthiæ dominus occupatam à Turcis superiore anno Canissam omni ope atque opera recuperare instituit. Ad quam quidem rem auxilia Cæsaris, Pontificis Romani, & Hispaniæ Regis sibi adiunxit. Itaque copiis simul iunctis ad 25000, equites & pedites ad eam obsidionem progressi sunt, quam tamen aliquot post mensibus deserere, & sese non sine damno recipere fuerunt coacti. *Ianson. ibid.*

Eodem Iulio Annuæ Pensitationes pecunia comparata, quibus antea duodecima sortis pars quotannis creditori à debitore pendebar. Edicto regio ita temperata & moderata sunt, vt posthac decimasexta tantum pars sortis, pro iusto reditu annuo exigi possit. Atque ita Rex clementissimus subditorum suorum inopia, in quam nimio illo fœnore, & superiorum annorum calamitatibus fuerant coniecti, æquissima hac lege non parum subleuauit.

11 Augusti ad D. Georgij Fanum in Vngaria prodigia horrenda in aere apparuerunt, *descripta in Inuent. Gener. histor. Francia tom. 4.*

18 Augusti Michael Vaiuoda Moldauiæ Palatinus ob clandestinas machinationes, & secreta cum Turcis & Tartaris consilia, Georgij Bastæ, Cæsaris in Transsylvaniâ cū imperio Legati, mandato, cum comprehendi non posset, occisus est. *Ianson. lib. 25.*

9 Septembris Cæsarianus exercitus Albam Regalem obsidere cœpit, Duco Mercurio tribuno militum Rufuurnico, Collinitio, Alheimio, Stacembergio, Geisbergo, & aliis copiarum Prouincialium Ductoribus. Est autem vrbs illa natura sic munita, vt vndique paludibus septa sit

1605.

5692.

ad milliare dimidium suburbia habet duo, per quæ aditus ad eam patet, cæteris partibus inuia putatur. Nihilominus Rufuurtmij solertia, & paucorum militum generosorum per itinera deuia, per paludes irrumpentium industria plus nocte vna effectum fuit, quàm alioquin hebdomadibus aut mensibus compluribus nauari potuisset, superatis itaque paludibus tormentis bellicis arx ipsa verberata & tandem expugnata in Christianorum potestatem cum tota vrbe venit. *Ianson. ibid.*

22 Septembris, qui D. Mauritio Martyri sacer est, Regina Hispaniæ filiam peperit, cui Annæ Mariæ Mauritiæ nomen inditum fuit. Ad congratulandum Regi in Hispaniam ab Alberto Archiduce missi sunt Vrania Princeps, Henricus Comes Vuambergius, & Christophorus Ostfrisiæ Comitis frater. *Idem ibidem inuentar. gener. tom. 4.*

27 Septemb. SS. Cosmæ, & Damiani, inter 10. & 11. horam ante med. noctem Maria Medicæ Regina Galliæ, ad Fontem Bellaqueum filium peperit. Qui quod sit primogenitus Henrici Regis filius, Delphinus appellatur. Ipsius natalem, quem Galliæ suæ, & vniuerso Christiano orbi fœlicem auguramur, & optamus, decem diebus tantum magnus terræmotus præcessit. *P. Mathæus lib. 4. narrat. 3. inuentar. gen. tom. 4. Ianson. ibid.*

Ipsa eadem nocte illius diei & mensis Heldebergæ quoque Comes Palatinus Elector Fredericus 4. filium ex Aloisia Nassouia Gulielmi Vrania Principis filia, suscepit. Ad Baptismum ordines Hollandiæ vt susceptores inuitati, Henricum Fridericum Mauritij Comitis fratrem ablegauerunt. *Idem Ianson. ibidem.*

1 Die Nouembris Sylua ducis à Comite Mauritio exercitu octo millia peditum, duo millia & quingentos equitum complectente, obsiderur. Sed cum ab hoste, & rigore hyemis vexaretur, obsidionem soluit, & in Hollandiam 27. eiusdem mensis se recepit. Discessus huius ignominiam, Hollandi versibus his tegere conati sunt.

Non ducis obfessa seruauit mœnia sylua

Alberti gladius, frigida sed glacies.

Quos fideles subditi ita retorserunt:

Tam ducis obfessa seruauit mœnia sylua

Alberti gladius, frigida quàm glacies.

Sunt & alia quædam vtrinque scripta & iactata, non sine felle & morsu, quæ apud Ioan. Bochium vnde obsidionis huius historiam extraxit Iansonius legi possunt.

2 Decembris Henricus Galliæ Rex Parisiis in Cælestinorum templo pacem cum Duce Sabaudia anni huius initio confectam, iuramento confirmat. *P. Mathæus libr. 4. narratio. 4. Inuentar. general. tom. 4.*

13 Decembris S. Lucie festo, idem Natalem diem suum, Augustum & Adrianum Imperatores imitatus, Lutetiæ celebrat, & lauto atque opiparo Conuiuio excipit Regij sanguinis principes, Lotharingiæ Duces Patrem, & filium, Catharinam sororem, Barri Duci, vt supra diximus, desponsatam, & Legatos Principum externorum. *Idem Mathæus li. 4. narrat. 3.*

In Iapponicis Insulis hoc anno maximæ factæ sunt rerum, imperiorumque commutationes. Vnde etiam Christiana religio modò promotæ est, modò retardata. *Vide Ianson. lib. 25.*

In Perùana, & Philippinis insulis maxima itidē res Christiana capiebat incrementa. Etsi verò oræ maritimæ, vt & totum illud pelagus ab Hollandis infestabatur, imprimis verò cum Oliuarius à Nort, traiecto fiæto Magellanico ad

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

Manilam, Regias naues inuasisset, atq; ex iis vnam, prætoriam depressisset, multasq; aliis in locis spoliasset atq; incēdisset: exiguo tamen cū fructu ad suos reuersus est, amissa etiā celoce sua, cuius classarij & nauæ omnes Manilā captiui abducti, postquā omnes ad fidem Catholicam, excepto præfecto, se prius conuertissent, laqueo strangulari sunt. Similes ferè successus alia Hollandorū expeditione s maritimæ hoc anno habuerūt, vt Iacobi Mahu, Simonis de Cordes, Sebaldi de Vuert, & aliorū, qui vel nauæ, morbis, & rerum penuria afflicti, vel tēpestate ad hostile littus eiecti, vel aliis modis perierunt. Sed nec Hispani iis in locis dāni expertes fuerunt, maris tempestate circiter sedecim absorptis nauibus, & iactura duorum fere millionum, ac mille & ducentorum virorum facta. *Idem ibid.*

Hoc eodem anno Piadenæ in Italia cū Summus Pontifex militem conscribi iussisset, quem in Vngariam mitteret, inter alios, Germanus quidam, Daniel Burckhammerus, Buchensis (quod est ad lacum Podancum oppidulum) nomen dedit. Is cū vnā cum vxore sua, quam secum adduxerat nocte quadam cubitum concessisset, ac certimos primū ventris dolores suboriri sibi cōquectus, paulō pōst infantē parit. Res palam fit, tandem ad magistratū quoq; defertur. Examinatus Androgynū se fatetur: infanti sibi virile nomen inditū, puerū postea fartoria arte didicisse. tandem stipendia facere cōpisse, in Vngaria primū, vbi septem annos Cæsari militavit, deinde in Belgio sub Hispaniarū Regis vexillis. In Belgio cū esset semel cū Hispano quodā rem habuisse, è cuius cōcubitu fœtus hic sit procreatus, sed clā rē omnē habuisse. Neq; vxorē, quæ virū se nunquā fuerit experta, cuiquam verbū vllum ea de re fecisse. Hæc ita è confitentis ore ab Actuariis excepta, & in publicos cōmentarios relata sunt. Infans deinde, fœminei sexus, Ecclesiasticorum permissu, baptisata, Elisabethæ nomen accepit, totāque Italia res hæc prodigij loco habita fuit. *Idem ibidem.*

Hoc etiā anno Aloisius de Vignācour, è familia nobili & Antiqua Picardiæ oriūsus, magnus antea Hospitalarius ordinis Equitum Melitensiu, suffectus est in locū Petri Mendozæ magni Magistri totius ordinis nouissimè mortui. Atq; ita his paucis annis Gallia nostrā & Cæsari legatum supremū in Vngaria, & ordini Melitensiu Equitū, Magistrū Magnū, aduersus Turcā infensissimū Christiani nominis hostē, dedit. Vt nō sine omine fausto in huius supremi Magistri nomine Renatus Grossius S. Ioarij Dominus, & ciuis Lugdunēsis, ingenio, prudētiaq; singulari præditus, amicus meus, hoc anagramma inuenerit: **FVGO TVRCAS INDOLE VIVA.** Quod & sub imagine Crucifixi summa arte delineata per Iacobum de Fornazeris excudi, & ipsi Magno Magistro offerri studiosè curauit. Porrò de origine, progressu, & rebus præclare gestis illius ordinis Historiam scripsit Petrus Boissatus Consiliarius Regius, & Præfecturæ Viennensis in Gallia Viceballius, vir doctissimus, atque integerrimus, quam rogatus etiam literis, vt mihi renunciatum fuit, à Proceribus ordinibus humanissimè scriptis, in lucem breui emissurus est.

De Sebastiano Portugalliæ Rege, quem in acie aduersus Abdemelech Mauritaniæ Regem fortiter occubuisse 4. Augusti anni 1578. supra pag. 778. commemorauimus, hoc anno rediuiuo, multa passim in Portugallia, Hispania, & Italia iactata sunt. De quibus, quia nihil certi habeo, non est quodd pronuntiem. *Curiosus lector videat ea de re Petri. Mathæi narrat. 4. li. 4. & Inuentar. generale Hist. Francia tom. 4.*

Trophæa Mariana, ob hæresim triumphatam, grati animi & voti persoluendi fixa in Tholo Lauretano, à Christophoro Mariano Augustano S. Th. li. & Professore in Academia Vvircenburgensi, Vicellis excusa in lucem exierunt hoc anno.

1603

5692

Et quia liber mihi dignus visus est, qui in manibus piorum & doctorum versaretur, idcirco lectorem de eo esse monendum æquum duxi.

1602. 31. Ianuarij Soloduri apud Heluetios antiquum fœdus Gallia Regum cum viginti duobus Heluetiorum Pagis renouatum fuit per Nicolaum Brulartium, & Emericum de Vic, Henrici 4. Gallia Regis Legatos, cum eorūdem Pagorum deputatis. *Pet. Mathaus lib. 5. narrat. 6. Inuentar. Generale Hist. Francia tom. 4.*

10. Februarij Philippus Emanuel de Lotharingia, Mercurij Dux cum bona gratia ab imperatore Rodolpho 2. discedens, ex Gallia militem in Vngariam adducturus Norimbergæ diuertit. Inde vix digressus in itinere febre continua correptus, eodem redire coactus est, ac ingrauescente morbo, 13. febris die, ac 18. eiusdem mensis, Ecclesiæ Catholicæ sacramentis munitus à vita discessit 41. ætatis anno & in Dicecesi Bambergensi sepultus fuit. Pater illi fuit Nicolaus de Lotharingia, Comes Vaudemontij, cuius filiam Ludouicam in matrimonio habuit Henricus 3. Gallia Rex. Qui vt Socerum suum ornaret magis, titulum Ducis & tribuit ab oppido Mercorum, vel Mercolio. vnde Mercorius, vel Mercurius hic Dux appellatus est. *P. Mathaus lib. 5. narrat. 1. Inuentar. general. tom. 4. Eius vitam meritis laudibus prosequutus est Nicolaus Montrolius de Sacro Monte lib. 6. Historia Generalis Vngaria. Ibidem vide Epistolam Clementis 8. Pontificis Max. de eodem, & orationem funebrem habitam Lutetia in Augustissimo totius Gallia Templo B. Mariae Virginis à R. in Christo Patre Francisco de Sales Episcopo Geneuensi 27. Aprilis eiusdem anni. Vide & Epistolam Consolatoriam Neruesij ad eiusdem Ducis Viduam, scriptam, & Lutetia excusam.*

In Ostendana obsidione, cuius supra mentionem fecimus, tanta contentione & pertinacia pugnatum fuit, vt ab initio obsidionis ad Calendas vsque Martias huius anni ducenta quinquaginta ferreorum globorum millia pederis 36. librarum, vsque ad 50. præter saxa aliaque tela in oppidum missa ferantur. Militum porro qui eodem spatio tēpotis, partim morbis, frigore & inopia in castris Hispanorum extincti, partim tormentorum ictibus contrucidati perierant, plus 18. millibus numerantur. In ciuitate autem occubuerunt ferè septem millia. *Ians. lib. 26. & Gotardus Arthus Damiscanus 10. 5. lib. 3.*

Martio mense in quadam Ostendæ oppugnatione post acerrimum duarum ferè horarum conflictum, nocte & æstu maris superuenientibus signo receptui dato, inter cæsos repertum est Hispanæ mulieris cadauer, quæ inter primos habitu virili fortiter pugnans occubuit, aureo torque aliisque rebus pretiosis circa nudum corpus redimita. Rarum quidem & infrequens, non tamen inusitatum exemplum. Siquidem in eo bello, quo superioribus annis Fredericus 2. Daniæ Rex Ditmarfos subiugauit, inter cæsos, mulieres aliquot inuentas Gaspar Ens scribit:

Mira canam, sed vera canam, visa inter acervos

Cæsorū, sexus muliebris corpora, molle

Ferro accincta latus, rigidaq; induta lorica.

I nunc, femineumq; imbellem credere sexum

Aude, & Amazonas mirare in prælia vires. Iansoniū

ibidem.

15. Aprilis Lutetiæ in Sanctiore Regis consilio solenne Arrestum pronuntiatum fuit, quo controuersia Iudicialis inter Prouinciæ Delphinatus ordines tres, iam à multis annis, pro collationibus, & indictionibus annuis, arden-

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

3679

1605

3682

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

tissimo partium studio agitata, non tam finem accepit quā recruduit. *De qua vide Pet. Matthai li. 5. narrat. 1.*

In Agri Lugdunensis Pago quodam, qui sancti Martini *la plaine*, nomen habet Aurifodina casu reperta fuit, è cuius auro puro puto primū effosso Emericus de Vic, qui tum Provincia Lugdunensi à Rege legatus missus præsidebat, Calicem conflare iussit, Auctori rerum omnium Deo, & Ecclesiæ Primatias tanti muneris, & Gallis noui, aut saltem insueti consecraturus. Ex eodem non ita multò post Rex ipse imagines fusiles satis grandes 42. Legatis Heluetiorum post fœdus renouatum, & iuramento Parisiis confirmatum, ad suos reuerfuris dono dedit. In quibus Symbolum Fœderis, & annus ipsius renouati expressus fuit, hac inscriptione addita: *ex auro francigena anno fœderis renouatus effosso.* Ab eadem Fodina frustulum habeo in Arca Medica, auri puri, & apyri in saxo quod mihi dono dedit Michael Riberius Consiliarius & Medicus Regius, collega & amicus meus. *Huius Fodinae meminit P. Matthaus in fine narrat. prima, libri 4.*

12. Maij Lutetiæ in Parlamento tumultus magnus exortus fuit, propter exautorationem Aduocatorum, & iustitium insolens, & extraordinarium, ac intermissionem iurisdictionum per aliquot dies. Causa hæc fuit: Exierat Arrestum à Senatu, quo iubebantur Aduocati Scriptionibus suis propria manu apponere quantum pecuniæ pro salario & honorario accepissent à Clientibus suis. Vnde exacerbati fuerunt Aduocati mirum in modum, & palam ac publice protestati sunt se malle posthac omni Aduocationis officio priuari, quàm se uero illi Arresto obtemperare. Pronunciatum alterum illis à Senatu fuit, vt qui nolent in posterum causas agere, hoc ipsum in Actuaria Cella Scribarum curiæ scripto profiterentur, & deinceps nullum Patrociniij & Aduocationis munus exercerent. Postero die Aduocati Senatus numero 307. è Cameris consultationum per mediam curiam Basilicam bini Actuariam sellam ingressi, deposita Epomide declarant se posteriori Arresto curiæ obtemperare, quòd priori non potuerint. Ab eo tempore summum in Parlamento silentium, atque insolens iustitium fuit. Donec Codicillis Regiis Aduocati omnes in integrum fuerunt restituti, & à rigore illius clausulæ, qua se offensos dicebant, liberati *Pet. Matthaus narrat. 2. li. 5. hanc totam Historiam fuse commemorat. & Inuent. Generale tomo 4.*

Non ita multò post idem Senatus Parisiensis Edicto Regio de Duellis Decretum suum interposuit, & vt strictè sine vlla exceptione obseruaretur mandauit. *P. Matthaus ibi. Inuent. General. Ibid.*

19. Iunij Gilbertus Caronæus Celebris ac nobilis Medicus apud Annoneenses Vellaunios, annos 70. natus, menses 7. & dies 8. ex hac vita discessit, magno in animis suorum ciuium, & quotquot eum cognouerant, desiderio sui relicto, & mœrore.

21. Iulij Codicilli Regij de satione Mororum, & Bombycibus nutricandis toto Gallia Regno, Lutetiæ fuerunt promulgati. *Qua de re libellus excusus fuit Parisiis anno 1603. vide & P. Matthai narrat. 1. li. 6. & Inuent. General. tom. 4.*

31. Iulij Carolus Gontaldus Dux Bironius, Eques Auratus vtriusque ordinis Regij, Par & Marefchallus Franciæ, & Ducatus Burgundiæ Gubernator, Lutetiæ in area Bastiliæ arcis capise plectitur. *Iansonius lib. 2. P. Matthaus narratione quarta, libro quinto, & Inuentar. general. tomo quarto.*

1605

5692

Bullionius Dux Bironicæ conspirationis suspectus, Lutetiam quoque ad dicendam coram senatu causam euocatus, venire detrectauit, nescio quæ odia, & inimicitias senatorum, aliorumque contra se prætexens: Ad Castrensem verò senatum, à Rege subditis suis, qui prætentam reformatam Religionem profitentur, assignatum Tribunal prouocauit. Sed ea excusatio à Rege admissa non est, quòd Regni Gallici Officiarius, & Marschallus esset Bullionius, nec alium posset habere competètem iudicem quàm Parlamentum Parisiense. Bullionius igitur solum vertit, & ad amicos & affines in Germaniam profectus est, sed aliquantò post ad suos reuersus, Sedanum communire cœpit. Quo vero exitu & successu dicemus suo loco. *Idem ibid.*

9. Augusti Turcæ circiter 75000. obsidere cœperunt Albam Regiam duobus locis, vno Budam, altero Iaurinum spectante. Celeritate autem imprimis sibi opus esse censerunt, quæ Iulio Cæsari multas & gloriosas victorias peperit. Nisi enim anteuertent Cæsarianos, actum esse de opere oppugnationis facile perspiciebant. Primùm igitur machinis murariis duodecim maioribus eam verberarunt, & summis conatibus nixi sunt propugnaculum, quod est ante urbem, occupare, ad eamque rem multi cum fæmetis ad implendam fossam destinati. Sed à Christianis cum detrimento magno repulsi sunt. 16. Augusti die ab omni opere oppugnationis quieuit hostis. Sequenti die, vbi primùm sol illuxit, furore ingenti equites & pedites ad proiciendum sarmentorum, & virgultorum fasciculos incitauit, tantumque effecit, vt muscosa loca complerentur. Mox ter oppugnauit, & quarta oppugnatione propugnaculum expugnauit. Haidones, qui in præsidiis illic dispositi erant, ferme omnes perierunt. Etiam enim Comes de Isolano Italus, cui cura custodiendi ac defendendi urbem commissa erat, cum aliquot sclopetariis subuenire illis voluit, tamen ab hoste profligatus vix ex ferro & manibus, nec sine discrimine vitæ elapsus est. Propius quoque urbem castra mota sunt. Interim Cæsariani, & Germani imprimis acerrimè hostem repulerunt, & 23. huius mensis facta excursione Turcas ferè 800. cæciderunt, inter quos Primarij quidam viri fuerunt. Bassa autem Bosnensis, & Ianitzarorum Aga lethalia vulnera acceperunt. Post expugnatum propugnaculum, & occupatam Insulam, Turcæ in Arcem inuadere multis oppugnationibus tentarunt, sed identidem à Cæsarianis repulsi sunt. Cùm autem crebris insultribus multi eorum cæderentur, instituerunt de pacis conditionibus agere cum Christianis. Sed negauit Isolanus Comes integrum sibi esse urbem à Cæsare Romano sibi commissam hosti dedere, nequid contra Iurisiurandi religionem, qua obstrictus erat, faceret. Bassa Vezir tridui spatium ad deliberandum ei dedit, interim verò ab armis abstineri voluit. Isolanus vero dies & noctes sese communiuit, & turrim quandam ex aliqua parte demolitus est, vt subuectis in eam tormentis hosti plurimùm noceret. Finito triduo responsum exegit Bassa, quod datum est ei ab Isolano in hunc modum: scias Vezir non esse mulieres in vrbe, quam Cæsar Romanus armis recuperarit. Si ergo occupare eam ipse vellet, necesse esse vt armis id fieret. Simul imperu facto in hostes, multos eorum prostrauit, aliquot machinas bellicas labefecit, & quotquot viuos cepit, eos in urbem adductos de arce suspendi iussit. Hoc modo exasperatus Vezir, oppugnationes continuauit vsque ad 25. quarum postrema ab ortu solis vsque ad ve-

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

speram duravit, Cæsarianosque adeo afflixit, ac debilitavit, ut sustinere vim & magnitudinem tantarum impressionum diutius non possent. Tractare igitur

29. Augusti de urbis ditione cum Turcis Isolanus Comes, & Ductores reliqui coeperunt. Sperarunt enim, se induciarum nomine, Turcarum impetum ad dies duos aut tres retardaturos esse. Interea verò auxilium à Ducibus Cæsarianis minimè dubiū præstolabatur. Quod ubi Præsidarij milites cognouerunt, ex vna parte accurrerunt & ipsi, ut quid in Colloquio cum hoste ageretur scire possent. Intermittit hostis cum perfidissimis Vvalonibus, & transfugis Vngaris ex altera parte superatis muscosis locis, urbem inuaserunt. Hos statim reliquus exercitus subsequutus est, & tantus impetus in Christianos factus, ut arcere à se hostiū vim nullo modo possent. Duces & antesignani in hac impressione fuerunt Vvalones, qui promiscuè viros ac mulieres multò crudelius tractarunt, quàm Turcæ ipsi, obuiaque omnia prostrauerunt. Isolanus quoque utroque pede vulneratus est, & captiuus abductus Cōstantinopolim. Turcarū in hisce oppugnationib. ad 10000. partim interciderunt, partim sauciati sunt. Christiani verò miserè omnes mortem occubuerunt. Miseranda clades! Nondum annus præterierat, cū ex immanium Turcarum seruitute erepta Alba, in Christianam libertatem vindicata respirare, & parere iterum Imperio Romano coeperat. Ita ludit fortuna in bellis, & modò dat, modò aufert, facitque adeò ut quod te in potestate habere confidis, opinione citius è manibus elabatur. *Is. li. 26. P. Mattheus li. 4. nar. 5. Inuē. Generale 10. 4.*

Iacturam Albæ Regiæ, & tot fortium militum, qui in ea occubuerant, grauiiter molestèque ferentes Cæsariani de vindicanda ea consiliū coeperunt. Abiecta igitur omnium cunctatione Budam, quam iterum post annum 1598. Turca Christianis eripuerat, cum exercitu aggrediuntur, & summa, vi oppugnāt. Excursiones factæ sunt crebræ, & impressiones aliquot à Christianis tentatæ validis viribus, quibus tandem expugnata fuit sub finē Septembris urbs inferior. Sed cū superiorem urbis partem admotis etiam tormentis bellicis inuasissent, ab hostibus repulsi nō paucis Christianorum desideratis se receperunt, & Pestam oppositam, Danubio intermedio, Budæ urbem inuaserunt, profligatisque Turcis ea potiti sunt. Sic Budam Turcæ, Pestam verò Christiani tenebant. venit etiam tum in Christiani exercitus potestatem Adon. Arx, & granarium Turcarum, duobus circiter milliariibus infra Budam, ad Danubium situm, cui præsidium quoque imposuerunt Christiani. *Idem ibid.*

15. Septemb. die S. crucis Ioannes Passeratius in Academia Parisiensi, Eloquentiæ Regius professor nostra ætate clarissimus, Parisiis obiit, & epitaphium hoc carmen prius sibi ipse scripsit:

Hic situs in parua Janus Passerius urna,

Ausonij Doctor Regius eloquij.

Discipuli memores, tumulo date ferta Magistri,

Vt vario florum munere vernet humus.

Hoc culta officio, mea molliter ossa quiescent:

Sint modo carminibus non onerata malis.

Veni, aby: se vos venistis, abibitis omnes. Ioan. Iac. Memmius, Err. F. Io. Iac. nepos supplic. libel. in Reg. Mag. discip. Præcept. chariss. hoc monumētū de suo faciendū curauit. Sebastian. Rolliardus Melodunensis, in suprema Curia Fr. Patronus, in Agrochari, adiectis Musurgiis. Parisiis excusa apud Michaële Sonniū in 8. 1605. Musurgiū 7. in Io. Passeratij commendationē scripsit, cui titulus: *Jani Passerij, nuper Elo-*

1605

5692

quentia professoris & interpretis Regij. traiecitus Elysius, & in eum Parodica Monodia. Cui subiunxit & hoc monumentum.

D. O. M. S.

Iano Passertio Trecensi, viro inter eruditissimos modestissimo, inter modestissimos eruditissimo, Academia, in qua soli barbari & ignari peregrinantur assertori præcipua, Quem licet somnicus moribus per plures annos lecto prostratum afflueret, tamen vel hoc inuit stantem mori, ut triumphalem Regiæ Cathedra recessione, egregio paane terminans, moxque indiges futurus, literatis præsentius numen in posterum affulgeret, Academia mœv. pos.

Hoc etiã mense Delphinatus inter Galliæ Prouincias maximè nobilis, ab Humberto Delphino olim Regis Galliæ Primogenito filio testamento donatus, Legatos, quindecim, omnium Prouinciæ ordinum suffragiis electos mittit in Aulam Regiam, qui Henrico Regi, ac Mariæ Reginae, & Delphino infanti, ipsorum primogenito filio, non ita pridem nato gratularentur, ac fidem, & cbedientiam debitam nomine totius Prouinciæ præstarent. Huius solennis, ac votiux Legationis Princeps fuit Hieronymus Villarius Archiepiscopus & Comes Viennensis, qui triplici oratione omnibus eloquentiæ ornamentis refectus, (vt suavis, ac mirum in modum facundus est) apud Regem, Reginam & Delphinum habita, Vasarium Argenteum inauratum ac Delphinis distinctum & cœlatum colludentibus, duodecim aureorum millibus æstimatum Reginae Matri dono obtulit. Nemine præterea è tota infantis Principis familia indonato relicto. *Petrus Matthæus narrat. 5. li. 5. Legationem istam commemorat, & præcipua Orationis apud Delphinum habita capta recenset. Eiusdem etiam meminuit auctor Inuen. general. hist. Francia. tom. 4.*

19. Septembris & sequentibus diebus vsq; ad 28. eiusdem Mensis, Lugduni Arar aded excreuit vt exundaret. Quapropter Consules ciuitatis Põtem, qui Arari superstructus est, magnis massis ferri (*Quissas vocant*) ne vi & impetu fluminis euerteretur, onerarunt, quarum singulæ mille, aut mille & ducenta pondo pendent; impositæ autem Põti fuerunt eiusmodi massæ ferreæ numero plusquam sexcentæ, ac triginta & vnus lapides immensæ magnitudinis, vt ea tota moles cætius quadraginta millia pondo excederet. Permirum autem fuit Ararim aded excreuisse sub finem æstatis, & in ipso æquinoctio autumnali. Ciues Lugdunenses etiam senio confecti negarunt Ararim, aut Rhodanum sua memoria tantum excreuisse. Nam 3. Decembris anni 1570. cum in platea vrbis, quæ Confort appellatur, prope Dominicanos, Rhodanus & Arar vndas miscuerunt, Rhodanus multò altius atque latius inundarat, vnde Arar retentus intumuerat. Nunc autem per se Arar, sine Rhodani aquis vsque aded increuit, vt non paucis vrbibus quas circumfluit, à subuersione, & ruina metueretur.

Hoc eodem mense, Edicto Regis Henrici 4. Galli iubentur in posterum numerare per libras, non per aureos. *vide supra an. 1577. pag. 778. & Matthæi narrat. 5. li. 5.*

Eodem die huius mensis Grauia, Territorij Cuciani oppidum, Mosæ adsitum, olim Gebriæ Ducibus subiectum, postea verò Brabantia Ducatui insertum, & nunc ab Hispanis occupatum, comiti Mauritio post duorum mensium obsidionem deditur. *Leges deditionis recenset lans. li. 26.*

Hoc etiã Mese Carolus Gonzaga, Dux Niuernensis, qui initio anni huius, cum bona Henrici 4. Regis sui venia in Vngariã, paucis è suorum numero delectis comitatus, venerat, in oppugnatione Budæ, & Pescæ expugnatione clarum auitæ virtutis, & fortitudinis specimen edidit. Illius

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5684

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

nobilis peregrinationis, Christianæ religionis propugnandæ causa susceptæ Epistolam scripsit ad Catharinam sororem Ducis, vnus è familiaribus ipsius, itineris socius, quæ typis excusa fuit, & digna est lectu. *Vide & inuentar. generale tom. 4. & Vngaria historiam li. 7.*

Nobilis est apud Genuenses Spinolarum familia, è qua non pauci bonis artibus eas sibi diuitias comparauerunt, vt Principibus viris pares videri potuerint. Inter hos Fredericus, cui Carolus Pater censum annum 40000. carolinorum reliquerat, vir magno animo, & auitæ religionis amore, & studio erga Regem Hispaniarum, & laudis cupiditate flagrantissimus suis fere sumptibus, Regis permisso atque auxilio, triremes octo in Hispania, & Lusitania instruxerat, quibus in Flandriam traicere constituerat, Hollandorum navigationes, quantum posset, impediturus. Antequam verò è Lusitania soluerent, iam duæ ad portum Setubalensem ab Anglis piratis incensæ sunt; abducta etiam in qua magni Thesauri ex India recens aduecti erant, oneraria nauis. Cum reliquis sex (in quibus classarij ferè nongenti, remiges mille quingenti) iter ingressus Spinola 3. Octobris inter Angliam, & Galliam à Roberto Manselio, quem Angliæ Regina ibi in specula constiterat, cum classe conspectus est. Is mox Hollandos Gallicum littus obseruantes de Hispanorum cursu, certiores facit, qui coniunctis cum Anglis viribus, prædictas triremes persecuti sunt, ita vt pleræque in breuia & vada cõpulsæ, naufragium fecerint. Euasit tamen Spinola cum omni suo thesauro, quem aiunt ducentis aureorum millibus æstimatum, hancque cladem postea omnibus modis vlcisci conatus est, vt suo loco indicabimus. *Ianson. libro 26.*

20 Octobris Lutetiæ in choro Ecclesiæ Mariæ Virginis post solenne missæ sacrificium ab Hieronymo Villario Archiepiscopo Viennensi factum, Henricus 4. Galliarum Rex, & 42. Legati Helueticorum iuramento in manibus ipsius Archiepiscopi præstito, cõfirmant fœdus superioribus mensibus sancitum postea Cantico, *Te Deum laudamus*, in lignum lætitiæ publicæ decantato, Legati Principibus admixti, & proceribus Galliarum, conuiuio publico fuerunt accepti in Aula Episcopali, vbi mensa centum quadris argenteis ornata & onusta selectis victibus eos expectabat. Paucis post diebus humanissimè à Rege dimissi, & torquibus aureis quadringentis scutis æstimatis, ac nummis supradictis donati singuli ad suos redierunt. *P. Mathæus narra. 6. li. 5. & inuentar. generale tom. 4.*

22 Nouembris Franciæ Maria Regina apud Fontembellaque filiam peperit. Pro eius felici partu tota Gallia gratiæ Deo Opt. Max. pro more habitæ sunt. *P. Mathæus lib. 5. narrat. 5. inuentar. gener. tom. 4.*

12 Decembris Geneua tentata fuit à Duce Sabaudiarum, sed frustra. Nam ea nocte quæ 12. diem Decembris præcedebat sparsos per eam Regionem milites colligi iussit, sic vt nulla indicia ad Geneuenses permanerint, cum quibus Albignius ante lucem profectus, fossas vrbis siccas, deinde murum quoque ad nouam portam scalis admotis per delectos milites superauit, nemine vigilum strepitum sentiente. Murum iam transgressi trecenti circiter, in diuersa vrbis loca contenderunt, & alij quidem mercatoris cuiusdam ædibus, quas rebus suis commodissimas existimabant pyrobolare instrumentum admouerunt, irrito euentu: alij portas lignibus, & dolabris effringere, suosque intromittere sunt conati. Strepitu excitati ciues, mox pauci pro-

1605.

5692.

uolarunt, & globo facto, quâ maximè hostes vrgebant, se obiecerunt. Interea Sabaudicorum clamor, victoriam ingeminantium, tota passim vrbe auditur, dumque reliqui portam moliantur, qui foris præstolabantur, muros subierunt, & in area suburbana, quæ à planicie nomen habet, per apertam portam mox irrupturi aciem instruxere. Sed ciuibus vndique ad defensionem accurrentibus, & in hostes fortiter illatis intra mœnia deprehēsi partim cæsi, partim dissipati, & acti in fugam fuerunt. Pauci saltu se præcipites è muro deiecerunt, quinquaginta tres à ciuibus capti, eodem die nobiles iuxta, & ignobiles suspendio vitâ finierunt. Quorum omnium capita, vt & eorum qui cæsi in fossis iacebant, ceruicibus auulsa, eo loco quâ venerant defixa, & spectanda proposita sunt. E ciuibus vndecim circiter sunt desiderati. Hunc Ducis conatum non Bernates tantum confœderati, verum etiam Gallia Rex moleste tulisse dicuntur. Quorum illi è vicinis locis collectum militem sociis è vestigio auxilio miserunt: hic verò literis & ciuium virtutem collaudauit, & auxiliorum, si necesse sit, spem fecit, monitis vicinarum regionum Præfectis, vt res Geneuenses curæ haberent.

Factum hoc suum Sabaudia Dux apud Heluetios & Bernates imprimis ita excusauit, vt diceret Geneuenses iamdiu reditus quo sdam & iura sibi interuertisse, quæ cū alia ratione extorquere non potuisset, hoc sibi vti liceret existimasse. Deinde Geneuenses minimè Heluetico fœdere contineri, quod non cum omnibus, sed cum paucis tantum pagis sint confœderati. Certis denique indiciis se comperisse Desdiguierium eiusdem vrbs potiundæ consilia agitare, quem quidem conatum sibi suisque vicinis maxime incommodum & detrimentosum anteuertere, vel auertere saltem hac ratione voluerit. *Ianson. in fine lib. 26. P. Mathæus narrat. 7. lib. 5. Inuentar. gener. tom. 4.*

Hac hyeme classis Indica fœliciter in Hispaniam appulit, secum aduehens Regi quidem duos, vt vocant milliones, trecenta septuaginta quinque millia, octingentos & quadraginta sex imperiales: mercatoribus sex milliones, sexcenta & septuaginta millia, trecentos & triginta: vnâ cum 2229. cistis cocco (*cocbenille vulgo*) & indigo, ad tingendos pannos, & 42. Margaritis, & Smaragdis plenis. Ingens profectò thesaurus, vnde facile huius Regis potentia intelligi potest. *Ianson. lib. 26.*

1603 Mense Martio serenissima & potentissima Heroïna Maria Romanorum Imperatrix, Vngariæ ac Bohemia Regina, in Hispania apud Philippum 3. nepotem suum extremum diem clausit. Fuit hæc Maximiliani 1. proneptis, Caroli 5. filia, Maximiliani 2. coniux Ferdinandi 1. nurus Rodolphi 2. etiam nunc Imperatoris mater, Diuæ Imperatricis Isabellæ, ex sanguine Regum Portugallia filia. Rarum non nobilitatis tantum, cuius omnia decora in vna conspiciabantur, verum etiam omnium virtutum splendidissimum speculum atque exemplar. Tanta quidem erga Deum fuit pietate, vt assiduò Catholicæ Religionis obeūdis ritibus, vel monastica vitæ fœminam vinceret, tota precibus, lacrymis, ieiuniis, aliisque pietatis exercitiis dedita. Sed nulla res eam sic ornabat, ac humilitas, & modestia, quæ quantò in summo dignitatis & fortunæ fastigio rarior est, & inusitator, tantò maiorem parit gratiam, & admirationem. In egenos quidem & calamitosos tanta vtebatur humanitate & beneficentia, vt & ægrotas fœminas, virginésque visitare captiuus de sua mela cibum mittere, audire, & iuuare quoscumque supplices non dedi-

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

gnaretur. Stipem potro nemini vmquam negaret. Deceffit tandem in matuta, eaque veneranda senectute constituta, catarrho, & lateris dolore ad quintum vsque diem conflictata, & inter preces & suspiria, viam omnis carnis ingressa, ad Saluatorem nostrum Christum, quem vnice semper expetiit, placide commigravit, insigni omnibus, & praecipue Principibus foeminis, quod imitentur relicto exemplo. *Ianson. lib. 27. Gotardus & Arthus, lib. 1. tom. 5. Inuentar. gener. tom. 4.*

14 Martij laudatissimus Princeps Vbricus Megapolitanus &c. anno aetat. 76 deceffit, magno sui & apud subditos, & alios Reges ac Principes quorum familiis compluribus per affinitatem fuerat innexus, ob singulares virtutes, & raram modestiam, desiderio relicto. *Ianson. lib. 27. Gotardus Arthus li. 2. tom. 5.*

3 Aprilis Elisabetha Regina Angliae Henrici 8. & Annae Bolena filia, in arce Richmundi, quod paulo ante concesserat, fato functa est, postquam vixisset annos 69. menses 6. & dies 27. regnasset vero 44. annos, nam 7. die Septembr. anni 1533. nata fuerat. Iam diu illa senectutis vitio, & aliis de causis facta morosior, paulatim tabescere incipiebat, medicinam tamen omnem respuebat, adeo vt vigore omnem corporis, nullo tamen interim grauiore afflicta morbo, amiserit. Hinc animi viribus quoque debilitatis, infomnia ferè, ciborumque omnium fastidio, & nausea laborabat, abiecta etiam omni reipublicae cura. Aiunt tribus praecipue rebus vehementer sollicitam atque anxiam fuisse. Quod subditos orientem solem (Scotorum Regem) magis quam occidentem adorare animaduerneret. Deinde quod vulgi studia, & fauorem ob Comitissae Essexiae, hominis popularis, supplicium non parum imminuta cerneret. Quod ex acclamationibus populi multo iam rarioribus facile poterat colligere. Ac denique quod tantis sumptibus bellum in Hibernia tandiu gestum, nondum ad foelicem exitum perductum esset. Fuerunt sane in hac regina multa supra sexum virtutes, ac nisi Catholicae Religionis odium obtitisset, vel primariis foeminis posset annumerari. *Ianson. lib. 27. Gotardus & Arthus lib. 1. tom. 5. P. Mathias lib. 6. narrat. 2. & inuentar. gener. tom. 4.*

Hoc tempore Rodolphus Imperator Augustus comitia Ratisbonam indixit. Ad quae cum ipse grauissimis impeditus causis, ire non posset, fratrem suum illustrissimum Archiducem Mathiam ablegauit, cum mandatis vt principibus & ordinibus Imperij necessitates belli Turcici exponeret, & ab iis auxilium quantum rerum status flagitabat, expeteret. Qui post multam disceptationem, Caesaris postulata, vt par erat, admiserunt, & auxilia non contemnenda equitum peditumque decreuerunt. *Ianson. lib. 27. Gotardus & Arthus lib. 2. tom. 5.*

Hieme apud Ostendam, tam in castris, quam in Oppido per graues arumnas transacta, & vere iam appetente, magno animo, magnis viribus illi oppugnationem rursus aggrediuntur, hi defensionem suscipiunt. Mense Aprili tanta vis ventorum subito exorta est, vt aedificia ante semidiruta, plane conuulsa sint, & turris e templi fastigio deiecta non sine vicinorum damno in solum deciderit. Vix sine horrore aspici poterat fluctibus spumescètibz tumidum mare, qui in partes oppidi mari obuertas magna vi illisi, iam iam ipsum oppidum submersuri, aut a fundamentis concussuri videbantur. Vidisses hic milites magis sollicitos quomodo contra tam brutum & turbidum elementum, quam contra hostium assultum se domiciliisque sua

1605.

5692.

tueren-

tuerentur. *Iansonius libro vigesimo septimo.*

8 Aprilis Motus Embdanus inter Comitem & ciues Hagæ Comitum, ordinum confœderatorum Prouinciarum interuentu, compositus fuit. *Quibus autem conditionibus Ianson. refert lib. 27.*

Mortua Elisabetha, proceres Angliæ, Londini Conuentu habito, Iacobum 6. Scotorum Regem publico Edicto legitimum Regni hæredem proclamari, & ab omnibus agnosci iubent. Nā genus ducebat à Margareta sorore Henrici 8. Regis Angliæ, & vxore Iacobi 4. Scotorum Regis. Missisque statim per celeres equos literis, huius suæ voluntatis Regem faciunt certiores. Is accepto nūtio interea dū res in Scotia ordinaret, iisdem proceribus per literas Regij sui fauoris, & beneuolentiæ testes locupletos, rem publicam commendat, & ne quid detrimenti capiat, absente se, prouidere iubet, addita gratiarum astione, quod re per se iustam & honestam suis promouerint suffragiis. *Ianson. lib. 27. Gotardus Arthus lib. 1. tom. 5. P. Mathaus narrat. 2. libr. 6. & Inuentar. gener. tom. 4.*

Hoc etiam mense Aprili variis hominum sermonibus iactata est mirabilis fontis, & admodum salutaris, non procul à Treuironum ciuitate, ad pagum Suigam, scaturigo. Cuius aquam potam aiunt multis cōtra grauissimos morbos, remedio fuisse, primo experimento facto in accola quodā, qui pedibus æger per annos 10. vel amplius, eò siue casu, siue Deo ducente delatus, cū aqua illa aliquamdiu esset vsus, conualuerit. *Libellus hac de re scriptus extat, & exēpla. Ianson. lib. 27. Gotardus Arthus lib. 2. tom. 5. Inuentar. gener. tom. 4.*

25 Aprilis, Gregorius de Valentia, Societatis Iesu Theologus, natione Hispanus, Patria Methymnensis, piè sanctèque mortuus est, anno ætatis 54. Cui hoc cenotaphium gratitudinis ergo collegium Theologicum Ingolstadtense posuit.

GREGORIVS DE VALENTIA E SOCIETATE IESV, *Methymnensis Hispanus, S. Theologia doctor, inter Theologos sui temporis nulli secundus, Parisiis vehementer expetiuit, à Stephano Rege Polonia diu postulatus, præclarū huius Academiæ decus, in qua annos 24. commoratus cū sacram Theologiam 16. annis continuis, magno auditorum plausu, & fructu, fecundissimæque eruditionis propagatione docuisset, atque interim in omni controuersiarum Religionis genere contra hæreticos quam multos, compluribus libris editis, numquam non victor egregie dimicasset, vniuersamque scholasticam Theologiam quatuor commentariorum tomis, commemorabili opere, illustrasset, immortalem nominis sui gloriam adeptus, anno 1598. superiorum suorum voluntate Romā auocatus est: cūque illic partim S. Theologia Professor, partim supremus in collegio Societatis studiorū moderator aliquandiu clarissimus vixisset, demum assiduis laboribus fractus, & inueterata consumptus aegritudine, Neapoli quò valetudinis causa, æger concesserat, e vini semper victurus excessit, 25. Aprilis, anno 1603. ætatis 54.*

Petrus Ribadineira in catalogo illustrium scriptorum Religionis Soc. Iesu, ubi enumerat libros ab ipso Gregorio de Valentia in lucem emissos.

26 Aprilis Onolbaci obiit Georgius Fridericus Marchio Brandenburgensis &c. ætatis an. 64. Cui funus postea honorificum factum est 14. Iunii, quod peculiariter commemorat *Gotardus Arthus lib. 1. tom. 5.*

Sub Aprilis finem Batavorum classis in Hollandiam salua & incolumis reuersa, insignem aromatum variorum copiam attulit, nimirum piperis 1330200. Garyo-

Anni
Christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5679.

phyllorum, 128300. nucum myrasticarum 650400. Macis 99800. & Cubebarum 9901. libras. *Idem ibidem.*

7 Maij Iacobus 6. Scotiae Rex, & 1. Angliae, Londini magno ciuium applausu, & congratulatione est exceptus. Et interea dum quae ad coronationem necessaria comparantur, salutare quaedam leges promulgat, quae *Janson. recenset lib. 27.*

26 Maij Fredericus Spinola aduersum nauale praelium & sibi exitiosum fecit. Is Slucensem portum tenebat cum triremibus aliquot, & nauibus omni apparatu instructissimis. Ex hoc 26. Maij cum 8. triremibus, & 2. Liburnicis profectus, Ostendam versus remigare coepit. Praeter nauas ad tria Classiariorum millia in nauibus habebat, inque his duo ferentariorum (mosquetarios vulgo appellant) millia, quorum opera portum Ostendam obsidere, ordinumque nauibus aditum intercludere decreuerat. Non latuit hic conatus Hollandos eamque ob causam 2. triremes Dordracenam vnam Nigram cognomine, eximia magnitudinis, & firmitatis in specula collocarant, vt & hostem impedirent, & si viribus non satis valerent, caeteris nauibus praesidiariis, quae littus illud vniuersum obseruabant, signum darent atque inde coniunctis viribus, ad hostem oppugnandum proficiscerentur. Has conspicatus Spinola, cursum quam maxime potest incitat, & iniectis in hostiles naues manibus ferreis, suos ad pugnam animat, quae quidem tanto ardore ab ipsis commissa est, vt multis interfectis hostilem triremem iamiam abducturi viderentur. Sed qui supererat ex Hollandis, ex inferiori loco quibus poterant modis se defendebant, tantaque erat eorum pertinacia vt interfecto nauarcho, Legatus Hartius grauius vulneratus ignem pulueri tormentario iniecturum cumque ipsis hostibus potius periturum, quam in ipsorum potestatem venturum se, minitarentur. Hanc pugnam naues quaedam Hollandorum praesidiariae eminus conspiciebant, sed hactenus vento destituta, laborantibus suis opem ferre non poterant; quo tandem adiuta pugnam nouam cum Hispanorum classe inierunt crebrisque tormentorum ictibus tantam in ea stragem ediderunt, vt breui transra & fori caesorum aceruis implerentur. Post a caeterum duarum horarum conflictum tandem Hispanorum triremes lacerae in tutum se recipere studuerunt, multis suorum amissis inter quos ipse classis praefectus Spinola globo tormentario ictus occubuit. Ita victoriam Hollandi, sed non sine multo suorum sanguine adepti sunt. *Janson. lib. 27. & Gotardus Arthus lib. 1. tom. 5.*

Circa hoc tempus Christiano 4. Daniae Regi filius natus est, quem Rutlandiae Comes Anglorum, Regis nomine (cui Anna Daniae Regis soror nupta est) e sacro lacuacro suscepit. *Janson. lib. 27.*

Ordinum confederatorum Hollandiae Legati, designato nuper in Anglia Regi congratulari cum 14. Praesidiariis nauibus circa Calendas Maij ex Hollandia soluentes, itineri sese dederunt. Preciosissimus autem, quibus Regem afficerent muneribus erant instructi, quorum precium 200000. florenorum summam excedere dicebatur.

Similiter vero & Comes Anenbergius ab Archiduce Alberto mandatum accepit, vt in Angliam profectus Regi gratularetur, & omnia humanitatis beneuolentiaeque officia suo nomine ei offerret, Dunkerkanis primo, ne nauibus in posterum Anglicis vim ullam inferrent admonitis.

Magna autem hoc tempore ad futuram Regis coronationem praeparatio Londini facta est, conscriptis multis

1605.

5692.

artificibus, & ingeniosis operum quorumcunque fabricatoribus, qui duorum mensium spatio, fabricas & structuras splendidissimas ad pompam hęc regiam magis magisque exornandam pertinentes, ingenio simul & manu artificiosis quàm elegantissimè pericerent, & elaborarent.

Gotardus Arthus lib. 1. tom. 5.

14 Iunij sub noctem Ostendani nihil intentatum relinquentes, vt fossoribus expulsis aut oppressis, munitiones Hispanorum disturbarent, data tessera, erumpunt, & quæ ad Lusbosam, propugnacula inuadunt, primis excubitoribus facilè interfectis. Tumultu per castra sparso, magnis studiis atque animis vndique ad eum locum, quò impressionem hostes fecissè dicebantur, Hispani accurrunt, ac multos nimis temerè progressos intercipiunt, ac resistentes obruncant. Memorabilis hęc fuit oppidanorū clades, qua ferè ex iis qui eruperāt, promptissimus quisque occubuit: & inter primos Sancius quidā, Baro Gallicus, cuius corpus aromatibus conditum in Galliam deinde fuit transportatum. *Ianson. lib. 27.*

1 Iulij Anna Regina Scotiæ, Christiani 4. Danorū Regis soror, & Friderici 2. filia, Londini à marito Rege cum magno procerum numero, obuiam progresso, excepta, magnificèque in urbem introducta est, filium natu maiorem Henricum nomine, secum adducens, quem proceres Scotorum ægrè dimiserunt. *Idem ibidem.*

2 I Iulij ad Diui Iuliani fanum in Sabaudia pacta conuēta inter Carolum Sabaudia Ducem & Geneuenses firmata & subscripta sunt, autoritate imprimis Henrici 4. interposita, qui Emericum de Vic, suum tunc temporis apud Heluetios Legatum ad eam pacem conficiendam eò destinarat. *Inuentar. gener. tom. 4.*

25 Iulij, qui dies S. Iacobo sacer est, cum illuxisset Iacobus 6. Scotiæ Rex, & Angliæ I. ingenti procerum ac nobilitatis numero stipatus, Vithallæ Regiam nauim ingressus, secundo flumine Vestmonasterium descendit. Hoc verò nomine locus ille vniuersus cōprehenditur, qui Occidentale vrbs Londinensis latus, instar suburbij claudit. In quo & arx est Regia, & templum Cathedrale. Plateæ & viæ omnes suauissimis floribus erant cōstratæ, & solum cœrulei coloris panno tectum, atque vestitum. Super quo Rex ad templum vsque processit eo ordine, & pompa, quæ à *Ianson. describuntur lib. 27. & Gotardo Arthus lib. 1. tom. 7.*

Postquam autem in templum Vestmonasterij peruentum est, iamque Rex Portæ succedere, ingens à concorrente subditorum multitudine, Regi omnia fausta comprecantium, sublatus est clamor. Vbi Rex in choro constitit, statim à duobus Episcopis in sella collocatus, & ab aliis duobus puluinar holosericum pedibus eius suppositum est. Inde Regina eodem modo deducta, non procul à Regis latere confedit. Post hęc Episcoporum vnus orationem habuit, qua finita astantes interrogauit, vtrum præsentem pro Rege agnoscere, & acceptare, eique parere, & in Regno defendendo officia debita præstare vellent? Hic omnibus acclamantibus, & magna voce Regem poscentibus, lituorum & tubarum clangore lōgè latèque diu omnia personabant. Idem inde ad Regem conuersus, vtrum imperium non iure tantum, sed summo etiam subditorum consensu, ad se delatum acceptare, Regnóque inaugurari vellet. Quo similiter annuente, ingens rursus populi applausus est subsecutus. Idem de Regina interrogatum, consimilique responso approbatum, non minore læ-

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

titia, & plausu exceptum. His peractis, Quatuor Episcopi Regem ad locum Templi editiorem, cuius pavimentum holoserico rubro erat constatum, deduxerunt, & in Solio miræ vetustatis, antiquitus eum in usum conseruato, & holoserico exornato, collocarunt. Sedenti quatuor Episcopi thoracem, fibulis & nodis ita astrictū, vt facile partes eius omnes solui possent, detraxerunt. Mox accessit Cātuariensis Archiepiscopus, oleoq; è capsula aurea deprompto, frōtem Regis, & vtrāq; axillam inunxit, ceteri rursus vestimentis induerunt. Inde quatuor Episcopi coronā Regiam capiti imposuerunt. Cūmq; similiter Regina oleo inuncta, ornatu Regio condecorata, ac demum coronata fuisset, statim tantus ac tam dulcis organorum concentus, choraulorum, & Musicorum vocibus ac diuersis instrumentis intercurrentibus auditus fuit, vt & audientium aures incredibili voluptate perfunderentur, & animi velut stupore quodam defigerentur. Finitis cæremonis Rex & Regina confurrexerunt, ac paulò post eodem ordine atque eadem pompa per oblongam pergulam ad fluuium perrexerunt, ibique imposto in naues omni comitatu, ad urbem, atque inde ad regium palatium sunt profecti. Tantus vero cymbarum numerus, tametsi innatantium passim conspiciebatur, vt flumen veluti constatum appareret: tantusque audiebatur è tota vrbe tormentorum fragor, vt cælum ruere videretur. Interim Regij satellites, qui Regem non per eum locum quā venerat reuersurum scirent, pannum quo viæ contractæ erant, colligere cœperunt. Quod cū à multitudine animaduertetur, operam suam iisdem, etsi non conductam, tam strenuè præstiterūt vt momento temporis omnis illa parui materia euauerit, asportantibus singulis quantum fortuna offerebat. *Idem ibid. P. Mathæus narrat. 3. li. 6. & Inuent. Generale to. 4.*

Tota æstate huius anni pestis grauius Angliam afflixit, per vniuersum quidem Regnum, maximè tamen Londini stragem horribilem edens, ita vt vltra duo millia in ea ciuitate, singulis septimanis extinguerentur. *Gotardus Arthus li. 1. to. 5. & P. Mathæus narrat. 3. li. 6.*

Conspiratio contra nouum Angliæ Regem à quibusdā ambitiosis hominibus hoc tempore inita est, de cuius causis, atque exitu vide *Ianson. lib. 27. & Gotardum Arthus li. 1. & 2. to. 5.*

Transsylvania hoc anno nouis iterū motibus vehementer exagitur. Moses enim quidā Zecclerorum Dux postquam è fuga superatus à Georgio Basta, in arcem suā Solomosiā se recepisset, eamq; paulò post, quod nec hinc satis tutò latere se posse arbitraretur, Temesuariā cum vxore & liberis profectus, Turcis prodidisset, in omnem interim occasionem intentus, ad decem millia Turcarum & Tartarorum sub signis habebat: Ac præcipuos Transsylvaniæ Proceres missis hinc inde speculatoribus, quorū aliqui cum literis intercepti sunt, ad nouam defectionem sollicitare non erubuit, addita promissione, se cum Turcis auxilio ipsis venturū. Basta igitur hac de re certior factus, sex millia statim hominum arcem Solomosiā recuperatum misit. Quorum aduentu Turcæ nequaquam perterritæ, resistere primò alacriter cœperunt, sed viso postea incredibili nostrorum conatu, ab animi sui præstantia & securitate paulatim desciscentes, deditiōnem se facturos promiserunt, si saluis discedere sibi liceret, Atque ita impetrata discedendi venia, arce omnes, deposito tamen signo, egressi sunt.

Recuperata ad hunc modum arce, conuocatos omnes

1605

5692

Translylvanix nobiles, proceresq; Basta admonuit, vt datam semel Cæsari fidem constanter seruarent. Illi, caueret modò Basta, responderūt, ne milites regionem suam variè desolatam omnino perderent, paratos se esse, facta incommodorum & onerum mitigatione, quindecim millium aureorum Hungaricorum summam, cum commeatu auenarum non modico inter milites distribuendam proferre.

Interim Vaida Radulensis Valachix Regulus, memor adhuc auxiliij sibi contra Tartaros à Georgio Basta non ita pridè præstiti, collecto ex Valachis, Zeccleris, & aliis 8000. exercitu, itineri sese dedit, auxilio Bastæ contra Mosem venturus. His coniunctis cum imparem se Moses animaduerteteret, singulos aggredi, & carpere decreuit astuto quidè cõsilio, at sinistro euertu. Et Valachi quidem, quòd nec castra valde munita haberent, & excubias satis negligenter agerent, nõ difficillimo conatu opprimi posse videbantur. Sed quã ille ignauiam putabat, astus erat, & insidiarum. Valachus quasi viribus suis diffusus, ad primũ statim Zecclerorũ aduentũ castris cessit. Quæ cũ hi statim occupassent, & in iis securè agerēt, ille multò cũ maiorib⁹ copiis reuersus, nihil tale suspicantes oppressit, & ad interuencionẽ occidit, prædãq; omnis generis opulentissimã est adeptus, è qua signa militaria cõtũ & quinq; ad Cæsarẽ Pragã sunt missa. Dux ipse Moses, primũ Temesuariã profugisse putabatur, exercitũ reparaturus, eius tamẽ cadauer postea inter cæsos inuentũ, caputque humeris abscissum, Coronostadij publicè omnibus ad terrorem spectaculo est propositũ. Equus etiã phaleris argenteis mirum in modum exornatus, Cæsari à Victore dono missus. Hic exitus fuit huius nefariæ conspirationis. *Iansõn. li. 27. & Gotardus Arithus li. 1. tom. 5.*

Strigonij hoc tempore miles quidam Præfidiarius propter suspicionem proditiõis in vincula coniectus est. Defecerat hic aliquãtò antè à Christianis ad Turcas, & præterita hyeme inde reuersus, per ignoratiã præfidiariis Strigoniensibus adnumeratus est, qui de perfidia defectionis eius cũ fortè ex ipso aliquid intellexissent (sorex enim suo plerumq; ipsius indicio perit) proditiõis statim suspiciõnẽ de eo concipiẽtes, rem ad Præfectum deferunt. Capitur miles, torturæ subiicitur, examinatur. At ille 70. florenorum Hungaricorum pretium se à Bassa Budensi accepisse fatetur, vt Præfecto Strigoniensi vel veneno, vel alia ratione quacunq; sublato, armamentarium igne perderet, & arcem Turcis proderet, timore autem hætenus præpeditum diu iam conceptum animo suo facinus perpetrare non potuisse, secretò tamẽ Bassæ prædicto iam notum fecisse Strigonium si vnquam alias hoc sanè tempore expugnatum optimũ & facillimũ fore, quòd commeatu & exercitu prope omni destitueretur ita singulari Dei misericordia magna clades à Christianorum ceruicibus est auersa, rediitq; in auctorem sceleris pœna. *Ians. lib. 27. & Gotardus Arithus lib. 1. to. 5.*

Dici non potest quantas Hispanorum militum seditio hoc anno, non in Belgio tantũ, sed etiam in Germania turbas dederit. Miserat ad eos aliquoties Archidux cũ literas, tũ magnæ autoritatis viros, quib. eos amicè à cæpto reuocare conabatur, addito etiã intra certum diẽ solationis promisso, ac spe facta fote, vt in posterum præseti pecunia ipsis satisfiat. Sed magis valuit apud militares animos furor, quàm oratio aut ratio. Quare & literas combusserunt, & internuntiis vestimenta detraxerunt, malèque acceptos à se dimiserunt, ne responso quidem eos dignati. Quin etiã insignibus commutatis, non obscure præ se ferebant

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

quid animo agerent. Cū ergo nulla alia ratione in viā reuocari possent, Archidux copias aliquot tā peditum quā equitum contrahi iubet, quæ & incolis contra eorum excursions, & vicinis locis contra vim essent præsidio.

19. Augusti Comes Mauritius ad Syluā Ducis cū exercitu suo proficiscitur, à cuius obsidione superiori tempore, re infecta, vti diximus, discesserat. Perfectis magna celeritate munitionibus, seditiosos qui se cum eo coniunxerāt, in pago Flāma collocat, vt hostē propinquum obseruaret, eiq; pabulatores exciperent, ipse cū exercitu ad portam Vuchtensem cōsedit. Huius obsidionis fama magnū terrōre in Brabantia excitauit, quōd hac vrbe amissa, hosti per vniuersam illam regionem excurrēdi, prædāq; agēdi facultas daretur. Quocirca Archidux Albertus Friderico Vābergio comiti negotiū dedit, vt hostē quacūq; ratione ab obsidione submoueret, præsidiumq; in urbem introduceret. Quibus rebus præstādis cū Vābergium cū suis nō sufficere Archidux intellexisset, ipse eō ire statuit, quāuis multis diuadentib; & Antuerpia Bruxellas, inde Traiectū ad Mosam, & deinceps Ruremondam profectus, sub initium Septembris in castra venit, magna omnium letitia exceptus.

Dū ita vterq; exercitus ad Syluam Ducis desidet, noui passim militum Præsidiariorum stipendia flagrantium motus gliscere cœperūt. Quibus sapienter repressis, Archidux in eam curā vnicē incūbebat, quomodo Syluam Ducis periculo liberaret. Eas enim munitiones quotidie agebat Mauritius, vt cum exercitu hybernare ibi velle videretur. Sed tandem post aliquot prælia minus prospera, ingruente iā hyeme Mauritius, desperata obsidione, vasa conclamat, militēque in hyberna deducit. *Idem ibidem.*

Iam superiori quidem anno Archidux Albertus eos qui secessionem fecerant, proscripserat, partim vt reliquos, qui idem facturi erant, contineret, partim vt hos perterritos, cū sibi aqua & igni interdictum scirent, in viam reduceret. Et hæc tenus quidē lenibus ad eos sanādos, vt ex iis que suprā dicta sunt liquet, vsus erat remediis proseriptione magis ad terrōre, quā ad pœnā proposita, vbi verō aperte cū hostibus eos facere, immo multo maiori cū iracūdia ad cōmilitones suos oppugnandos venire est nuntiatum, ij qui deprehēsi essent omnib; cruciatibus interfici iussi sunt.

Contra proscriptionem hanc seditiosorū nomine Apologia postea est edita, hoc ferē argumento: Se postquā sub ductu Frāncisci Medozæ, Admirantis Aragonij, ad Grauiā obsidione liberandam frustra fuissent profecti, quōd multorum mensium stipendia ipsis deberentur, fame multiq; ærumnis vehemēter conflictarentur, mēra necessitate coactos eam rationē extorquendæ solutionis iniisse, qua antea cōmilitones suos non semel vsos fuisse meminerāt. Quum autem non modo nihil impetrassent, sed etiam hostium loco essent habiti, ad hostium auxilia, quōd aliter tueri se non possent, confugisse, idque exemplum nec nouum esse, nec inusitatum. *Idem ibidem.*

Interim in Vngaria bellum summa animorū & virium contentione vtrinq; gerebatur, vario, vt fieri solet in bello, plerumq; euentu: Cūmq; tam nostri, qui Pæstam, quā Turcæ qui Budam præsidio tenebant, annonæ penuriā vehemēter laborarēt, pars illa quæ alterā cōmeatu prohibere posset, nō leue ad victoriā momētū cōsecutura sibi videbatur. Sed post dies aliquot velitationib; leuibusq; præliis cōsūptos, ingruente iā hyeme Turcæ in hyberna se receperūt.

Turcis digressis, nostri Haruzæ, nec præsidio, nec cōmeatibus satis instructæ exercitum admouerunt, & addu-

1605

5692

ctis tribus immani magnitudine machinis, præsidiatios ad deditiōē hortati sunt: quam nisi statim facerent, omnē ad gratiam aditū, cū liberis & vxoribus, præclusū iri, cōminatī. Territi Turcæ absente Præfecto, spatiū ad deliberandum petūt, & tandē, liberis, vxoribus, & fortunis suis metuentes, oppidū tradūt, vitæ tātū & fortunarū incolumitatē pacti.

Paulò ante Fridericus Sigismundus Trautmanstorius hostes itidem non mediocri clade affecit, ponte magni operis ad Camefcinum exulto, duobusque expugnatis Castellis, & ducentis Turcis partim cæsis, partim abductis. Illyrici quoque Præfectus Vafestino eductis copiis Possessoriorum regionem longè lateque ad sex milliaria, ferro flammæque vastauit, trecentis circiter pagis exultis, imprimis Possessorio vico, qui mille & quingenta continebat ædificia, funditus deletō. Causa erat, quòd iis in locis magnæ Turcarum, & Tartarorum manus quotannis coire, & inde in nostras regiones prædatum excurrere, nonnunquam etiam hybernare ibi solebant. Ita quacumque circumferres oculos, in Hungaria nihil nisi deploranda miserabilium rerum spectacula occurrebant.

Has clades duo imprimis Prodigia si non portenderunt, certè præcesserunt. Nam & Varadini terra mota est, adeo vt oppidum vniuersum non contremisceret tantū, sed etiam ruinam minitaretur.

Mulier quoque Sueua natione ibidem 3. infantes vno partu viuos enixa est, & ouis agnum anteriori parte porcellum, posteriori agnum referens in lucem edidit. Hæc naturæ peccata dixerit aliquis, sed nostra sunt, vel certis nostris peccatis impendentem pœnam portendunt. *Jans. li. 27. & Gotardus & Arthus li. 1. & 2. 10. 5.*

20. Octobris Ioannes Petrus Massæus, natione Italus, Patria Bergomas, obiit ingenti Sociorum luctu. Fuit is, si quis alius nostro sæculo Latinè, Italicèque scribendi peritus. Cū iuuenes aliquot nobilissimos Liguriæ in ciuitate Genuensi instituisset, & ad eloquētiā conformasset, Romam venit, & se in Probationis domum ad Societatis Iesu regulam formandum tradidit, anno Salutis 1560. ætatis circiter 30. Scripsitque pereleganti stylo Historiarum Indicarum lib. 16. Selectarum item ex India Epistolarum lib. 4. De vita P. Ignatij Loyolæ li. 3. item vitas 13. Sanctorū confessorum Italicè. Fertur & reliquisse de vita Gregorij 13. Pont. max. li. 13. *Petrus Ribadeneira in catalogo illustrium Scriptorum Religionis Societatis Iesu.*

Comes Isolanus, Italus, qui Albæ Regalis, cū à Turcis capta est, Præfecturam gerebat, & cum aliis Constantinopolim captiuus missus fuerat, intercessionē Gallorum Regis apud Sultanum oratoris in libertatem restitutus, ad Cætiarem rediit, hac conditione, vt pacem quibus posset modis promoueret, quæ si coire non posset, captiuum se rursus sisteret. *Jans. lib. 27.*

Christianus 2. Saxonix Dux, & Septemuir imperij vt rē Christianam, præter ordinaria tributa contra Turcas iuuaret, suumque erga Cæsareā Maiestatem affectum & obseruantiam declararet, duodecim tormenta ænea, affabrè facta cum ministris, qui ea tractarent, onustosque Bellico apparatu currus sex ad Cæsarem dono misit. *Jans. li. 27.*

Per hoc tēpus noui inter Galliarum & Hispaniarū Regna motus ad dissidiorū scintillæ gliscere cœperunt. Rex enim Hispaniarū nouū vectigal, paulò minus triēte (de centenis sc. tricena) mercibus imposuerat. Idque vectigal homines ad id constituti in omnibus portibus acerbè exigebant. Hac ratione cū non tantū in immensum rerū precia augeri,

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

3679

1605

3692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

& à mercatoribus lucrum pene omne in Hispaniarū Regis ararium deriuari necesse esset: Gallia Rex idem vectigal eos, qui quascunque merces ab Hispania, Lusitania, cæterisque vel Hispanorum Regis, vel Archiduci Alberti Prouincijs aduexissent, aut è Galliis in Hispaniam, cæterasve prouincias importaturi essent, soluere edicto iussit. Sed & Angliæ Rex quòd nouam hanc impositione subditis suis, atq; adeo vniuersis Mercatorum rationibus non mediocri esse fraudi putaret, idem vectigal de rebus omnibus quæ vel ex Hispania, & Archiducis regionibus adueherentur, vet eò deferrentur, exigi in suo Regno præcepit, donec abrogato priori Edicto, Hispaniarū Rex nouum hoc onus remitteret atq; auferret. Quod cū ille differret, ac mercaturā ita vtrinq; ambesam atq; arrosā omnino tandem intercidere necesse esset: Gallia Rex publice scripto proposito edixit, ne quisquam suorū subditorum Hispanias, cæterasve Prouincias mercaturæ causā adiret, neve vllum genus mercium importaret, vel exportaret, addita pœna confiscationis omnium eorū bonorum, quorū triens indici cedere iubetur. Cum cæteris verò populis ac nationibus mercaturam, vt antè libere exercere permisit. Sed quando, & quibus rationibus hæ controuersia composita fuerint suo loco dicetur. *Idem ibid.*

Menſe Nouembri Enemodus Rabot Dominus d' Illius, Primus Præſes Parlamēti Delphinatus obiit domi ſuæ Grætanopoli. Extant orationes aliquot publicæ & ſolēnes ab ipſo in curiæ ingreſſu habitæ poſt feſtum omnium Sæctorum, pro veteri & laudata Curia conſuetudine, nondum typis excuſæ. Quas in lucem emiſſum iri ſperamus.

20. Nouembris Chriſtophorus Radziuil, Dux Birzarum, Palatinus Vilnenſis in Lithuania mortuus eſt. *Goarardus Arthus li. 4. 10. 5.*

Hoc menſe Fridericus Dux Vvirtembergicus in ſignia ordinis equeſtris Angliæ Regis, quem à faſciis crurulibus vocant, Stutgardia per Robertū Spencer, Equitē & Baronem in Spancer, & Vormeleiton, Iacobi 6. Legatū, magna pompa & celebritate accepit. Cæterum qui originē & rationem huius ordinis cognoscere deſiderant, Polydorum Virgilium lib. 19. Hiſtoriæ Anglicanæ conſulant.

Placet autem, cū vltra 26. equites hic ordo non admittat, eorū qui hoc tempore hac dignitate decorati ſunt nomina, quemadmodum à Rege ipſo poſt Coronationem ſuam pronunciata ſunt hîc recensere. Primus igitur eſt Rex ipſemet. 2. Princeps Vualtheſius, Regis filius natu maximus. 3. locum obtinet Rex Gallia. 4. Rex Dania. 5. Dux Vvirtembergicus. Reliqui ſunt, Comes à Nottingham, Comes ab Ormond, Comes à Chrasbery, Comes à Noithūberland, Dn. Schiefeldius, Dn. Hunſdonius, Dn. Henricus Lea, Comes à Derly, Princeps à Lenox, Comes à Max. Dn. Buckhorſtins, Comes à Comberland, Comes de Vvorceſter, Comes à Suffolck, Comes à Vonshere, Dn. Montioy, Comes à Suſex, Dn. Stropius, Dn. Burghleyus, Comes à Southampton, & Comes à Pembrock. *Goarardus Arthus li. 2. 10. 5. & Ianſi. li. 27.*

13. Decembris Balæna ingens iuxta Antuerpiā in Scaldi flumine oberrare viſa eſt. Cūque ad 17. vſque diem ibi commoraretur, à Præſidiariis tandem militibus glande percuſſa plumbea, expirauit. Longa erat pedum 24. & 12. pedum craſſa, vnde 300. florenis Brabanticis diuendita eſt. *Idem ibid.*

Hoc menſe Hispania ingentem tempeſtatem eſt experta. Tantus enim circa Hiſpalim præcipuè tonitruum

1605

5692

fulgurumque, & procellarum impetus exitit, vt oppida passim, & pagi dissectis ædibus arboribusq; terra erutis, atque prostratis damnum maximum fecerint. Mare verò ventis agitatam adeo intumuit, vt ædificiis quibusdã, vbi mercatorum bona, pro quibus vestigalia nondum soluta erant, deposita asseruabantur, abreptis, vel vicies centena millia perierint. Hominum verò 800. pecorum verò 50000. ferè capita fluctibus maris suffocata, & 60. naues cum bonis variis maxima parte dissipatæ & submersæ interierint. *Idem Gotardus li. 2. & 4. to. 5.*

Eodem mense Rustuurnius 64. vexilla Turcica, quæ ter Autumnum præteritum, in diuersis locis, maxime tamen in Insula Adonia hostibus eripuerat, tympanis, tubisque adhibitis, Viennam deferri, & Archiduci Mathiæ exhiberi curauit. *Idem ibid.*

31. Decembr. Ioanes Adamus Archiepiscopus & Elector Moguntinus mortuus est Aschaffenburgi. Cũq; visitato Principibus viris more intestina eius aromatis condita essent, 10. Ianuarij sequentis die, Moguntiam traductus est, vbi peractis funeralibus cæremoniis, 12. postmodum Ianuarij die in Cathedrali templo, honorificè sepulchro illatus, & Antecessoribus suis aggregatus est. *Idem ibid.*

Sub finem huius anni Mahometes 3. Turcarum Imperator peste correptus interiit. Sic enim, cum paucis post diebus Tabellarius quidam Turcicus Budam aduenisset, Murathes statim Bassa, missis Pæstam vigilum præfecto, nunciari Geisbergio curauit: Imperatorẽ suũ morte extinctũ, & filiũ eius, propter ætatem quidem (cum natũ maximus de mado Parætis laqueo antea suffocatus perierit) tantis rebus gerendis imparem, ei successisse, & publicè per vniuersum imperiũ, nouũ iã imperatorem declaratũ esse. Eodem autem eum, quo Parens animo inchoatam pacis tractationem promotam cupere, & firmatam sanctè tueri, Mahometes igitur regnauit annis 9.

Illi Sultanus Achmætus I. filius successit annos tantum natus 16. Iuuenis vt fertur impiger, & sanguinis fundendi avidus. Qui, vt olim Romani Imperatores, amplissimo cõgiario milites Prætorianos demulsi, triumphantis instar splendidissimo curru per urbem Constantinopolim vectus, magno cum populi plausu, & acclamatione. *Ians. li. 28. Gotardus Arthus li. 2. to. 5. P. Mathæus narrat. 4. & 5. lib. 6. Inuent. gener. 10. 4. & li. 7. Hist. general. Hungarie.*

1604. 13. Februarij Catharina Borbonia Henrici 4. Regis Galliæ soror, & Henrici Marchionis Mussiponti vxor, Nanceij fatis concessit. *P. Mathæus narrat. li. 7. Inuent. general. 10. 4. Ians. lib. 28. & Gotardus Arthus li. 4. to. 5.*

17. Februarij in locum defuncti Electoris Moguntini, Archiepiscopus & Elector alius Ioannes Schuueicardus ex nobilissima Crombergiorum familia oriundus non sine applausu, & lætitia vulgi electus est. *Gotardus Arthus lib. 2. to. 5. & P. Mathæus narrat. 1. lib. 7.*

Eodem tempore ex Hispania nunciatur, in India occidentali, quam vulgo Americam vocant, nouam insulam, quæ Atamidis dicatur, & 2600. milliaria gallica contineat, inuentam nuper, & apertam esse, cumque auri & argenti ditissima sit, multos statim Iesuitas ex Peruiana Regione, & noua Hispania eò delatos esse, quorum industria, & homines ad fidem Christianam adducerentur, & insula ipsa Hispaniæ Regis potestati subiiceretur. *Idem Gotardus ibid.*

28. Februarij Codicilli Regij ab Henrico 4. concessi consulibus, & ciuibus Viennensis ciuitatis in Delphinatu, pro instaurando collegio suo, & ad rem Professoribus

Anni
Christi.

1592

Anno Domini MDC.

Anni
mundi.

5679

DECIMO SEXTO Seculo perpetuari doctrinam super oibus sacculis per manus acceptam, vt in singulorum coromide docuimus, ne isti quidem qui eam impugnant, inficiari possunt. Nam statim eis restiterunt omnes boni, docti, paruer & indocti, deinde sapientissimi quique pro ea scripserunt. In genere quidem Ekius, Erasmus, Cochleus, Tapper, Groppeus, Osius Cardinalis, Theologi Parisienses, Salmaicensis, Louanienses, Oxonienses, Colonienses, Henricus 8. Rex Ang. Roffensis, Alb. Pighius, Sõnius, Lindanus, Alphosus de Castro, Melchior Canus, Canisius, Gregorius de Valentia, Auratus, & alij infiniti, vernaculis etiam linguis. Sed inter omnes præcipue clarus Robertus Bellarminus Politianus societatis Iesu doctor theologus nunc hoc anno 1599. S. R. Ecclesia Cardinalis, tituli S. Mariae in via, qui disputationum de controuersie Christiane fidei aduersus huius temporis hereticos tomos tres emisit in lucem, qui prostant Lugduni apud Joann. Pillehotte 1596. Et Florimundus Remondus Consiliarius Parlamenti Burdigalensis, qui libros 8. scripsit lingua Gallica de origine, progressu, & ruina hæresis huius Decimiseptimi seculi excusos in 4. Parisiis apud Guil. de la Nouë. 1605. Scripsit etiam libros de Antichristo, de lana Papiſſa, & alios, sed omnes lectũ dignissimos. In specie verò ij, a quibus de sequentibus capitibus, circa quæ eorum præcipue versantur hæreses, libri peculiare confecti sunt.

MISSA, continuata iisdem ruiibus, ceremoniis, verbis, quibus prius. E Tuelmano Tract. de expositione mysteriorum Missæ, Cl. Sancti, Cassandri, & Pamelij Liturgicis: Espençei de adoratione Eucharistiæ, & libello de vtraque missa: Democharis opere de Missæ sacrificio, seorsum li. 4. ca. 15. & infinitis aliis.

Gratia Dei, fides, Iustificatio. Driedo lib. de concordia liberi arbitrii. Pighius opus. de Iustitia. Vuicellius lib. de voluntate hominis Christiani. Carbatius in explicationibus argumentorum obiectione 22. & 1. Sententiarum cap. 59. Sententiarum huius aui lib. 3. sentent. dist. 19. & alius scripsit. Qui & allegant illud Augustini de spiritu & litera ca. 9. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Non itaque

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

ustificati per legem, neque per propriam voluntatem, sed gratis per gratiam ipsius, Non quod sine voluntate nostra fiat, sed quod sanet gratia voluntatem, vt sanata voluntas impleat legem nunc constituta sub lege, neque indigens lege & c. 10. per gratia quispiam iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum precedentibus meritis. & illud D. Thom. in 2. c. Jacobi. Nonne ex operibus iustificatus est. Contra Paulus Ro. 4. & ibi glossa Augusti. Non ex operibus iustificatus est, scilicet ex fide. Responso, Apostolus & August. loquuntur de operibus precedentibus fidem, vt patet ibidem ex quibus nullus plane iustificatus est. Huius autem loquitur de operibus sequentibus fidem, que dicuntur iustificare, non quatenus iustificatio dicitur gratia infusio: sed quatenus dicitur iustitia exercitatio, vel ostensio, vel confirmatio. Res enim dicitur fieri quando perficitur, vel innotescit. Guillaudus Parisiensis doctor in epistol. ad Rom. duplex est iustificatio, prima & secunda. & c.

Eucharistiæ veritas, sacrificium transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Democ hares lib. de Sacrificio Missæ, & lib. de Eucharistia. Garotius de ead. Tomstallus de ead. Caietanus contra Lutherum: Cassander in Liturgicis, Parmelinus in Liturgicis, & in Cyprianum. Ioannes Hesselz lib. de probatione corporalis presentie Corp. & sang. Domini. Espencens lib. de adoratione Eucharistiæ. & libel. de vtraque Missa, Claudius Sanctius in repetitionibus, & in liturgiis Græcorum. Soto in 4. Sententiarum, ubi & omnia dubia istorum soluit. Canisius in Catechismo maiore. Sereus libris sex de sacram. Altaris. Gaspar Cassalius Lusitanus de Cæna & calice Domini. Jacob. Faber Molinensis pro sacro sancto Missæ sacrificio aduersus Anatomem Missæ. & alij innumerabiles.

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, Cæremoniæ. Soto & Sententiarum reliqui in 4. sentent. Canisius in Catechismo maiore. Clichtonius in 4. li. Damasceni, de Orthod. fide. Tilmannus Segebergensis lib. de 7. Sacramentis, & quotquot hac ætate scripserunt de Baptismo contra Calvinistas & Anabaptistas.

Pœnitentia & eius partes tres. Canisius in Catechismo. Sententiarum in 4. Concilium Colonienſe parte de sacramentis. Slotanus lib. disputatio-

Anni
mundi.

5679.

& Societate Iesu accersendis. Eò iam à multis annis inclinabant RR. PP. Petrus & Hieronymus Villarij Archiepiscopi & Comites Viennenses, & nihil non mouerunt, non sine magnis impensis suis, vt voti compotes redderentur. Ego conscius sum, atque etiam adiuuo pro mea exiguitate.

25 Martij Iacobus 7. Angliæ & Scotiæ Rex magna pòpa Londinum ingreditur. P. Mathæus narratione 1. libr. 7. & inuentar gener. tom. 4.

29 Martij Conuentus omnium Angliæ ordinum Londini habentur. Idem ibid.

Hoc etiam mense Cardinalis Doffat Romæ obiit.

14 Aprilis Ernestus Fridericus Marchio Badensis cum aliquot annos fuisset infirma valetudine mortuus est. Gotardus Aribus lib. 3. tom. 6. & Ianſon. lib. 28.

Circa hoc tempus Sultanus Achmætes, cum nondum 16. ætatis annum compleuerit, variolis siue morbillis puerili morbo correptus, per 14. dies tam grauitè decubuit, vt de vita eius desperantes pro adducendo iuniore eius fratre nuntios ablegarint, imperio eum, defuncto Achmæte, præfaturi. At miseram eius sortem! Achmæte enim conualeſcente, & ex morte quasi in vitam restituto, iunior eius iussu laqueo suffocatus, vitam cum morte commutauit. Gotardus Aribus li. 4. tom. 5.

Hoc etiam tempore Angli Piratæ in mari mediterraneo non Turcicas tantum sed Gallicas etiam & Venetas naues inuadebant, prædàmque in Fessani Regni portibus diuendebant. Ea de re cum Galli grauitè conquesti essent, Sultanus Achmætes defuncti Regis filium, qui patri successerat (alter enim Marochi regnum sibi vindicauit) secudusque cum Turcis renouarat, literis monuit, vt Piratas Anglos non modo accessu prohiberet, sed comprehendi etiã curaret. Etsi enim iam olim bona pax est Turcis cum Anglis, tamen Regina mortua, ea quodammodo vna videbatur expirasse, quod Rex Iacobus ad Sultanum scribere hætenus cunctatus esset. Cum ergo Sultanus vt prior cum Angliæ Rege ageret, è dignitate sua minimè esse arbitretur, Hasceni purpurato negotium dedit, vt & de his iniuriis cum Anglorum Rege exostularet, & ad pacem ac fœdus sollicitaret. Idem quoque literis ad Galliarum Regem beneuole admodum scriptis, sese excusauit, nonnihil tamen conquestus, quod suos Viennensi Regi (ita enim Cæsarem appellat) militare pateretur. Quarum literarum exempla integra quoniam apud alios descripta extant, nos hæc breuiter tantum delibare voluimus. Ianſon. libr. 27.

Aprili mense ex proscriptis in Gallia quidam gratiam apud Regem inuenit, quod de periculosa admodum prodicione eum edocuit. Habebat Nicol. Neouilleus Villaregius, qui Regi est à secretis epistolis substitutum quædam Aurelianensem. Is ante annos aliquot cum Legato in Hispaniã missus, integro biennio ibi substitit, rebus suis interea ita prospiciens, vt 4000. coronatos mercedem prodicionis annuam ab Hispano obtineret. Reuersus ad aulam Regis Galliæ, facinus suum aliquandiu occultauit, omnia secreta consilia Hispano clam aperiens. Cæterum à Legato Hispanico de imminente sibi periculo admonitus, fuga sibi consulens clam discessit. Rex ergo Præfecto rerum capitalium mandat, vt Ambianum versus contendens, eum ex fuga retractum in iudicium produceret. Is cum post diligentem inquisitionem, nauim tandem qua uehebatur explorasset Regis nomine nauis imperat, vt conuerso statim itinere ad littus nauim adducant. Parent nauis, repu-

1605.

5692.

gnat substitutus, sed frustra. Itaque ne in manus Præfecti perueniret, in undas sese de nauî præcipitem dedit. Dolebat id Præfecto, sed cum aliter non posset, protractum ex aquis corpus Lutetiam perduxit, ubi cadauer quatuor equis discerptum fuit. Hinc motus in aula varij extiterunt, & Regem quidem male admodum habebat, quod viuis comprehendere non potuisset. Villaregius verò qui de eotale quid numquam suspicaturus fuerat, hanc præcipitem mortem ægerimè tulit. *Gotardus Arithus lib. 4. tom. 5. P. Mathaus narrat. libro septimo Inuentar. generale tom. 4.*

Hoc tempore Mœrisbergici milites, Suecheti, qui locus duobus milliaribus Vienna abest, subsistentes solutionem stipendiorum cum ingenti tumultu expetere, & seditionem moliri inceperunt, tribunis & centurionibus vi summa à se abiectis, & omnibus sui Ducis admonitionibus posthabitis atque neglectis. Nam etsi in circulo constitutos, eos intermedium ipse quàm fidelissimè non moneret solum, sed etiam obtestaretur, ne tam audax tentarent facinus, ipsi tamen in proposito suo persistentes, constituto sibi Duce alio, suburbium Viennense inuadere decreuerunt. Cum igitur refractarij omnino, salutaribus obtemperare monitis recusarent, & non leue inde periculum ciuitati imminere videretur, vt maturè coherceretur, Præfidiarij ciuitatis cum multo peditum equitumque exercitu contra eos ex ciuitate missi sunt. Cumque etiam ciues aliqui expeditionem hanc iuuare compellerentur, ex illis duo modis omnibus id facere recusarunt, dicentes se manus sibi prius ipsis inferre violentas, quàm contra Christianos arma sumere velle. Coacti igitur hi quidè vi summa cum aliis procedere, cum non procul à seditione abesse se iam viderent, alter quidem inuocato ter nomine Iesu eductum vagina gladium per pectus medium transegit, alter fluuio se immerfit, atque undis suffocatus est. Cæteram seditionis isti, cum ante conflictum, semel adhuc admonerentur, & sese viribus inferiores perspicerent, mutato consilio, supplices Archiduci Mathiæ facti sunt. Qui eos in gratiam recepit, ea tamen conditione, si ad stationem quisque suam reuersi Duces & auctores seditionis profertent. Qui capitis supplicio postmodò sunt affecti. *Gotardus Arithus lib. 4. tom. 5.*

Transsylvanis præsens annus funestus admodum, & luctuosus fuit. Nam præter alias calamitates, & magnam militum licentiam, tanta fames regionem penè vniuersam peruasit, vt cibi à quibus alias hominù natura abhorret, in deliciis haberetur. Causa præter iram Dei, qua hominù peccata castigat, illa fuit, quod incolis, partim bello absumptis partim militum iniuria vexatis, agri squalidi & inculti iacerent, messibus vel in ipsa herba corruptis, vel horreis incensis atque exinanitis. His malis vt medicinam adhiberet, & motus quibus adhuc tumescebat Transsylvania planè cõpesceret, Georgius Basta comitia indixit, iisque leges quasdam, & decreta ad regionis tranquillitatem pertinentia sanciuit, quibus si steritissent incolæ, ad tanta mala, quibus nunc affliguntur, non deuenissent. Tanta verò est, tamque indomita harum gentiù ferocia, vt diu quiescere non possint, nec villo pœnarum, aut mortis quantumuis horrendo genere ab instituto dimoueri se patiantur. Sensit hoc Basta, qui cum multa clementiæ, multa seueritatis exempla statuisset, cauere tamen non potuit, quin seditiones, & conspirationes, veluti hydræ capita, subinde repullularent. *Ianson. lib. 28.*

Sub finem Iulij à Rege Persarum Legatus quidam Pra-

Anni
christi

1592

num aduersus hereticos, Turrianus
lib. pro epistolis pontificum, &c.

Claues Ecclesiæ, Absolutio.

Canisius in Catechismo: Sandersus de visibili Monarchia Eccl. Ekius in locis communibus, Cortesius, & alij sententiarum, in 4. Turrianus libris de Dogmaticis characteribus, & libris tribus de primi capitis & iudicis auctoritate & Principatu. Ioan. Antonius Delphinus oratione de Ecclesia.

Confirmatio, extrema vinctio, reliqua alia sacramenta, & eorundem usus. *Canisius in Catechismo. Soto in 4. multis distinctio. Ekius in locis communibus. Consilium Coloniese. Hosius in confessione, & alij multi. Tilmanus Segebergensis lib. de sacramentis 7. Sed & Hieremias Patriarcha Constantinop. de numero ab ipsis hereticis per Iacobum Smidelinum & Martinum Crusium epistola consultus, an. 1576. c. 7. sui primi responsi, septem esse docet hoc ordine, Baptismus, Vinctio (sic confirmationem appellant) sine Chrisma, sacra Communio, Manuum impositio, siue Ordo, Matrimonium, Pœnitentia, Oleum sacrum, vt & Græci alij responsione 12. & vltima ad Iacobum Cardinalem Gusanum, interprete Io. Leandaro Germano heretico, Basilee apud Oporinum an. 1571. Sic Orechoni natione Roxolanus, materno genere Græcus & de Patriarchatu Constantinopolitano, Epist. ad Hosium, de loco & auctoritate Romani Pontificis.*

Quod sanè omnium seculorum Græcis Christianis congruit. Nam Simeon Thessalonicensis iam olim inscripsit librum de septem Ecclesiæ mysteriis (sic Græci Sacramenta appellant) & Cabasilas in Liturgia expositione, præter Baptismum, & altaris mysteria c. 29. cætera esse asserit vltimum olei sacramentum, & mox sanctissimum unguentum (i. confirmationem) ordinationem per manuum impositionem, mysterium remissionis peccatorum (pœnitentia sacramentum) denique: Orationem sacerdotis in matrimonio. Quorum omnium dispensationes & ritus extant in ipsorum Euchologio, siue Sacerdotali Baptismi cap. 15. 16. 17. Vinctio siue Chriamatis. Ibid. & c. 11. 37. Communio & Liturgiæ. cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Manuum impositionis siue ordinis, c. 111. 112. 113. 114. Matrimonij c. 18. 19. 20. 21. 22. Pœnitentiæ, c. 98. & c. Olei sacri ca. 97. 98. vt iam constat non septem esse Papistica, sed Orienta-

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592.

lium Christianorum, maleuolè aliqui
affectorum erga Papam. Sic Mosci,
lib. de eorum religione.

Primatus Romani Pontificis.
Acurius Ioseph à Petro patriarcha
Maronitarum, è Monasterio S. Ma-
ria de Cambim in monte Libano an.
1515. Romam ad eum agnoscendum
missus, apud Ambrosium Theseum
in introductione in linguam Chalda-
cam, Syriacam & Armenicam, qua
ab eo didicit. Sind Syrus Nestoriano-
rum patriarcha an. 1552. in sua pro-
fessione fidei à Masio versa. Abdisu
Patriarcha Assyrius in sua attesta-
tione manu ipsius picta & subscripta
die 7. Martij, ann. 1562. Graci in
tractatu Nili de Primatu Roman
Pontif. quem vertit Flaccus Illyricus.
vt tanquam forex suo iudicio periret
Nam Nilus illic concedit Romanis
esse summum Pont. impugnans dun-
taxat, quod eum tantum esse diuini
iure diuino, cum esset dicendum iure
Ecclesiastico & Consiliorum Abyssin
& Ethiopes apud. Damianum Goe
duabus legationibus Matthai, &
Zagazabi. Latinos produci & enu-
merat Nicolaus Sanderus egregio illi
opere de visibili Monarchia Ecclesia,
vt iam nefas sit dubitare hanc esse fi-
dem non huius eui modo, sed & reli-
quorum omnium precedentium. Tur-
rianus lib. pro Epistolis Pontificum.
Moschi apud Nicol. Fabrum de reli-
gione Mosconitarum, & Lascium
Lutheranum.

Liberum arbitrium, bona ope-
ra. Vucelius lib. de voluntate hominis
Christiani. Driedu. lib. de Prædest. &
lib. de concordia liberi arbitrij. Eras-
mus libro peculiari cõtra Lutherum.
Ambros. Catarinus in opusculis &
contra Cæteranum. Stotanus lib. dis-
aduersus hereticos. Chetouans in li-
bro Damasceni de Orthodoxa fide,
capite de hac materia. Sepulueda cõ-
tra Erasmus.

Sanctorum preces, suffragia, in-
uocatio, reliquiæ, imagines, festa.
Ejssius libro peculiari. Amb. Catarinus
in opusculis. Solo in 4. sentent. Ca-
nisius lib. de Virgine & libr. de Ioane
Baptista contra Centuriatores Syri &
Nestoriani in tabula, & titulis noui
testamenti, & in suis liturgiis & Ri-
tualibus. Ekius tribus tomis de san-
ctis, de quibus & sermones innumeri
sunt Theologorum, & Ecclesiasticum
huius ætatis. Moschi apud Lascium
Lutheranum de Theologia Mosco-
nitica.

Anni
mundi.

5679.

gam adueniens, cum quingētis equis, totidēque pediti-
bus in urbem deductus liberalitēque admodum habitus
est. Admissus autem ad Cæsarem, primò quidem in terram
procubuit, pedem eius dextrum exosculaturus, cumque id
Cæsarmittere recusat, manui postmodò dextræ osculū
infixit, elegantique oratione à Cæsare petiit, ne pacem cū
Sultano faceret, sed bello eum continuo persequeretur.
Quod ipsum quidem Rex etiam suus facere omnino de-
creuisset. Parauit post dies aliquot Legatus iste conuiuium
regale & splendidum, in quo cum inter alia à Principi-
bus quibusdam qui ibi aderant interrogaretur, quomodo
aeris in hisce regionibus cõstitutionem ferret, initio qui-
dem valetudinis suæ mutationem aliquam deprehendisse
se respondit, sed postquam munere suo apud Cæsare per-
functus esset, melius habere iam cœpisse. Durante autem
etiamnum prandio, vitrum eximiæ capacitatis, quod pro
salute & incolumitate Cæsaris Romani Pontificis, His-
paniarumque Regis ebiberetur, infundi sibi iussit, eoque
euacuato, æquum quidem esse dicebat, vt pro salute alio-
rum etiam Regum & Principum, vt pote Galli, Poloni, An-
gli, & Venetorum, illud denuo repletum ebiberetur, ve-
rùm cum eos Sultano fœdere iunctos sciret abstinere sese
à poculo isto hac quidem vice velle. Post remotas epulas,
cum mensa conuiuæ surrexissent, de viribus Sultani sermo
incidit, referentibus quibusdam, cetera millia eum hac æ-
state in Hungariam mittere constituisse. At ille, cum Alep-
pum Rex suus aliàsque ciuitates nuper expugnauit, verissi-
mile quidem sibi non videri respondit, tantas eum copias
in Hungariam mittendas colligere, hoc quidem anno, po-
tuisse. Gotardus Arthus lib. 4. tom. 5. & lib. 1. tom. 6.

6 Augusti horam circiter 10. vespertinam ingens Pra-
gæ incendium factum est, quod breui temporis spatio ita
inualuit, vt decem ædificia flammis absumpta perierint.
Excitatum hoc incendium est à mendico quodam Bohe-
mo, quem si non ætas & canities, capularis enim iam e-
rat, at supplicij saltem, quo paulò antè in consimiles quos-
dam facinorosos animaduersum fuerat, grauitas detertere
ab isto scelere meritò debuisset. Ad postes enim quatuor
catenis ferreis alligati lento igne circumcurrentes tor-
rebantur, cumque calore nimio macerati in terram fortè
decumberent, leuamen aliquod, & refrigerium captan-
tes, feruente statim oleo conspergebantur, vt exquisitissi-
mos dolores, antequam extinguerentur, perceperint,
qui postquam dimidiam horam currendo absoluissent,
concidentes tandem animam exhalauerunt, digna facino-
ribus suis pœna percepta. Gotardus Arthus libro quarto
tom. 5.

20 Augusti Comes Mauricius Slusam quam 18.
Maij vndiquaque obsidione cinxerat, & non tam armis,
quàm fame, & commeatus inopia oppugnabat, in po-
testatem suam redegit. De obsidione autem hac iustus
Lipsius, Louanio pridie Idus Augusti, literas sequenti-
bus verbis perscripsit: Profectò res Flandria & quod se-
quitur, Belgium ex voto non succedunt, & quod dolorem au-
get, aliqua nostrorum culpa. Nam de Slusa, in qua liberan-
da mirè satagimus, quam ex facili fuisset, si initio curam &
manum eò vertissemus, nunc passi sumus hostem se munire,
ac permunire, eo minore excusatione, quod gnari cernunt dam-
nis nostris, qu. im ille fœliciter dolabra pugnaret, & opera strue-
ret vel ad Romanum exemplar, mihi non lubet in consilia inqui-
rere, sed alia ea esse quis religionis, Principum & Patria a-
mans non velit? Sane si Slusam amittimus, (Deus auertat)

1605.

5692.

magnos animos, magnas vires capit, & omnes qui occulte aut palam illi fauent. Nostri vicinos quosdam veluti in specula esse in harum rerum euentum intentos. Quid autem si illi etiam aliquid moueant? Quo loci sumus? Deum ergo precor misereri Belgarum quos à tot iam annis duriore flagello castigat &c. Cæterum deditio ciuitatis quibus conditionibus facta sit, è lib. 1. tom. 6. Gotardi Artibus lector cognoscat, & libro 28. Iansonij.

Hoc anno pax inter Hispaniæ, & Angliæ Reges necnò Archiducem Albertum facta est. Cuius 36. articulos à commissariis ipsorum ad pacis tractationem deputatis, subscriptos bona fide recenset *Gotardus Artibus libr. 1. tom. 6. & Ianson. lib. 28.*

Pæstam præsidio tenebat Iageureuterus, de cuius virtute magna erat opinio, quam tamè turpiter ille fefellit. Is audito Turcici exercitus aduentu, panico quodam terrore correptus, nondum viso hoste de relinquendo, & incedendo oppido, corruptis tormentis, ac reliquo comæatu consilium iniit, idque etiam 5. Septembris exequutus est, præsidio Strigonium deducto. Turcæ re intellecta eò statim mittunt qui munitiones non omnino destructas, igne restituto instaurarent nostrorum ignauiam admirâtes Strigoniū appullus Iageureuterus, cum deserti turpiter oppidi nullâ aliam causam afferret, quàm hostium, quorum se imparem sustinendæ potentiæ dicebat, metum, Althemij iussu in vincula coniicitur, postquam honestæ incertum mortis metum ignominiosæ penè certo mortis periculo redemisset. *Ianson. lib. 28.*

Eandem viam circa id tempus, quam Pæstani Hatuanenses institerunt, turpiterque deserto oppido, tormentis aliò traductis, & corrupto comæatu, in loca tutiora & ipsi abierunt. Iustiores tamen tantò habebant metus causam, quanto infirmius quod tenebant erat oppidum. *Idem ibidem.*

Pæsta ita facile atque ex insperato recuperata Turcarū exercitus ad Strigonium 19. Septembris die castra ponit. Cum quibus præsidij aliquoties eruptione facta fortissimè sunt congressi, illis nihilominus munitiones quotidie propius admoventibus vnum 24. Septembris cruentum admodum prælium commissum est, Turcis arcem assilientibus, nostris verò non è muris tantum, & superiori loco infestissimè pugnantibus, sed etiam magno numero erumpentibus. E Turcis plus quàm septingenti è nostris centū circiter desiderati, & inter cæteros Casimirus Comes Hoheuloius, in cuius cadauer etiam hostis sæuiit, auribus primùm & naribus truncatis, dein capite quoque abscisso. Quod tamen postea ne viuis captiuis hæc crudelitas esset luenda, in arcem remiserunt, etiam tum pacis studium simulantes.

Animaduertebat interim Vetzier Bassa, se pacum aut nihil hac obsidione profecturum. Itaque pacis tractationi integrum rursus diem attribuit, à tormentorum displosionibus, & hostili conatu prorsus abstinens. Tamesti verò nostri spem pacis sibi facere vix vllam possent, ne tamen eam respuisse viderentur, ipsemet Althemius cum Ferdinando Colonitio, Friderico ab Hoheulo, & Rheni Comite, iuxta Ratziorum oppidum, Commissariorum Turcicorum sententiam audituri conuenerunt. Verùm inanis, & hæc tractatio fuit, Turcis deditioem Strigoni vrgentibus, quod nostri facere temerarium arbitrabantur. Ita que cum conueniri non posset inter eos, vehementius pugnari coeptum est. *Ianson. libro 28. & Gotardus Artibus lib. 1. tom. 6.*

Anni christi

1592

Preces pro defunctis, Purgatorium. *Græc. hodierni, qui & illud vocant* *αυραθαρητιον* unico vocabulo, & *κνεφουλιον*. Nestoriani Mesopotamij, qui vocant *Guentha*. *Moses Mardenus, in tabula lectionum noui Testamenti Syriaca. Syri & Nestoriani in titulis noui sui Testamenti, & in suis liturgiis. Hebraei hodierni, ut & docet Hæretici Fagius & Munsterus in 14. Deuter. & nos libro peculiari. Auratus paradoxo 86. ex August. Grego. Nysseno &c. de Latinis aliis non laboro. Nam sunt innumerabiles.*

Ieiunia, delectus ciborum &c. *Græci, Syri, Abissini, Indi, Armenij, ut ex eorum Calendariis apparet, Mosci, qui apud Lasicium Luthera-num lib. de Theologia Mosconiua ritu Græco magnam animi partem. 20. hebdomadas in ieiuniis transigunt. Primò ante Natalem sex hebdomadas solis leguminibus contenti; deinde octo ante Pascha. Tertio ab Octaua Pentecostes vsque ad ferias Petri & Pauli. Denique à Calendis Augusti vsque ad Assumptionem (Obdormitione vocant) Virginis præter dies Mercurij & Veneris reliquarum Hebdomadarum.*

Hæc & alia à Sæclariis contra Religionem disputata, omnia comitia Imperatoria, cuncti conuentus Principum, Populorum, Academiarum, vniuersa denique Synodi huius tempestatis magno numero confirmat, Lutherum, Calvinum & istiusmodi reliquos detestantes & anathemate fulminantes. Cuius quanta sit vis euentus ipse loquitur. Nam non tam à nostris, quàm se:psis confecti sunt, quouidièque conficiuntur. Lutherus Anabaptistas Zuinglium, Carolstadium, Oecolampadium aggressus est. Protestantes & alia Germanorum sæcla Lutheri dogmata penitus deseruerunt nec se amplius Lutheranos dici patiuntur. Ioac. Vuesphalus, Til. Hefhusius Castalio CaZanonius, Gregorius Paulus, Molinæus, Ioann. Morellius, Cassander Valentinus Gentilis, Blandrata, Ochinus, Roserius, Bernenses Calvinum expugnauerunt, vel eius sectam in plurimas secuerunt. Castalio, Brentius, Smidelinus & plorique alij Bezam vexant. Protestantes, istorum emulos in Germania multis locis excurrunt. Denique ita in se sauiunt, ut corpus istud peccati propediem interiturum speretur, cui & illud quadret Epiphani,

1605

Anni mundi

5679

5692

Anni
Christi.

1592.

lib. 2. de Heres. cap. 2. Veteres narrat
fabulam, quod ex multis aspidibus in
vno testaceo vase collectis, & in singu-
lis quatuor angulis Templorum A-
gyptiacorum, positis, si qua alius for-
tior reperta fuit, ea reliquas aggressa
deuorauit. Et ubi sola mansisset, ali-
menti oque careret, conuersa seipsam a
cauda derodere cepit, & usque ad
reliquam corporis partem se adedu,
quoad viueret, unde & Aspidogorgo-
n. vocauerunt. Sic heresis se penitus
consumit & per Christi potentiam
delet.

Accedit, istorum Historicos & Chro-
nologos omnes nobis dare testimonium,
ut Sleidanum, Carionem, Magde-
burgenses, Pantalonem, Funccur
& c. Na etiam isti secundum nos Ec-
clesia cursum fuisse, esseque docent
& dum res Ecclesia se narraturos pol-
licentur, nostra dumtaxat explicant, no-
strisque solos allegant, quasi apud no-
positam esse Ecclesiam tacita conscien-
tia fateantur, Quin & tradunt Ro-
manam Religionem in cunctis Euro-
pa terris receptam esse, quam ipsi co-
nat: quidem sint & scriptis & armis
conuellere, sed nondum potuerint, nec
Deo duce poterunt, ut vel eorum con-
fessione sit nostra ecclesia continua,
perennis, immobilis, inuicta, denique
Catholica permaneat, & omnes sectas
sepeliat. Est enim Catholicam, quod
semper, quod ubique quod ab omni-
bus aut plurimis, & ut quidem quorum
speciata est perspicuaque sapientia &
pietas, communiter est creditum.

Et itaque haec quidem sunt, quae sim-
pliciter demonstranda susceperam, de
Doctrina, Fidei, Religionis, Ecclesiae
per singula secula perpetuitate, unita-
te, continenti successionem, atque Roma-
nam Ecclesiam, quae hodie est, esse Ca-
tholicam illam, quae symbolo credi in-
betur, fuisseque eandem semper reli-
gionem Christianorum iam inde us-
que ab Apostolis, donec id fusiis, di-
stinctisque vel à nobis, vel ab aliis
praestetur. Vale interim, & nobis Deum
precibus consilia.

Anni
mundi.

5679.

De Friderico Spinola infelicitè pugnando occumben-
te supra diximus. Eius fratrem Archidux Mediolanum
ablegauerat, ut ibi & per vniuersam Italiam exercitum pro
expugnanda Ostenda colligeret. Verum is de morte fra-
tris sui certior factus, relictis rebus omnibus, equum ve-
re dum conscendens, opinione celerius Bruxellas aduolat,
salutatoque ibi Archiduce ad portum statim Slusensem, inde-
que Ostendam contendit, mortem fratris sui pro virili vl-
turus. Studium hoc ardens illius Archiduci mirificè pro-
batum est. Cumque de Ostenda breui tempore expugna-
da spem omnibus facere videretur, impetrauit facile, ut
cum imperio in castra ad Ostendam mitteretur. *Gotardus
Archib. lib. 2. tom. 5.*

Videbatur initio ciuitas illa expugnata impossibilis,
quemadmodum etiam insultationibus superari licet vehe-
mentissimis, cruentissimisque nullis potuit. Verum cum
nihil tam firmum constansque humanae manus fecerint,
quod ab hominibus expugnari, deturbarique possit, tot-
que fallaciis humanae mentes refertae sint, ut vna alteram
trudat; Spinola eiusmodi tandem excogitauit inuentum,
ut cedere Oppidanos paulatim, & locum sibi dare cogere-
ret. Nam constructas ex trabibus super multa dolia alligatis
rates geulae exposuit, earumque beneficio cunicularios
ad propugnacula & munitiones traduxit, qui ut eo se-
curius tutiusque propugnacula perfodere, & cuniculos age-
re possent, copiosos in castris sclopetarios ad cognita sibi
loca conuertit, qui oppidanos, ne ex propugnaculis suis
vel prospicerent saltem prohiberent. Paratos itaque cuni-
culos multo tormentario puluere expleuit, admotoque
postmodum igne per dislosionem subuertit, aditum sibi
in dies ad ciuitatem propiorem aperiens. Hinc factum ut
licet indefesso studio & labore, conatibus hisce oppidani
reluctarentur, & propugnacula noua subinde veteribus
obicerent ad angustiam tamen tandem redacti & tantum
non extrusi ciuitate fuerint.

Conuafatis igitur rebus preciosioribus omnibus, prius-
quam transitus ipsis praeccluderetur, nauibus eas una cum
vxoribus liberisque, & vniuersa supellectile tormentis
item & munitionibus bellicis omnibus impositis, in
Zelandiam traduxerunt, armis suis, sclopisque, & gla-
diis, quibus tueri sese, quamdiu possent, decreuerant,
exceptis.

Ceterum Hispanorum hosce conatus tempestas etiam
adiuuabat. Ingens enim ventorum vis mare ita concita-
bat, ut crescentibus & vndique efferuescentibus affluen-
tibusque aquis vmbilico tenus oppidani illis resistere, &
aduersus Hispanos se tueri cogerentur. Itaque cum rebus
in extremum perductis discrimen, peiori quidem loco esse
non possent, deditioem cum Hispanis pacisci 18. Septem-
bris die in ceperunt, triduum sibi ad deliberandam per-
mitteri petentes.

Recusabat hoc initio Spinola, spatium consultandi om-
ne ipsis denegans, verum postea ne sententiam mutarent,
vti ad 20. usque diem deliberarent consensit, fieri non posse,
ut à Mauritio, cui militem in praesens caeco impetu
periculum adducere moris non erat, subleuantur, certo
sibi persuadens. Praesertim cum Blankenburgum qua
transire cogeretur, reuersis nuper ad Albertum seditio-
sis militibus, & decem equitum turmis probe munitum
sciret.

20 Igitur Septembris dies cum illuxisset, responsum
urgens Spinola, quid facturi essent, paucis uti explica-

1605.

5692.

ent, Oppidanos mouebat, qui deditioem sese facturos ubi dixissent, iisdem conditionibus, quibus Slufenses paulò antè, decedendi potestatem obtinuerunt.

Itaque 21. Septembris postquam splendido prius in castris conuiuio Gubernatorem & præfectos ciuitatis Spinola excepisset, quotquot valètes erant viribus circiter 3000. variarum nationum milites, explicatis signis, armati ciuitate egressi, pèrque castra Hispanorum Slufam versùs dimissi sunt, ægrotis & vulneratis quamplurimis, qui naui postmodum in Zelandiam traducendi erant, in ea relictis.

Sequenti 22. Septembris die, Hispani residuum Ostendæ ab Oppidanis sibi deditum (vltima enim dimidium ciuitatis vi summa Oppidanis iam antè extorserant, possederantque, munitione nimirum vna post aliam per cuniculos, & tormentarij pulueris displosionem expugnata) occupantes mirari satis non poterant, tanto tempore potuisse oppidanos in ciuitate sese continere, cum præsertim ædificia omnia ita distracta, & diuulsa essent, vt ne vnum quidem saluum & incolumem vniuerso oppido reperiretur.

Ingens certè ab vtraque parte hominum multitudo durante hac obsidione cecidit. Nam in ciuitate quidem Gubernatores 13. Præfectos 29. Centuriones 563. Signiferos 322 Subpræfectos 1192. ordinum ductores 4911. Tribunos vigilum 9188. Milites gregarios 54683. Nautas 811. vxores & liberos 1198. peste & morbis variis partim, partim ab Hispanis trucidatos occubuisse annotatum est. Qui in vnam summam computati, 72900. personas efficiunt.

At in Hispanorum castris numerus haberi certus non potuit, præter quàm quod inter Commissarij cuiusdam Hispani, qui vltimo Iulij anni huius 1604. mortuus in ciuitatem delatus est, exuuias reperta sit, consignatio Magistrorum equitum 7. Præfectorum peditum 15. Magistrorum vigilum 29. Centurionum 565. Signiferorum 322. Subpræfectorum 1116. ordinum ductorum 4911. Tribunorum 9166. Decurionum 600. Militum & Cuniculariorum 54663. Nautarum 621. Mulierum & liberorum 119. Qui omnes in vnam summam computati 72124. personas efficiunt. Sed quis consignationem hanc plenariam & sufficientem esse credat, cum aqua & frigore extincti multi, multi inedia & fame miserè confecti, in fuga, patriam quippe suam repetentes, multi peste, & aliis morbis correpti perierint, posterioribus maximè mensibus, cum & propugnaculorum displosiones, & insultus, incursionésque crebriores fierent, cæsi prostratíque oppidanorum virtute occubuerint quamplurimi.

Quid autem iam de sumptuum, & infinita pecuniarum vi in hanc obsidionem ab vtraque parte collata dicam? Certè ea tanta est, vt vel supputationem, nedum fidem hominum effugiat. Itaque Hispani cum tantæ molis fuisse deprehenderint, Ostendam sibi subiectam facere, ne ea priuarentur iterum, reparandis ædificiis munitionibus reficiendis, omnem adhibuerunt operam, obæratís non solum, sed & facinorosis quibuslibet, commeatum, & gratiam sufficientibus priuilegiis firmatam, vt & ædificiis ciuitatem auerent, & inhabitarent offerentes. Præsertim cum ab ingenti defossorum passim magna copia cadauerum fetore, lues excitata pestifera, operarios corripere, & subitanea suffocatos morte extinguere deprehenderetur.

Anni
christi

1592

Anni
mundi

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

Hic exitus fuit tam celebris atque inter multas maxime diurnæ, & memorabilis obsidionis. Quæ per annos tres & menses fere totidem continuata plus damni, & detrimenti attulit Alberto Archiduci, quam confederatis Hollandiæ Ordinibus. Præsertim Slusa amissa, cuius iactura, quantò Hispanis luctuosa, tantò ordinibus exoptata accidit, qui alioquin vniuersa iam Flandria exclusi fuissent, quæ comitatus tota Europa ditissimus & florentissimus habetur, ciuitates munitas 27. non munitas 20. pagos vero 1174. continens, quorum aliqui ciuitatibus quibusdam haudquaquam cedunt.

Initium porrò obsidionis huius toto hæctenus orbe celebratæ, & decantatæ, his verbis consignatum fuit:

ostenDe nobIs paCeM. 1601.

exitus verò his: ostenDaM InItIa paCIIs. 1604. Quorum verborum literæ maiusculæ sunt numerales, & annum initij & finis significant.

Placet etiam hîc subiicere versus, qui mihi Lutetia ab amico missi fuerunt, & Iosepho Scaligero, litteratorum ætatis nostræ Principi tribuuntur.

Area parua Ducum totus quam respicit Orbis,

Altior vna malis, & quam damnare ruina

Nunc quoque fuit timent, alieno in luto repto.

Tertius annus abis, toties mutauimus hostem.

Sanit hyems pelago, morbisque furentibus astat.

Et minimum est quod fecit Iber crudelior armis

In nos orta lues. Nullum est sine funere funus.

Nec perimit mors vna semel. Fortuna quid heres?

Qua mercede tenes mixtos in sanguine Manes?

Quis moriens tumulos hos occupet hoste perempto,

Quæritur, & sterili tantùm de puluere pugna est.

De hac obsidione qui volet historiam integram cognoscere, legat librum excusum Lutetia apud Adrianum Beyz lingua Gallica, anno 1604. & alium ibidem etiam excusum apud Oluarium de Varennes. Petri Matthæi narrat. 3. lib. 7. inuent. Generale Hist. Francia 10. 4. Jans. li. 28. & Gotardum Arthus li. 1. 10. 6.

Nocte illa quæ 29. Septembris sequebatur, iridem in cælo Strigonienses viderunt, sanguineo colore admodum formidabilem, quæ cum versus Cockeram primùm constitisset, supra Strigonium postea, & tandem supra S. Thomæ Montem ascendens, euauit. Gotardus & Arthus lib. 1. tom. 6.

Initio Octobris noua, & nunquam antè visa stella fulgere cœpit quam multi initio Venerem putârunt, sed motu eius & loco accuratius notato, è Cometarum genere esse deprehenderunt, etsi caudam non trahat. Cometarum enim Ptolomæus, nouem Plinius etiam vndecim species recenset. Quòd verò Veneris stella non fuerit, inde Astronomi euicerunt, quòd ea tum non sub sagittario, sed principio Libræ inceserit, & circa matutinum tantùm, non vespertinum quoque crepusculum potuerit conspici. Quin etiam circa decimum & vndecimum Ianuarij diem, horam circiter antemeridianam septimam, intermedia inter ortum, & meridiem plaga, iuxta ipsam Veneris stellam, Cometes hic visus est, adeo vt optimè à se inuicem potuerint discerni, & dignosci. Quum primùm apparere cœpit, constitutus fuit in 17. gradu Sagittarij, vno gradu & 30. scrupulis ab Ecliptica distans, Ioue 19. Saturno 11. Marte verò 22. gradum eiusdem signi tenentibus, paulatim progressus, Calendis Nouembris ad 17. prædicti Signi gradum peruenit,

1605

5692

vbi aliquantisper constitit, vel, vt illi loquuntur, stationarius factus est. Quid designarit, diuinatione non opus est. Sunt enim ante pedes quæ euenerunt. Certè hic vt & sequens annus multis summis Principibus fatalis fuit. *Jans. lib. 28. & Gotardus Arthus li. 1. to. 6.*

10. Octobris Bassa Vetzier Strigonij expugnationem summo studio promaturus, sexies incurSIONEM facere tentauit, non siue ingenti suorum clade, comite Mansfeldio imprimis quàm fortissimè ipsis ex Castello cum suis repugnante. Cum igitur frustra tentari omnia videret, sub noctem ad castra suos, derelictis munitionibus Castello proximis, reduxit. Postero diè versus Ratziorum oppidulum excurrrens velitarum cum Heiduccis pugnam instituit, sed nostri cum tormenta maiora Budam iam ex castris delata esse cognoscerent, facta frequenti disPlosione, lætitiæ signa plurima dederunt, instare iam obsidionis solutionem certò sibi persuadentes. Quemadmodum etiam illa 13. postmodum Octobris die facta est, Ianicis mortem Vetzieri minantibus, si moram ibi neceretur diutius. Insecutus est decedentes, Georgius Bassa, apprehensosq; non paucos fudit, cumq; ad castra ipsorum peruenisset, ingentem ibi globorum vim, cum aliquot tormentis, quæ Budam traducere omnia, festinantes nimium non potuerant, nostri inuenerunt. *Gotardus Arthus li. 1. to. 6.*

31. Decembris, quæ vltimus anni huius 1604. dies fuit, idola seu imagines Solis duæ non procul à vero Sole intra octauam, & nonam horam visæ sunt, quæ Paelia vulgò vocantur. Quamuis autè impressiones hæ naturales suas causas habeant, de quibus Physici, & Astronomi disputare solent. Tamen experientia testatur signa ista non esse *accidens*, sed prænuntia ingentium pœnarum, & calamitatum. Paelia autem semper aliquid singulare diuinitus portendunt. Nunquam enim ferè plures visi sunt soles, nisi noua essent fœdera confuta, aut structæ, adornatæque conspirationes, vel ad rapienda imperia, vel ad eos qui præsiderent, de fastigio deiiciendos, aut omnino, nisi aliqui noui quidpiam, vnde religioni periculum metuendum esset, molirentur. *Gotardus Arthus li. 2. to. 6.*

1605. 17. Ianuarij Lutetiæ Parisiorum natæ sunt octimestres gemellæ, quæ amplexu mutuo sese complectentes, pectore & ventre ad umbilicum vsque vnitæ erant, reliquasque partes optimè conformatas habebat, vnicuique suum erat caput, sua brachia, sui pedes, in quos ex vteri latebris prodierant. In dissectis repertum est cor, & iecur vnum, vtrumque tamen per amplum, ita vt duo parua æquarent. Cor enim quadrigeminis sinibus, totidem auriculis, & octo vasis constabat, ac si natura geminum cor formare voluisset. Iecur parte superna continuum apparebat, inferna in quatuor lobos dissectum, inter quos duæ venæ umbilicales inferebantur. Cæteræ partes naturales binæ erant, omnes tamè membrana vtrique ventri comuni, per medium distinctæ, comuni quoque diaphragmate à vitalibus separatæ. Sed hoc diligenter notandum veniebat, quòd quemadmodum gemellæ istæ eadem secundina includebantur, ita vnicus adfuerit umbilicus, qui vasa cuiusque propria continebat. In quibus hoc erat discriminis quòd fœmella altera duabus arteriis umbilicalibus prædita, prima sese obtulit, & egressa est cū mēbrorū palpitatione, vitæ adhuc superstitis indicè: altera verò, quæ mortua in lucē prodiit, vnicā arteriā umbilicalē habuit. Dissectio publicè facta est in Lyceo Aesclepiadeo, magna medicorū frequentia. Inter quos variæ subortæ sūt quæst. quas curiosus

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5679

1605

5692

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5679

lector videbit *lt. 2.to.6. Gotardi Arithus.*

Initio Februarij, in Brunsvicensi Ducatu ad Vallem, qui vno plus minus milliari Quedlimburgo distans pagus est, accidit, vt pauperis cuiusdam rustici filia cogente frigore, in syluam proximam ligna allatum iret. Erat hæc duabus sportis instructa, altera maiori, quam capiti imponeret, altera verò minori quam à brachio suspenderet. vtraque autem impleta, cum domum repeteret, obuium sibi virum quendam cernit, mediocris staturæ, candido indutum habitu. Is ad puellam accedens, ecquid portaret sportis rogar? Quæ pudore suffusa, lignorum sese frustula quædam, pro calefaciendo hypocausto, cibisque domi coquendis collegisse dicit. At ille abiice, inquit, quod habes lignorum, meque sequere, aliud quod colligas, domumque afferas, tibi tuisque maiori, quam ligna hæc, emolumento futurum, monstrauero. Renuit puella, ligna vt sibi retinere liceat obsecrans. Apprehensam igitur manu & mirum in modum renitentem vir ille secum abducit, collemque non magnum quidem, sed multa moneta argentea fecundum ei monstrat. Exhibebat moneta hæc imaginem quasi Beatæ virginis, cum scriptura admodum vetusta, eratque non vnusmodi, sed alia aliam forma & magnitudine superans. Puella igitur tantam pecuniæ vim ex terra quasi ebullientem, & prorumpentem videns, stupefacta admodum, in lacrymas resoluitur, & quò se vertat nescit, metu nempe percussa maximo. vir ille vt lacrymari puellam videt, apprehensam sportam manualemente argento complet, domumque vt afferat, admonet. Hæc quid rei hoc sit, & vnde locus iste argentum iam habeat, quod ipsa nunquam ibi viderat, ignorans, sportam accipit. Iussa autem maiorem etiam illam argento complere, recusat, lignorum aliquid etiam quo cibum coqueret, domum ferendum esse asserens, cum præsertim infantes, quibus parentes sui abundarent, frigus tolerare non possent. Dimittitur igitur à viro illo, qui respicienti postmodum nusquam apparuit. Vt venit autem domum puella, rumor inde per vniuersum pagum diffunditur. Accurrunt Rustici ligonibus, aliisque instrumentis armati, thesaurumque illum per totam syluam sollicitè inquirunt, sed frustra, ne vestigio quidem eius vllibi apparente. Historiæ huius veritas vel inde constat, quòd Primarij quidam viri nummos aliquot argenteos, quos ob insignem eorum vetustatem à Rustico illo coemerant, conspiciendos, Magdeburgi, & alibi passim exhibuerunt. *Gotardus Arithus epistola dedicatoria libri 3.*

tomo sexto.

* * *

1605

5691

LE O huius nominis 11. Alexander Medices antè vocatus, Patria Florentinus, Colini Magni Ducis Etrurię Confobrinus, ex Cardinale SS. Ioannis & Pauli (quem titulum virtutibus eius debitū Gregorius 13. ei contulerat) Clementi 8. in Pótificatu subrogatus est 2. Aprilis anni Christi 1605. Ante Pótificatū Archiepiscopatu etiā Floretino fungens, à Clemente 8. ad Henricū 4. Gallię, & Navarra Regem anathemate iam ab eodem Pótifice expiatum, Legatus de latere missus est. vbi per annos 2. moratus, legatione bene gesta, & pace tandem inter Potentissimos Gallię, & Hispanię Reges constabilita, Ferrariam, vbi Clemens agebat, profectus, magno Pontificis, & Cardinalium præsentium applausu exceptus est. Quando verò ad gubernacula Ecclesię admotus est, tantam statim omnium ordinum spem de se concitavit, quantam insperata & nimis accelerata mors consternationem omnibus attulit. Nam cum ad S. Ioannem Lateranensem possessionis capiendę causa, de more, celeberrimo comitatu se contulisset, è maximis sudoribus subitò refrigeratus, in morbum grauissimum incidit, ex quo 27. Aprilis eiusdem ann. postquam 25. dies Ecclesię præfuisset, in humanis esse desit. *Seuerinus Binius 10. 4. Conciliorum.*

Patre Octauiano, ex illustrissima Mediceorum familia, natus est 5. Iunij anni 1536. Leonique 10. & Clementi 7. Pontificibus Max. consanguinitatis vinculo quamproximè coniunctus fuit.

Eo igitur mortuo, elatum est funus in Pontificis Sixti Sacellum, cumque per noctem ibi asseruatum esset, postero die, comitante multa Cardinalium aliorumque Procerum frequentia, ad ædem Diui Petri deportatum est, vbi factò exequiarum initio, accedendi, oscula pedibus imprimendi copia singulis per deuotionem id expetentibus data est.

Vacauit sedes post obitum Leonis 11. diebus 20. Cæterum quali pompa ad Templum S. Ioannis Lateranensis post creationem, atque coronationem delatus fuerit videre lector poterit. *li. 2. 10. 6. Gotardi Arithus.*

H V M A N A.

1605. 8. Aprilis hora 2. noctis Regina Hispanię filium peperit. Ob cuius natalem lætitia & exultatio publica Romę fuit 25. die eiusdem mensis, & plusquam 2. millia aureorum sparsa in populum.

13. Aprilis Magnus Moscouię Dux Ferdrouitsius à Demetrio Iuanouitsio, qui se Basilidis Moscouię Ducis filiū esse dicebat, superatus, vt turpitudinem, ne in triumpho quasi publicè circumduceretur, euitaret, mortem veneno sibi attulit. Horam enim circiter 4. pomeridianam, cum bene prorsus esset, subitanea morte extinctus periit. Ita vt nemo medicorum tam citò properare ad eum potuerit, qui eum spirantem adhuc inueniret.

Ipso igitur ita defuncto, cognati & familiares eius omnes proceres, populūque reliquum conuocârunt, qui filio eius Fendero Boroslouitsio iuramentum præstarent, ita vt ipse cum matre, defuncti Ducis vidua, imperio postmodum præffet. Qui statim etiam ad ciuitates, arciumque præfectos legatione facta, iuramentum fidelitatis sibi præstari petierunt.

Anni
Christi.

DECIMUM SEPTIMUM
SÆCULUM.

1605

a LEO 11. Florentinus.
dies 24.

1605

Vacat dies 20.

Patriarcha

Constantinopoli.

Principibus

Achmete 1. Turcarum Imperatore, anno 1603.

Persarum,

Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Franciæ, & Navarra Rege.

Philippo 3. Hispaniæ & Portugalliæ

Iacobo 1. Angliæ, & 6. Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

Anni
Christi.Anni
mundi.

tis sibi præstari petierunt.

Dum hæc ita aguntur, Demetrius datis ad Moscouiæ Proceres, populumq; literis, ne sibi diutius resisterent, eos admonet. Sed literæ hæc omnes à defuncti ducis cognatis interceptæ fuerunt, ita vt nihil responsi à Proceribus populóq; accipere posset. Donec tandem nobiles duo, neglecto omni periculo, literas ad ciuitatem Primariam ferrent, ibique adiunctis sibi ex populo aliquibus, cum ingenti tumultu, ad arcem properarent, petentes à vidua defuncti Ducis, vt literas legeret, quas Demetrius ad eum dedisset. Coguntur mox defuncti Ducis cognati literas interceptas afferre, & facto magno populi concursu, capitur defuncti Ducis filius, cumque matre & Sorore custodiae mancipatur, ædes, & domicilia cognatorum defuncti Ducis, Godenorum nempe, vi magna confringuntur, Godenique omnes vinculis constricti carceri includuntur.

Quid multa? Mater vidua in maximis angustiis constituta, cum furorem populi videret, sibi que & suis à Demetrio non parum metueret, ad extremum confugiens remedium, hausto veneno, filio idem, filiaq; propinat. Moriuntur igitur in amplexu mutuo filius & Mater. filia verò, siue quòd non tantum veneni acceperit, siue quòd accepto populo, partem expuerit, non quidem animam statim exhalauit, sed graui tamen morbo correpta, per dies aliquot decubuit, donec & ipsa tandem moreretur.

His ita peractis, Proceres, præcipuèque ex populo omnes spectatum hanc tragædiam conuocantur, vt testimonium aliquando, si opus sit, perhibere possint, vere Principem hunc iuuenem cum matre sua interiisse, seq; eius funus vidisse, ne venditare se aliquis pro Principis siue Magni Ducis in Moscouia filio, aliquando possit, quem mortuum suis iam intuerentur oculis. Matre & filio in terram simul absque vlla solennitate defossis, rumor ad Demetrium peruenit, qui non parum hoc tragico casu commotus, filio quidem & filia ob ætatem teneram parcere sese voluisse, sanctè testatus est, at cum quæ facta erant infecta reddere non posset, ad capescendum statim imperium progressus est, quod iam per Dei gratiam obtinet, hostibus suis omnibus è medio sublatis. *Goardus Arthus lib. 3. to. 6.*

5692 b Paulus J. Camilli Burghesij nomine ante dictus, Patria Romanus, Antonio Burghesio Senense, Aduocatorum Consistorialiù Decano, & Flaminia Astallia tari & incòparabilis exèpli fœmina prognatus, post Referèdarij vtriusque signaturæ, & Auditoris Camerae munera bene gesta, postq; Legatione apud Regè Catholicum in re ardua feliciter peracta, ex Cardinale Tituli S. Chrysogoni, còmuni omnium suffragio, viua voce Pontifex renūtiatus est 16. Maij, anni Salutis 1605. Coronatus verò 29. Maij ipso solenni die Pèrecostes. Pontificatū à promulgatione Iubilei, & Reipublicæ Christianæ, vrbisq; Romanæ statu in melius commutādo exorsus, animos omniū Prædecessoris repentino obitu deiectos mirū in modū erexit. Faxit Deus Opt. Max. vt bene recteq; pro ipsius Dei domo, quæ est Ecclesia, gestis rebus plurimis, maximis, vtilissimis, quā plurimas paginas idē Sæctissimus Pötifex adimpleat, hocq; Romanæ Ecclesiæ Præsidi, Pastore, ac Patre, vnà cum Vrbe, Vniuersa natio Christiana verissimè ac iucundissimè canat, quod in Sæculari quondam carmine pereleganter Lyricus.

Jam Fides, & Pax, & Honor, l'ndorq;

Priscus, & neglecta redire Virius

Audet, apparetq; beata pleno

Copia cornu.

241

1605

b PAVLVS J. Romanus, nunc sedet, cui det Dominus vitam diuturnam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatū fidelem, populū probum, quietum, & pacatum.

1605

Patriarcha

Constantinopoli.

Principibus

Achmate I. Turcarum Imperatore, anno 1603.

Seuerinus Binius tomo 4. Conciliorum, & Gotardus Arthus lib. 2. tom. 6. & Thomas Fogassius lib. 4. Decadis 7. Historia Generalis Venetiarum.

Post Ludouici Hassiæ Lantgrauij obitum Marpurgensis Principatus ad Mauricijum Guillelmi filium est deuolutus. Qui religione Lutherana profligata eorum quos Calvinistas vocant, ritus statim introducere conatus est. Id cum Marpurgi facere tentasset, & remotis Lutheranis, alios, Concionatores, qui verba ad populum facerent, submisisset, ingens in ipso templo 16. Augusti sub ipsa concione, ædituo quodam antesignano, tumultus est exortus, in quo Calvinistæ Cōcionatores à furēte vulgo pessime accepti, & multati sūt. Sed repētino Principis aduētū, militūq; quos accersuerat terrore, pauld pōst turba omnis requieuit. Lutherani Cōcionatores & Professores Giessam cōcesserunt, vbi Darmstadenensis Lantgrauius publicā scholam aperuit, Marpurgensis æmulatricē. Mauritius verò ciuibus in gratiā receptis, ritibusq; & aliis rebus quibusdam ad religionem spectantibus immutatis, alios aliunde euocauit, inter alios Catharinū Dulcem, Italum, multarū linguarum peritum. *Janson. lib. 29. & Gotardus Arthus li. 3. to. 6.*

5. Decembris Conuentus Ecclesiastici Ordinis, & Præfulū Galliæ Lutetiæ apud Augustinianos habitus, Henrici 4. Franciæ Regis permissu, ad quem Orationem grauem & disertam habuit Reuerendissimus in Christo Pater Hieronymus Villarius, Archiepiscopus & Comes Viennensis, Regij vtriusq; cōsiliij Consiliarius, illustrissimo ac Reuerendissimo Cardinali Ioieuseo, Archiepiscopis, Episcopis, aliis que Legatis assistētibus, à Clero missis ad conuentū ex toto Regno Lutetiæ coactū. *Hac oratio Gallicè primū, deinde Latine excusa fuit Parisiis apud Ioannem Richer. 1606.*

1606. 10. Maij Iesuitæ, cum Capucinis & Tolendinis à Magistratu Veneto ex ditioe sua dimissi, cum vestimentis, lectulisque, & necessaria supellectile, conscensis nauigiis, ex vrbe discesserunt, ad Mediolanum maxima parte applicantes, vbi à ciuibus multæ inter eos elemosynæ distributæ sunt. *Gotardus Arthus li. 4. to. 6.*

19. Iunij Iubileum à Paulo 5. Pontifice Maximo indictum, publicatur.

11. Septembris Summus Pontifex octo novos Cardinales ingenti cum solennitate, & festiuitate, creauit. *Gotardus Arthus lib. 1. tom. 7.*

1607. 26. Februarij Iacobus Illarius Iouiaci Dominus apud Viuarienses, Calvinismum, in quo natus & educatus fuerat, abiurat, & Conuersionis suæ ad Catholicam Ecclesiam causas reddit, libro in eum finem propriè scripto, & excusò Lugduni apud Petrum Rigand, 1608.

Mense Martio Synodus, reformatam, quam vocant, amplectentium Religionem, Rupellæ in Gallia congregata 41. articulos, tanquam fidei & cōfessionis suæ per vniuersam Galliam, vnicam normam & regulam condidit. Quos *Gotardus Arthus recenset li. 2. to. 7. & Iacobus Illarius refutat libro superius commemorato.*

Atrox, & initium Schismatis Ecclesiæ Catholicæ Romanæ ærumnosi allatura, inter Paulum 5. Pontificem Max. & Rempublicam Venetam, superiore anno exorta fuit. Quæ prudentia & autoritate Henrici 4. Galliæ Regis Christianissim i, interuentu. Cardinalis Ioieusei 20. Aprilis die composita & sopita fuit. *Historia Generalis Venetiarum lib. 4. Decadis 7. Iansonius lib. 30. & Gotardus Arthus lib. 1. & 2. to. 7.*

19. Decemb. Paulus 5. Summus Pont. quinque Cardinales

Anni
christi.

1605

Persarum,

Rodolpho 2. occidentis, siue
Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Franciæ, & Na-
uarre Rege.

Philippo 3. Hispaniæ & Por-
tugalliæ.

Iacobo 1. Angliæ, & 6.
Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

Anni
mundi.

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605.

Anni
mundi.

5692.

creavit. Sabaudia principem, Mantua Ducis filium, Generalem ministrum ordinis S. Dominici Hispanum, Fraciscum Rupifocaudum, Claromontanum Aruernum Episcopum, & Archiepiscopum Strigoniensem.

Cæterum alia virtutes & præclara facta Pauli 5. Pontificis Maximi, suo tempore & loco literis madabuntur. Iam quintum annum sedet, summo Christianæ Religionis bono. Cui vitam in hoc sæculo diuturnam, in futuro æternam omnes pij exoptant ac precantur.

1608. 25 Maij in Ecclesia Abbatiali D. Mariæ de Faerney in Comitatu Burgundiæ, Miraculum evidens, atque insigne conspectum fuit Sacrosancti Eucharistiæ sacramenti, quod à conflagratione quæ ibi acciderat ipso Pentecostes die, illæsum atque in aère suspensum per 33. horas permansit. Quæ res cum vniuersim & decuriatim testata & comprobata fuerit, Ferdinandi de Longuy Archiepiscopi Besfontini, & sacri Imperij Principis iussu, libello excuto primùm Besfontioni, deinde Lugduni, apud Petrum Rigaud, fidem apud lectorem pium & cordatum inuentura est.

HVMANA.

1605 29. Maij Carolus Hauartus, Comes Notinghamensis Angliæ Thalassarchus à Iacobo 6. in Hispaniam Legatus missus, Vallidoleti in Regium conclave cum omni suo comitatu introductus, per interpretem mandata exposuit. Postea Hispaniæ Rex factæ inter se & Angliæ Regem pacis articulos, iuramento approbat.

Eodem etiam die recens natus Hispaniæ Regis filius, in Templo D. Pauli à Cardinale Toletano Baptisatus, & Philippus Dominicus Victorius, vocatus fuit suscipiente eum ex sacro fonte maiore Sabaudia Ducis filio. Infans regius ad ædem sacram à Principe Lermæo delatus est, Diadema regium Comestabili Castellæ, faces ardentes, Duce Albano; Salem verò Duce Barbiano præferentibus. *Gotardus Arthus tom. 6. libro secundo, & Ianfonius libro vigesimo nono.*

Hoc mense Lutetiæ Pyramis marmorea, quæ iudicium Ioannis Castellij, & causam cur Iesuitæ in exilium relegati fuerant, prætereuntibus legendam aureis literis, in perpetuam rei memoriam exhibebat, Henrici 4. iussu diruta, atque euerfa fuit. *Inuentar. general. tom. 4. & Gotardus Arthus lib. 3. tom. 6.*

3 Iunij Ioannes Zamoscus Magnus Regni Poloniæ Cancellarius apoplexia correptus diem suum obiit. Erat hic annus ipsi climactericus, ætatis nimirum 63. Sentiens igitur instare iam vitæ suæ terminum, monumentum sibi & sepulchrum parari, eique sequentia verba inscribi curauit. *Ioannes Zamoscus, quicquid mortalitatis habuit, huc recondere iussit.* Postea accersitam ad se coniugem, filiumque suum salutauit, & placidè absque vilo doloris sensu in Christo obdormiuit. *Idem Gotardus ibidem.*

4 Iunij Halæ Saxonum, quæ ciuitas ad Salam sita, celeberrima, & à fontibus salis coquendo aptis, passim notissima est, crudelissimum & nostra memoria inauditum homicidium à Friderico Karstenio, patritio genere è patre multis honoribus perfuncto, nato, in Gemmario quodam Antuerpiensi, Iacobo Sporio, nomine perpetratum fuit. *Cuius historiam vide lib. 2. tom. 6. Gotardi Arthus, & lib. 29. Ianfonij.*

10 Iunij, Taurorum cõtamina, habitudo, choreæ, in gratiam Angliæ Legati, Validaleti instituta, *Gotardus*

1609.

5696.

Artius recenset lib. 3. tom. 6.

14 Iunij pugna naualis acerrima inter Hispanos & Hollandos commissa est, *quam Ianſon. refert li. 29.*

Afflictiſſimum Aſtriæ & Vngariæ ſtatum. *Idem Ianſon. deſcribit eodem libro.*

Sub initium Auguſti tantæ per Aſtriam tempeſtates extiterunt, quantas vel 70. annorum ſpatio factas nemo recordari poterat. Secuta eſt inde maxima Danubij exundatio, aquis ad turrim rubram, quæ Viennæ eſt, aſſurgētibus, qua non horti ſolùm diſſipati ſed & molendina diſtracta, & ſegetes in agris à direptionibus ſeditioſorum ſuperſtites, omnes ſerè abſorptæ ſunt. *Gotardus Arthus lib. 2. tom. 6.*

Guido Comes Laualleniſis Caluiniſmum eiurat, & aliquantò poſt, permiſſu Henrici 4. in Hungariam cōtra hoſtes Chriſtiani nominis profectus, ibi fortiffimè dimicās, plumbeo globo percuſſus interimitur. *Inuentar. generale tom. 4. & hiſtoria generalis Vngariæ libro 7. tom. 2.*

3 Octobris Strigonium à Turcis per deditiōnem occupatur. Atque ita cæl ebrè hoc propugnaculum, quod noſtri iam decem annos, & menſem vnum poſſederunt in Turcarum iterum poteſtatem cum 70. tormentis bellicis, & comœatu non modico peruenit. *Gotardus Arthus libro tertio tom. 6. & hiſtoria generalis Vngariæ libro ſeptimo, tomo ſecundo.*

23 Octobris Theodorus Beza Geneuæ moritur, annos natus 86. menſes 3. dies 29. Si quidem 24. Iunij 1519. Vezeleij in Burgundiæ Ducatu natus fuerat. *Inuentar. general. tom. 4.*

Succeſſerat Turcis ex ſententia, vt ſupra diximus, Strigonij obſidio. Verùm quantum huic lætitiæ, tantum ex Aſia triftitiæ Sultano Achmæti oblatum eſt. Rex Perſarum enim cū de auxiliariſ copijs ad Cigalam Sultani Præfectum ex Caramania tranſmittendis maturè admonitus eſſet, abſque mora cum ſuis progreſſus, Cigalam ad pugnandum parum adhuc inſtructum oppreſſit exercitum eius fudit, omniæque quæ ſecum habebat tormenta ei eripuit, Cigala ipſomet vix cum 30. militibus periculum euadere, & Adenam ſeſe recipere valente. Quam ciuitatem paulò poſt Perſarum Rex, Cigalam perſequens, obſidione firmiſſima cinxit.

Perterrefactus hoc infauſto nuntio Sultanus literas ſtatim ad Baſſam Trapeſuntinum de mittendo Cigalæ auxilio dedit. Paretis, adiunctoque ſibi adhuc Baſſa alio iter cum multo exercitu ingreditur. Cigala igitur accepto de auxiliariſ copijs nuntio, vt de conſilio ſuo Trapeſuntinum Baſſam edoceret, noctu ſeſe per vrbis mœnia, aſſumptis decem quos præ ceteris fidoſ ſibi nouerat, militibus demitti curat. Ad Trapeſuntinum autem veniens, ita ſe in ciuitate diſpoſuiſſe omnia refert, vt quamprimum oppugnari à Trapeſuntino Perſarum Regem viderent, ipſi etiam ciuitate proruentes eum perſequerētur. At verò Perſarum Rex ne ciuitatem plane deſereret, in duo ſuas copias diſiſit agmina, alteroque in obſidione relicto, cum altero rectà ad auxiliariſ contendit copias. Non inſtruxerat adhuc Trapeſuntinus aciem, itaque in confuſum vatic militem irruentes Perſæ, tantam ſtragem edunt, vt pauciſ elabendi daretur copia, Cigalæque cum tribus aut quatuor Scapham arripiens, ægrè ſeſe periculo eripere poſſet. Rex impreſſionem vi maxima facere iubet, cadunt ab vtraque parte multi tandem tamen inferiores ſeſe tantis viribus videntes Urbani facta deditiōne in poteſtatem

Anni
chriſti

1605

Anni
mundi

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605.

Anni
mundi.

5692.

Regis concedunt. Hoc Perfici Regis successu ita exacerbatus Sultanus est, vt non solum ædes Cigalæ, quas Constantinopoli multis thesauris, & opibus refertas habebat, diripuerit, sed & multam ex gazophylacio suo pecuniam leuarit, qua exercitum aduersus Perfes repararet. *Gotardus Artibus lib. 3. tom. 6.*

Destinauerat hoc tempore Persarum Rex tres ad Cæsaream maiestatem Legatos, vt Cæsarem Regis sui nomine ad redintegrandam arma aduersus Turcas, virique maiores colligendas, & summos Principes Christianos, vt potentiam suam in communem hostem exerant, hortarentur. Qui cum separatim vnus post alium venissent, singuli peculiaribus literis instructi 29. Nouembris Praga dimissi sunt. *Gotardus Artibus, libr. 3. tom. 6.*

Sub finem Nouembris Cracouiam aduenit Magni Moschorum Ducis Demetrii Legatus fauorem cum Regno Poloniae confirmaturus, & praesidium aduersus omnes Regie Maiestatis, totiusque Reip. hostes promissurus. Is cum Regi preciosa obtulisset munera, Serenissimum simul Regem de filia Palatini Sedomiriensis, in conjugem Demetrio rogauit. Rex communicato cum Senatu suo consilio annuit. Cumque 22. Nouembris die Cardinale & Archiepiscopo Gnesmeni in templo Mariae Virginis sponsalia fierent, Rex Ducissam Moscouiae, suis manibus Legato Magni Ducis tradidit, eam prius oratione eleganti hortatus, vt semper recordaretur gentis suae, & Regni Poloniae, ante omnia verò Religionem Christianam tueretur, in qua genita, & educata à parentibus suis esset. His peractis prandium nuptiale splendidum admodum habitum est. Cui Rex cum sorore & filio suo interfuit. obtulit postea Legatus preciosissima munera Ducissae Moscouiticae, quae tandem 2. Decembris in Moscouiam magna militum Polonorum copia stipata comitantibus eam parentibus concessit.

4 Decembris, & hac solemnitate vix peracta, Archiducissa Austriae adduxit Gratia Cracouiam filiam suam & Ferdinandi Archiducis, Constantiam dictam, Regi Poloniae matrimonio iungendam, cum qua venit etiam Archidux Maximilianus. Rex igitur vt solemnem eam pompa acciperet, quatuor Marscallis, multisque aulicis Veuodis stipatus, in occursum ei ad dimidium milliare contendit, Lobfalique eam honorifice excipiens splendidissime per quatuor Arcus, siue portas triumphales ad arcem regiam eleganti pompa & ordine traduxit. Postea 11. Decemb. cum in templum arcis peruentum esset, peractis precibus consuetis, & percepto Sacrosancto Eucharistiae Sacramento, per Cardinalem & Archiepiscopum Gnesniensem sponsalia fuerunt celebrata. Deducitur tandem sponsa ad aram, ibique inter duos Episcopos constituta, peractis precibus, oleo primum inungitur, moxque corona regia capiti eius per Cardinalem imponitur, Sceptrumque & Pomum Regni manibus eius offeruntur. His ita peractis ad Regem deducitur, inque sellam regiam iuxta eum collocatur, donec sacra peragerentur, quibus finitis ad regale prandium, eodem quo templum ingressi fuerant ordine profecti sunt.

Cæterum peracta hac nuptiarum solemnitate, Rex comitia statim ordinibus totius Regni indixit, quibus de Tartarorum impressione reprimenda deliberaretur. Chamus enim Tartaricus hostilibus literis ad Regem Poloniae missis Lublinum, quae ciuitas est fossa stagnisque ingentibus circumdata, 36. miliaribus Cracouia distans,

1609.

5696.

pro filio suo sese occupaturum, igneque & gladio omnia vastaturū denunciarat. Iamque cum centenis millibus in fines Poloniæ irrumpens, multos nobiles cum ingenti præda abduxerat, quam maxima tamen parte, cum per Podoliam contenderent, insequentes eos Poloni recuperarunt, captiuus quamplurimis in libertatem iterum restitutis. *Gotardus Arthus libro tertio tom. 6. & Ianfonius libro 29.*

5 Decembris noua proditio in Gallia detecta fuit, Legati enim Hispanici in Gallia residentis Secretarius, Brunæus nomine & natione Flander, inito cum Merargo, nobili Gallo prouinciali, consilio Massiliam urbem ad Hispanum transferre conatus est. Verum re patefacta, comprehenso utroque Parisiis, ædes quas Legatus incolit militum præsidio circumdatæ sunt. Monuit autem Regem Legatus, ne quid præcipitanter hac in re ageret, qui Parlamento diiudicandam causam se dedisse respondit, illud iniurium fore nemini. Prolata autem paulò post in proditores illos sententia Merargus gladio 19. Decembr. percussus est, Secretario in custodia adhuc retento. *Gotardus Arthus libro tertio tom. 6. & inuentar. gener. tom. 4.*

Sub decursum huius anni Ioannes Dux Saxonix, Lantgrauus Thuringix, Marchio Misniæ mortuus est. Ioanne Guillelmo Saxonix Duce, & Dorothea Susanna parentibus, anno 1570. natus. *Gotardus Arthus lib. 4. tom. 6.*

In festo Natiuitatis Domini Marinus Grimanus Venetiarum Dux 80. magno totius urbis luctu mœrore obiit diem suum.

1606 3. Ianuarij, Argentinæ monstrum natum est, matre Anna, patre verò Stephano Schuuartzio arculario, quod cum ad dimidium horæ uiueret, ab obstetrice baptifatum est, & Anna Maria uocatum. Habebat caput quidem satis crassum, & amplum ut ex duobus concretum dixisses, oculosque duos, & os unicum, verum aures quatuor, corpus ad umbilicum usque unum erat, inde geminum apparebat, brachia & manus habebat quatuor, totidemque crura & pedes. In sectione cor unicum tantum & pulmo unus, sed hepar geminum, geminusque ventriculus, & quatuor renes reperti sunt, splenis ne vestigio quidem apparente. Quod monstrum quid portendat, hisce præsertim periculosis, & turbulentis temporibus cōiectura assequi difficile fuerit. *Idem lib. 3. tom. 6.*

Hoc tempore de Regis Persarum victoria, quam 25. Nouembris die anni superioris à Cigala Sultanicarum copiarum Præfecto reportauit ad nos relatum est. Regem nimirum ingenti & ad nouem horas continuata prælio 33. millia Turcarum fudisse, Cigala cum duobus millibus per fugam elapso. *Idem ibidem.*

Eodem mense tempestas Massiliæ, & Romæ tanta, quātam nemo recordari poterat extitit, vento multas passim e-des disiciente. Procellis verò & imbribus tantam aquarum copiam excitantibus, ut facta Tyberis exundatione ingēs ad multa milliaria damnum Romanis illatum sit. Fulmine insuper tectum Monasterij, quod Aram cœli uocant, demoliente, & in Sacello Diui Petri, candelabra duo ab Apostolorum Altari disiciente. *Idem ibidem & lib. 4.*

10 Ianuarij Leonardus Donatus, eques & Procurator S. Marci post iusta Marino Grimano persoluta consuetis suffragiis Venetiarum Dux 81 electus fuit. *Histor. general. Venetiarum Decadis 7. lib. 4.*

Detenti fuerant hæctenus Pofonij milites qui Strigo-

Anni
christi

1605

Anni
mundi

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605.

Anni
mundi.

5692.

nienſis propugnaculi deditiōem fecerant. Cū igitur cauſa in iudicio variè diſputata, contra datam fidem egiſſe, & damnum haud exiguum Reip. Chriſtianæ dediſſe deprehenderentur, prolata in eos ſententia, ſupplicio affecti ſunt. *Gotardus Arthus lib. 3. tom. 6.*

10 Februarij Pariſiis Maria Medicea, Regina Franciæ, filiam ſecundam enixa eſt.

23 Martij mortuus eſt Louanij, vel, vt rectius dicam, in alterâ vitam, eamq; ſempiternam tranſiit (viuit enim & viuet ad omnem poſteritatem) Iuſtus Lipſius in Minoritarum æde ſepultus. Viuus ipſe ſibi hoc Epitaphium conſcripſerat:

*Quis hic ſepultus, quæris? ipſe edifferam.
Nuper locutus & ſtilo, & lingua fui,
Nunc altero licebit. Ego ſum LIPSIVS,
Cui literæ dant nomen, & tuus fauor.
Sed nomen. Ipſe abiit. Abibit hoc quoque.
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta ſumus, umbra, vanitas,
Et ſcena imago, & verbo vt abſoluam, nihil.
Extremum hoc te alloquor:*

Æternum vt gaudeam tu apprecare.

Senatus populūſque Antuerpienſis (cui libellum de Cōſtantia inſcripſerat) Sacroſagum ei fieri curauit, cum hac inſcriptione:

I V S T I L I P S I
Q V O D C L A V D I P O T V I T
H I C I A C E T.

s. p. Q. *Antuerpienſis inclytis viri Fama orbi nota, virtuti cœlo recepta H. M. P.*

Natus eſt 19. Octobris anni 1547. vt ipſe ad amicū ſcripſit epiſtola 24. Centuriæ 2. Epiſtolarum. Vixit ergo annos 58. meſes 5. dies 4. Scripſerat 14. Ianuarij huiusce anni propria manu binas literas, vnas ad illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo in Chriſto Patrem, & D. Petrum Villarium, Archiepiſcopum & Comitem Viennensem, alteras ad me, quas nos ipſo iam fato functo accepimus. Hiftoriam morbi, Epitaphia, Apologias pro eo Lector videbit in libro Antuerpiæ excuſo apud Ioannem Moretum Anno 1607. hoc titulo: *Iuſti Lipſi ſapientia & literarum Antuſtius Fama poſthuma.*

Sub ſinem Anni ſuperioris Henricus 4. Galliæ Rex militem conſcripſerat, vt Ducem Bullionium ad imperata faciendâ cogeret, nonnullarum rerum contra Regem, ac Regni ſtatū attentaturum, & (vt quidam volunt) Bironicæ conſpirationis reum. Semel atque iterum coram Rege comparere iuſſus cū tergiuerſaretur, Sedani ſe cōtinens, & deſenſionem meditans, Rex ipſe ad expeditionem ſe accinxit. Dontheriam vſque (quod oppidum vix ſemihorulæ itinere Sedano diſtat) Regi progreſſo exterorū Principum, Ducis Vittembergici, Lotharingi, & ordinum Belgij confœderatorum Legati Nettacurtius nobilis è Campania, Villaregius, & alij occurrerunt, modisq; omnibus pacem tentarunt. Poſt multam vtrinque diſceptationem, Bullionius viribus diffidens, ſe oppidumque in fidem Regis permisit 23. Martij, his conditionibus, quas *Ianſonius perſcribit lib. 30. & Gotardus Arthus li. 4. tom. 6.*

27 Martij ingens vis venti, tantæque procella, non in Germania tantum, & Belgio, ſed Anglia quoque & Gallia coorta eſt, vt multas turres & ædificia, & infinitas

1609.

5696.

fere arbores euertit, In oris quoque maritimis, nauium, & nautarum magnam stragem edidit. Coloniae quidem in nouo foro plures quam 80. arbores radicitus euertit. *Ianson. lib. 30.*

6 Aprilis Nicolaus Angelus, siue Langæus, ciuis Lugdunensis, vir clarissimus, multisque honoribus & præcipuis in ea vrbe perfunctus, fato concessit, cum peruenisset ad annum ætatis 81. aliquot diebus exceptis natus enim erat 20. Aprilis anni 1525. Magno illi viro Papius Massonus I. C. Magnus & ipse vir Elogium scripsit, Lugduni excusum. Et Balthasar Villarius, Lugdunensis agri Præses, & Prætor, Senatus Dombarum Princeps socero mœrens hoc Epitaphium posuit.

D. O. M.

Heus tu viator, qui presso gradu hanc premis humum, siste paulisper, & mecum mortaliū sortem luge, Nicolaus Langeus N. filius hic iacet, vir eximia virtutis, auita religionis cultor, antiquaria rei, & numismatum indagator, Lugdunensis Reipubl. Coss. secundo. Qui cum iuri tribuendo 40. annos magna cum integritate præfuisset, & mentem sanam in corpore sano usque ad 81. annum protulisset, tandem fato cessit, & mortalem hanc cum æterna vita commutauit. Tu uiue & vale memor conditionis tuæ, & quod ab aliis expectas, tanto viro expende pietatis officium.

26 Aprilis Sponsa Demetrii Magni Moscouiæ Ducis, Regio Legato, Patre, Patruo, & magno nobilium, tam virorum, quam matronarum numero comitata Moscuam venit, magnificè ubiq; excepta, & aliquot post diebus, sub vespertinis precibus, nuptiarum solemnitas fuit celebrata, lacra faciente Russorum Patriarcha. Regina itidem coronata est, magnis cæremoniis. Quibus peractis Imperator, & Imperatrix coronam capiti impositam vterque gerentes, inter grandem musicorum, & bellicorum instrumentorum strepitum in arcem redierunt. Eaque nox per summam hilaritatem est transacta. *Ianson. lib. 30.*

In Voilandia pagus est, quem Eliæ fontem incolæ vocant ad ditionem Lobenesteiniam pertinens. In eo rustici quidam, cognomento Eisembeis, villam nobilem centum iam & amplius annos tenuerunt. Accidit autem, vt postremus eius possessor Ioannes Elisembeissius, vir satis opulentus & diues, annum ætatis 42. agens vxorem suam, 33. annum ingressam, grauidam & partui vicinam, cum sex liberis, & vna ancilla miserum in modum, vnus horum spatium interfecerit, & trucidarit 28. die Mensis Aprilis. Supererat ex tota parricidæ huius familia, seruus, absens, quem vnicum arandis agris destinatum habebat. Ipse vero paulò post in sylua sua proxima comprehensus, & Lobensteinium traductus, tametsi nihil eorum quæ patrauerat, negaret, sed factum omne vltro fateretur, essetque adhuc securi, cerebro & sanguine suorum cruentata armatus, ad quæstionem tamen, vt quid causæ ad perpetrandum tam crudele facinus habuisset, cognosceretur, adhibitus est. Vbi nihil quidem aliud, quam dominari sibi vxorem, & liberos voluisse, professus est, vt cum dominium nullum in eam, qua interfecti liberi fuerunt, ætatem cadere posset, & verò vxori à vicinis testimonium longè aliud perhiberetur, totum hoc insidiis Diaboli acceptum ferendum esse liquido appareret.

Cæterum causa in iudicio disputata supplicium de parricida hoc 23. Maij huiusmodi lumpum est. Principio catenis ferreis in curru constrictus ad pagum vbi habitauerat reuectus est, eò vbi peruentum, in pellem bubulâ dispositus, & propriis suis bobus ad loca singula facinoris

Anni
Christi

1605

Anni
mundi

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605

Anni
mundi.

5692

huius conscia traductus est, vbi cum pro numero interfe-
ctorum forcipe ignita nouies apprehensus, & manu vtra-
que truncatus esset, crux vtrumque rota collisum est, cor-
pore in quatuor partes dissecto, & ad vias publicas varie
distributo; intestinis porro igne crematis, capite vero ro-
tæ, quæ loco illo vbi uxorem vita priuauerat, eleuata est,
imposito, & manibus ad rotæ modiolum clavis ferreis affi-
xis. Pridie eius diei quo executio iudicij huius facta est,
domus quam in habitauerat, cum vniuersa eius supellesti-
le igne accensa, & in planitiem versa fuerat, columna
lapidea, quæ Diabolici huius & prope inauditi facino-
ris, supplicijque de parricida hoc sumpti narrationem
prætereuntibus post erisque exhiberet, in locum eius ere-
cta, & constituta. *Gotardus Arthus li. 4. tom. 6.*

Circa Maij principium Sagmaria, quod superioris Pæ-
nonia oppidum est, duo Monstra in lucem edita sunt.
Alterum a vacca, capita quidem duo, vnum Vrsi cum e-
minentibus vtrinque dentibus, alterum verò canis cum a-
cuminato nostro, speciem referens, pedes verò octo, leo-
ninos partim, partim verò vitulinos habens. Alterum ve-
rò ab oue, capite humano existens, & duobus prioribus pe-
dibus manus humanas repræsentans. Hæc quid porten-
dant tempus quidem aperiet. Nam quid monstra illa, quæ
superioribus annis eadem vidit Regio, consecutum sit,
deploratione magis, quàm probatione opus habere vide-
tur. *Gotardus Arthus ibidem.*

17. Maij Demetrius Magnus Moscouiæ Dux à suis
trucidatus. Mortui corpus crudeliter lancinatum, trans-
misso per pudenda fune, & veluti mortuus canis per cœ-
num ad forum vsque pertractum, vbi miserabili sane spe-
ctaculo nudum, sanguine & cœno fœdatum quatti-
dum iacuit, in mensa extentum. Ad maius ludibrium,
Demetrii ventri supino larua miræ & prodigiôsæ de-
formitatis, imposita, inter gynæcei spolia reperta. Ori item
fistula vtriculatis, qua Poloni plurimum vtuntur, inser-
ta, addito denario, veluti Musici cantus auctoramento
vel mercede. *Jans. narratione de vita & morte Demetrii to. 8. li.
30. & Gotardus Arthus lib. 4. tom. 6.*

Polonorum, qui magno numero Demetrii Sponsam
comitati fuerant, hospitia vulgus ita diripuit, vt mul-
tis ne indusium quidem corpori tegendo fuerit relictum.
Cum verò Palatini Sendomiriensis diuersorium fir-
mius esset, quàm vt primo statim impetu expugnari
posset, aditus omnes ita obsessi sunt, vt nec introitus
nec exitus cuiquam pateret. Nonnulli quidem e Po-
lonis nobilibus diu acriter se defenderunt, sed vi-
cti multitudine, vel cæsi sunt, vel rebus omnibus
spoliati.

Quid iam miseræ sponsæ Demetrii, animi fuisse puta-
mus? Quæ momento temporis, non mundo tantum om-
ni muliebri (cuius sanè precium erat ferè inæstimabile)
verùm etiam vestibus, atq; ipso in quo decumbebat lecto
spoliata, precarium vnà cum patre, suisq; omnibus, nulla
penè spe, ducebat spiritum, ac præclare secum actum pu-
tabat, si vel nuda in patriam, vnde paulò antè cum tanta
pompa egressa fuerat, remitteretur.

Tumultus est totum diem continuè durauit, sub no-
ctem tamen ita conqueuit, vt nè vox quidè omnibus
plateis exaudiretur.

Sedato tumultu, Procures ad noui Ducis electio-
nem 20. Maij descenderunt, vbi suffragia in Basilium
Ioannidem Cniacum (alij Vaschauium appellant)

1609

5696

incunauerunt. *Idem ibidem.*

7. Iulij Ediētum Henrici 4. in fauorem mutilatorum militum Lutetiæ Parisiorum promulgatum fuit. *Inuentar. gener. tom. 4.*

Sub finem Iulij Christianus 4. Daniæ & Noruegiæ Rex ad affinem suum Iacobum 1. Magnæ Britanniæ Regem, in Angliam nauigauit, & cum nauibus regaliter ornatis Grauelandum appulit. Eius aduentu cognito, Angliæ Rex vnâ cum Regina (Christiani Sorore) ac regiis liberis eodem properarunt. Primo congressu Angliæ Rex (quem solum vnâ cum filiorum natu maximo Henrico, in nauim, tum Daniæ Rex admiserat) quanam confidentia vsus, sine venia, aut com meatu portum sui Regni esset ingressus, rogabat. Urbanè vicissim quærebat Daniæ Rex, vnde hæc ipsi audacia, vt sine venia nauim suam conscendere ausus esset: Post mutuos amplexus, ad viridem vicu vterq; pergunt, vbi Regina cum reliquis liberis fratrem amantissimè excepit. Per totum dein fere mensem magnificè ac planè regaliter habitus, exeunte mense Augusto, affini Regi, Regiæ Sorori, ac nepotibus non sine lacrymis vale dicto in Regnum suum est reuersus. *Ianf. li. 30.*

Hoc tempore Bassa Alepiensis aduersus Sultanum Turcicum seditionem mouit, & collecto paucis diebus triginta millium exercitu, Tripolim & Damascum expugnat. *Gotardus. Arthus lib. 1. tom. 7.*

19. Augusti Henricus 4. Supplicibus libellis suorum subditorum Religionem prærensam reformatam profitentium subscriptione respondit. *Inuentar. general. to. 4.*

Eodem die Augusti Ambrosius Spinola, Grotlam, Suthphaniensis Comitatus oppidū valde munitum, post dierū paucorum oppugnationem, deditione capit, serū iam nimis auxilium comite Mauritio suis ferre parante. *Ianf. li. 30.*

14. Septembris, quo die festum Exaltationis S. Crucis celebratur, Baptismus Regius in Gallia apud Fontē Bellaqueum, cum solennitate magna per Petrū Gondiū Cardinalem peractus est. Delphino quidem Hærici 4. primogenito, quē Paulus 5. S. Pont. per Franciscum Cardinalem Iouiseum, & Mantuæ Ducissā Mariæ Regiæ Soror ex Baptismo susceperunt, LVDOVICI: filiarū verò Regis maiori, ISABELLÆ, Archiducis Alberti coniugis: minori verò CHRISTINÆ, Ducissæ Florentiæ, quas sponsores Henricus 4. Pater adhibere voluit. nominibus impositis. Muneris loco S. Pont. catenam auream multis pyropis, cum appensa cruce & multi precij adamante conspicuam, crucem item crystallinam, insertas crucis Christi particulas exhibentem, & Sudarium Christi, omnia ingentis pretij, Delphino & Regi offerri per Nuntium curauit. *Gotardus Arthus li. 1. to. 7. & Inuentar. General. to. 4.*

Eodem die Septembris Pax inter Cæsarem & Hungaros facta & confirmata est, licet non sine difficultate maxima. Quamuis enim iam antea decretum esset, vt Religio libera relinqueretur, Hungari tamen generale illud Religionis vocabulum ad speciem reuocantes, id egerunt, vt Lutherana, Calviniana & Catholica, quæ hodie vocantur, Religionum exercitium liberum haberetur, nec pacis quidem finiri tractatio potuit, donec petitioni eorum satisfactum esset. Qui confirmata iam pace, sequenti statim die Legatum Budam, ad Serdarem miserunt ne quid porrò moliretur, de omnibus eum certiozem facientes.

23. Septembris Legati Hungarici, & Botſcaici ad Archiducem Matthiam admissi, seditionis condona-

Anni
christi.

1605

Anni
mundi.

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605

Anni
mundi.

5692

tionem ab eo impetrarunt.

Reuersus paulò post Viennam Althemius inducias se-
se ad dies aliquot cum Turcis pactum esse dixit, vt pacis
negotium, cuius, propter Persarum & feditiosorum in
Regno Ottomanico turbas varias, appetentes admodum
Turcæ erant, eò rectius pertractaretur.

Sub finem Septembris Legati omnes cum Cõsiliariis
Cæsaris, & Prouincialibus aliquot in Arce Viennensi con-
gregati transactos & in membrana descriptos pacis arti-
culos, singuli acceperunt, quo facto domum quique re-
uerfi sunt. Illishascius autem Neuheufeliam profectus est,
vt paci cum Turcis etiam componendæ tanquam arbiter
adesset. Vnde postmodum literas ad Serdarem dedit, mo-
nens ne quid contra Prouincias Cæsaris tentaret, sed ad-
uentantes propediem Legatos qui ierè expectaret. *Iansf. lib.*
30. & Gotardus Arthus to. 7. l. 1.

2. Octobris Ambrosius Spinola Reimbercam post die-
rum aliquot oppugnationem, deditione cepit. Hoc oppi-
dum vñti ordines mirum in modum tam operibus, quam
milite, & comæatu communierant, adeò vt tantum non
inexpugnabile, & altera Ostenda vulgò iactaretur. Magnū
hæc Spinolæ victoria, & Reimbercæ expugnatio in con-
fœderatis prouinciis metum excitauit, quæ non solum
longiorem obsidionem, verum etiam spem victoriæ quasi
certam in huius oppidi oppugnatione sibi promiserant,
adeò, vt vicinæ vrbes trepidè admodum de auxiliis in
promptu habendis circumspectarent. *Iansf. ibid.*

29. Octobris Collegium Viennense in Delphinatu
præceptoribus è Societate nominis Iesu traditum fuit, &
in eo Magni Galliæ Delphini fœlicibus auspiciis Scholæ
apertæ, ac in quinque classibus Grammatica Latina & Græ-
ca Humanioribus literis, & Rhetorica, numerosa iuuentus,
& bonarum literarum cupida, imbui, atque institui cœpta est.
Ibi Rhetor orationem habuit elegantem de recenti Vien-
nensium pietate. Capucinos & Iesuitas in eam ciuitatē, quæ
Delphinatus est Metropolis, Petrus & Hieronymus Villa-
rij, fratres, ambo eiusdem Archiepiscopi & comites opta-
runt introducere, antè quā exirent è vita, & Dei Opt. Max.
benignitate id perfecerunt, & facti sunt voti compotes. Pe-
trum id optantem atque conantem vidi etiam ante quindecim
annos. Bibliothecam suam, quam habebat amplissimam
transportari etiam viuens voluit in ipsum Collegium, &
Patribus ac Præceptoribus eius Societatis vsui perpetuò
futuram dono dedit. Hoc opus imprimis pium, & poste-
ritati commendandum, industria sua, & sedulitate non
mediocriter promouit R. P. Michael Coyssardus eius So-
cietatis, nascenti Collegio primus Rector à R. P. Ludoui-
co Richeomio, Prouinciali tota Gallia celebri, attributus.

9. Nouembris, cum Legati Cæsarei cum Mansfeldicis,
Hohenloicis, & Buchemicis equitibus, similiter & Illisha-
scius cum Proceribus Hungaris, ac tandem Turcæ cum
24. pulcherrimè exornatis nauigijs singuli ad destinatum
sibi locum pacis negotio operam daturi conuenissent, præ-
missis variis ab vtraque parte tractationibus, negotium
hoc tandem (quod Ecclesiæ cum primis suæ salutare iubeat
esse Christus Saluator noster) confectum, & pax cum Tur-
cis facta est, præstito vtrinque iuramento obsidibusque in
confirmationem vtrique parti traditis.

Hoc facto, sequenti die Turcæ nostros splendidissi-
mo conuiuio exceperunt, & Bassa quidem Budensis
proceres aliquot nostros, nempe Mollartum, Althemium,
Tursõnem, Istuanfium, Collonitium, Budianum,

1609

5696

Erdeodem, Cæsarem Gallum, & Elesehium, singulos singulis equis generosissimis, reliquos verò panno attalico, & damasceno dona uit.

Anni
christi.

1605

Ingens passim lætitia ob constitutam hanc cum Turcis pacem extitit, & nõ Christiani solùm Comorhæ, & Neuheseliæ, ac alibi habitantes, sed & Turcæ Strigonienfes crebra tormentorum disposure perceptum inde gaudium suum attestati sunt. *Articulos autem, quibus pax hæc ad 20. annos constituta, & firmata est, recenset Jansonius lib. 30. & Gotardus Arthus lib. 1. tom. 7. Historia Generale. Ungaria lib. 10. 2.*

Pace cum Turcis facta, in Hungaria satis tranquillæ res fuerunt, nisi quòd Turcæ molestè ferentes oratorum Cæsareæ Maiestatis iter Constantinopolitanum longiùs aliquantò protrahi, non solùm in sinibus grassati sunt, sed obsides etiam & duriùs & diligentius custodierunt.

Pacem hanc Rex Persarum modis omnibus disturbare conatus est, missis tam literis quàm legatis, cum pretiosissimis muneribus, nõ solùm ad Cæsaream Maiestatem, sed etiam ad Hispaniarum Regem, monens vt coniunctis secum viribus Turcicum oppugnent imperium. Commemoratis multis suis victoriis, vtpote qui latissimum terræ tractum iam occuparit, adedò vt ad Constantinopolim breui aditum se patefacturum polliceretur. *Jdem Jans. ibid.*

Eodem Mense Petrus de Gondy Cardinalis Lutetiæ obiit, relicto hærede Parisiensi Episcopo, ex fratre nepote.

Sigismundus 3. Poloniæ Rex intestina hoc anno iactatus est seditione, cuius è nobilitate præcipua nonnulli fuerunt antesignani. Multa hi causabantur: Matrimonium Regis sine ordinum consensu confectum: Demetrio ad Moscouiam inuadendam auxilia præstita: clãdestina quædam cum Austriaca familia pacta: Prussiæ clientelam Brandenburgicis accepta pecunia traditam: aliæque id genus quibus illi Regni statum labefactari, ac conuelli querebatur. Conuentu (Rakosch vocant) in campo Sandomiriensi habito, ad Regem oratores mittunt, qui eum ad dictum locum & tempus euocarent. Rex initio non tam armis quàm prudentia pugnare, atq; ita moderatè cuncta administrare vt breui ingentem exercitissimorum militum confecerit exercitum. Illi nihilominus, ni Rex intra præstitutum tempus compareat, ad noui Regis electionem progressuros se protestari. Qua re irritatus Rex, eductis copiis, vi eos aggedi decreuit. At illi viribus suis diffisi, ab armis discessuros se, & querelarum disceptationem proximis comitiis permissuros, nihilque amplius contra Regem molituros, promiserunt. Seuarduscus imprimis Cracouiensis, & Raziuilus Vlnæ in Lithuania Palatini. Magnam hoc in motu & prudentiæ, & clementiæ laudem Rex Sigismundus adeptus est, vtpote qui ita regiam dignitatem tutatus est, vt tamen à ciuili fundendo sanguine abstinuerit. *Jans. li. 30. & Gotardus Arthus lib. 1. 10. 7. ubi Regis ipsius, & Palatinorum nominatorum diplomata ad verbum descripta commemorat.*

Sub finem huius anni, 30. scilicet Decembris Botscaius Istuanus, qui nouã in Transsylvania & Hùgariã superioribus annis seditionem excitarat, Cassouië mortuus est, multis antea suos cohortatus, vt fidem Imperatori seruarent, neq; nouas res amplius molirentur. Quamobrè Archidux Matthias superioris Pannoniæ Ordines literis monuit, vt quieti in posterum studerent, neque Cæsareæ Maiestatis, cui rebelles puniendi vires non defutura essent, patientia porro abuterentur. *Jans. lib. 30. & Gotardus Arthus lib. 1. 10. 7.*

1609

Anni
mundi.

5692

5696

Anni
Christi.

1605.

Anni
mundi.

5692.

1607 3. Ianuarij Legatus Moscouiæ in Poloniam missus, ad Sigismundum Regem admissus graui oratione de Sendomiriensi Palatino conquestus est, quod clandestinis artibus, largitionibus, & promissis multorum in Moscouia procerum animos sibi conciliaisset, eorumque postea ope & auxilio, maledictum illum Monachum, necromanticum, & Spurium Demetrium (sic enim nominabat) in Moscouiam cum filia sua traduxisset, qui nefarie occupato regno peregrinam Religionem, cultumque Dei ignotum introducere, Tempa præcipua occupare, & tantas turbas excitare ausus esset, vt ducenti & amplius magnæ dignitatis Proceres miserè trucidati perierint, vnde & ipse detecto postmodum dolo dignas pœnas exsoluerit, & tanquam canis sit interfectus. Cùm autem apud ipsam Poloniæ Regis inuentæ fuerint literæ, isque ad suos omnes conatus Polonorum præcipuè vsus sit auxilio interrogare Moscouitarum proceres, an harum rerum conscius Rex & adiutor fuerit. Quod si factum, animaduertere Regem facile posse, pacem ab antecessoribus constitutam hoc ipso violatam, & propterea necesse esse, vt Rex respondeat, vtrum pacem colere in posterum, & seruare, pecuniâque & alia à Demetrio in Poloniam transmissa restituere. Si enim facere hoc recusaret, constituisse Magnum Moscouiæ Ducem ingenti cum exercitu Poloniam inuadere, & coniunctis cum Carolo Sueco, Sudermaniæ Duce, viribus, bellum continuare. Oratione finita Legatus tabulas Regi obtulit, quibus hæc, & alia per multa copiosè satis perscripta continebantur, petens responsum quamprimum sibi dari. Cæterùm cùm intestinis seditionibus tum Polonia agitaretur, Rexque multorum odio atque inuidia premeretur, gentem ferocem minimè laceffendam sibi tum ratus, non minùs prudenter quàm humanè Legato respondit, sic vt ab armis & violentia cessatum sit hætenus. *Ianson li. 30. de vita & morte Demetrii, & Gotardus Arthus, libr. 1. tom. 7.*

Post decessum Legati Moscouitici, motus in Polonia, qui ferè compositus videbatur, magis magisque recruduit, nouis comitiis armatis, siue Rokosch à nobilitate institutis. Id vbi Rex animaduertit, de exercitu lectissimo sibi prospexit, tum Cracouiam comiteo, & præsidio diligenter communiuit. Deinde nobilibus edixit, vt ad 16. Iunij Varsoviæ adessent, de remediis quibus turbæ omnes sedarentur, deliberaturi. Pergunt Rokoschani, & siue Regis opprimendi, siue per metum, quas vellent ab eo condiciones extorquendi spe, cum copiis suis ad regium exercitum qui non procul à Varsovia confederat, contendunt. Sed à Rege sui fugatique, multisque impedimentis exuti sunt. Postea Rex Cracouiam se recepit. *Idem Ianson. libr. 30. & Gotardus Arthus lib. 1. tom. 7.*

12 Ianuarij Comitia Ratisbonæ habita sunt. In quibus articuli quinque ad deliberandum sunt propositi, quos *Iansonius recenset lib. 30.*

Sub finem Ianuarij in Anglia mirabilis simul & miserabilis inundatio quasdam eius Regni prouincias, oppida, pagos & agros ita afflixit, vt damnum illud irreparabile, inæstimabile certè cœseatur. Somersetiam imprimis, Northfolciam, & Bristoliam celeberrimum emporium. Tantò verò damnosior ac terribior hæc erat eluuiò, quantò magis erat improuisa, sic vt tam homines quàm pecudes magno numero vndis priùs inuoluti, & abrepti sint, quàm vllius periculi sensum haberent.

Ingens etiam in Belgio eodem tempore in mari tem-

1609.

5696.

elitas exorta, multas naues partim submerfit, partim verò diftraftas variè diffipauit. *Idem ibidem.*

12. Februarij Botfcaio extincto Tranfſyluania quidam Procetes, Claudiopoli congregati in Gubernatorem & Principem Tranfſyluania Sigifmundum Ragotſium elegerunt, iuramentumque in Templo primario ei præſtiterunt, oratoribus poſtmodum Viennam ablegatis, qui 12. Martij Poſonium aduenientes, electionem hanc non ideo factam teſtati ſunt, quaſi à Cæſare, quem Dominum ſemper habituri eſſent, defectionem molirentur, ſed quòd neceſſitas ita poſtularit, multis ex Tranfſyluania & Vngaria Proceribus Principatui iſti inhiatibus, & nouos motus meditantibus. *Idem ibidem.*

16. Aprilis horam circiter 6. vespertinam Henrico 4. Gallia Regi ſecundus filius apud Fontembellaqueum natus eſt, quem Ducem Aurelianenſem Rex, multa feſtiuitate natalem eius peragens, nominari voluit. *Ianſon. ibid. & Gotardus Arthus lib. 2. tom. 7.*

22. Aprilis Vienna in Austria incendium in Ieſuitarum collegio exortum à meridie ad noctem vſque durauit, & ædificium omne cum Bibliotheca eorum abſumpſit, teſtum Templi deformauit, Campanas liquefactas perdidit, & parietes Templi frequentibus fiſſuris ita diſrupit, vt eos remouere, & nouos omnino facere neceſſe fuerit. *Idem Gotardus ibidem.*

24. Aprilis inducia 8. menſium in Belgio inter Albertum Archiducem, & Ordines confœderatos facta ſunt. *Idem ibidem.*

14. Maij circa vesp̄eram, Francobergæ in Haſſia ad Ederam fluuium ſitæ fulmen campanariam turrim corripuit, & incendio tanto deuſtauit, vt & campana liquefacta perierint, & turris ferè tota abſque tamen vltiori ciuitatis damno conciderit. Lingæ autem turris puluere tormentario plena de cælo tacta eſt, non ſine magna hominum ſtrage, ac vicinarum ædium damno. *Ianſon. lib. 30. & Gotardus Arthus tom. 7. lib. 2.*

30. Iunij Cæſar Baronius Cardinalis, & Bibliothecarius Apoſtolicus, Annalium Eccleſiaſticorum editione notus, Romæ placidè ex hac vita diſceſſit, relicto magno bonis omnibus, & Catholica Religionis amantibus, ſui deſiderio. Hic paulò ante mortem Venetos ad parendum Romano Pontifici publica paræneſi exhortatus fuerat. *Idem Ianſon. ibidem.*

Cyprum hac æſtate Florentina claffis parum foeliciter tentauit, inſulanorum quorundam, qui Turcarum oderant tyrannidem, auxilio. Noſtri quidem excenſione facta Famaguſtæ vrbi inſidiati, ſed non ſine damno à Turcis repulſi, ad naues ſe recipere coacti ſunt. Turcæ verò poſt noſtrorum diſceſſum, in Chriſtianos, Græcorum reliquias, aliòſque proditiõis ſuſpectos immaniſſimè ſæuierunt. Quorum multi in montanis & inuiſis locis fugæ latibulum ſibi quaſiuerunt. *Idem ibidem.*

15. Iulij circiter horam 6. matutinam, prope Herbiopolim, in loco, quem Ebertsklingen vocant, terramotus factus eſt, terra tanto hiatus ſubſidente, vt profunditatem voraginis iſtius ſexaginta orgyas excedere, ſingulari poſtmodum artificio aliqui deprehenderint. *Gotardus Arthus tom. 7. lib. 2.*

Quomodo Marpurgi ob mutatam à Lantgrauio Mauricio religionem tumultus fuerit exortus, ſuperius dictum eſt. Cum verò agnatus ipſius Ludouicus qui Darmſtadi habitat & Lutheranam ſequitur religionem, ſcho-

Anni
Chriſti

1605

Anni
mundi

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605.

Anni
mundi.

5692.

Iam illam Caluiniano dogmate infici doleret, Giessæ ludū literarium aperuit, imperata à Cæsare Rudolpho facultate, amplis cum priuilegiis. Cumque solenni eorum promulgationi 8. Octobris diem dixisset, literatos quidem omnes ad actum istum clementer inuitare 28. Augusti voluit publico programme quod recenset *Ianson. lib. 31. & Gotardus Arthus tom. 7. lib. 2.*

9. Septembris Pomponius Belleuræus Franciæ Cancellarius, paulò minus quàm 80. annos natus Lutetiæ obiit inter 9. & 10. horam ante mediam noctem. Iusta ei perfoluta sunt cum magno apparatu & pompa die lunæ 17. eiusdem mensis in sua Parœchia, ad D. Germani Altiſiodorensis.

12. Septembris Nicolaus Brulartius, qui iam antea Belleuræi Cancellarij vicem gerebat, Cancellarius Franciæ ab Henrico 4. creatus Parisiis iusiurandum fidelitatis in manibus ipsius Regis præstitit.

24. Nouembris Carolus Cardinalis, Lotharingiæ Ducis filius, Argentinenſis Episcopus ex hac vita discessit. Post cuius mortem Franciscus Baro à Criechingen loca aliquot præſidiis confirmauit, & à subditis fidē exegit, donec successor eligeretur. Fuit is Leopoldus ex Austriaca familia, Episcopus Passanienſis, qui cum 300. equitibus aduectus, à subditis passim fidelitatis iuramentum, vt & Argentiæ, recepit. *Ianson. lib. 30.*

6. Decembris, qui dies D. Nicolao sacer est, & duobus sequētibus Ioannes de la Croix, Dominus de Cheurieres, primùm Aduocatus Regius, & postea Præses in Parlamēto Delphinatus, sumptis sacros ordines Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus in Sacello Archiepiscopatus Viennensis, à R. P. Domino Hieronymo Villario Archiepiscopo & Comite Viennensi, & die Dominico sequenti ibidem & ab eodem Episcopus Gratianopolitanus consecratus est.

23. Decembris Hagæ Comitum Sellularij cuiusdam vxor rara fœcunditate vno partu tres puerulos enixa est. Quos è Baptismo, quo ipso die Christi Natali tincti sunt, Galliæ, Angliæ, & Daniæ Regum Legati, Mauritius Hæricus, & Gulielmus Nassouij Comites, vnà cum tribus præcipuæ nobilitatis fœminis susceperunt. Quæ fœcunditas si in reliquis quoq; fœminas per omnes illas Prouincias peruulgetur, Ostendaniæ obsidionis strages breui posset resarciri. *Ianson. lib. 31.*

Hoc anno excusa est Duaci in folio, apud Franciscum Fabri Historia vniuersalis Indiarum Occidentalium duobus libris comprehensa. Item Historia vniuersalis Indiarum Orientalium, etiam diuisa in duos libros, ad quas lectorem nouarum rerum curiosum remittimus.

1608. 1. Februarij confœderatio inter Matthiam Archiducem Austriæ, Vngaros, & Austriacos Presburgi facta & subscripta est. *Ianson. lib. 31.*

6. Februarij Hagæ Comitum Sessio prima Actionis Pacificatoriæ inter Hispaniæ Regem, Albertum Archiducem, & confœderatas Belgij prouincias, celebrata fuit. In qua vtrinque commissæ Procuraciones sunt exhibitæ. Secutæ sunt Sessiones alię vsque ad vigesimam sextam, de qua suo loco. *Has omnes ordine recenset Ianson. lib. 32. & quid in quaque actum, aut deliberatum sit, commemorat.*

Hoc mense Februario tam acre frigus fuit, & tam rigidum, vt Parisiis Sequana, & Lugduni Arar, maximi Fluuij omnino gelu densati coierint. Vnde accidit vt, cum tantum frigus sine vlla remissione, plusquàm septimanas sex

durauerit,

1609.

5699.

durauerit, Lutetiæ lignorum penuria non pauci per plateas & vicos algidi mortui sint.

Aprili mense Henrico 4. Galliarum Regi natus est Maria Medicea vxore tertius filius, Andium Dux nuncupatus.

21. Maij Ioannes Hayus, natione Scotus, patria Aberdonensis, Soc. Iesu Theologus obiit sexagenario maior, Mussipoti Vniuersitatis Cancellarius. Vir laboris supra vires patiens, indefessique studij ad frænandos hæreticos: perfectè obediens, in omnibus ferè disciplinis apprimè versatus. In Polonia, Belgio, & Gallia Theologiam, Mathematicas disciplinas, & linguam Hebraicam docuit, potissimum verò Turnoni. Multa scripsit, quæ in catalogo scriptorum illustrium Societatis Iesu, à Petro Ribadeneira, Societatis eiusd. Theologo referuntur.

Eodem mense Carolus 3. Lotharingiæ, Calabriae, & Barri Dux, annorum plenus, ardenti febre intra septem dierum spatium extinctus est Princeps ob singularem erga Catholicam Romanam Ecclesiam, aliasque virtutes longiori vita, quamuis senex obierit, dignissimus ei successit Henricus filius natu maximus, paternarum virtutum, vt auiti nominis hæres.

Iunio Mense Rodolphus Imperator Matthiæ Fratri Archiducatum Austriae, & Vngariæ ac Bohemiæ Regnum cessit, ac tradidit, vt patet ex instrumentis conscriptis, & consignatis, quorum tenorè ad verbum *Ianson. recenset li. 31.*

14. Iulij Archidux Mathias factò per Morauiam itinere, cum decem millibus lectissimorum militum, & magna Procerum caterua comitatus, Viennam venit. Ad eum excipiendum Magistratus prodeuntes, pulcherrimam vmbellam ferebant, sub quam Archidux receptus, atque ita urbem ingressus, sinistro lateri, extra tamen vmbellam, adæquitante fratre Maximiliano Archiduce. Aiunt tantum fuisse hominum concursum, vt pistores panibus coquendis non suffecerint. Tantum verò tormentorum, bombardarum, campanarum strepitum, tantum populi clamorè, vt suum ipsius verbum vix quisquam audire potuerit. Archidux rubro holoserico aureis filis vndique acu picto, amictus, inter publicas acclamationes, & gratulantium voces, gladium præferente *Vrsembecio*, in arcem contendit. Eaque nox & sequentes aliquot dies per urbem epulis, aliisque festiuitatibus mirum in modum sunt celebrati. Post hæc quæ ad Regni Hungarici constitutionem, & coronationem deliberari cœpta. Quæ quo modo processerit, suo tempore indicabimus. *Ianson. lib. 31.*

19. Iulij Petrus Toletanus Philippi 3. Hispaniarum Regis, ad Henricum 4. Galliarum Regem Legatus Fontembellæqueum, vbi tum Rex commorabatur, appulit, & honorificentissimè est exceptus. *De cuius aduentu libellus excusus fuit Lutetia.*

25. Iulij Lindaviciæ (quæ ciuitas est, & Emporium satis celebre, in lacu Podamico, Venetiarum instar, vndiq; circumfluente situm) Templum ac turris de cælo tacta sunt, vnde atrox excitatum incendium, quo turris deflagauit, & campanæ liquefactæ sunt, ac templi tectum vastatum fuit. Flamma tam conspicua fuit, vt è vicinis etiam remotioribus locis multi ad restringendum incendium, quod multas horas durauit, accurrerint, sed pauci tantum quorum opera necessaria esset, sunt intromissi. *Ianson. lib. 31.*

Viennam Austriæ Turcius media ferè æstate venit Legatus, Begus scilicet Sigethanus, domiciliū ibi, tanquam Imperatoris sui Orator habiturus. A ciuibus Matthiæ Archiducis nomine magnificè exceptus, & ad hospitium vsque

Anni
Christi

1605

Anni
mundi

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605

Anni
mundi.

5692

deductus, & nostrorum splendore, ac suorum nuditate fe-
rè in ruborem datus fuit. Is postea ad Archiducem è Bohe-
mia reuersum admissus, equum, sagum, aliúmque appa-
ratum equestrem dono obtulit. Ergo cum Turcis, ó Chri-
stiani, pacem facitis, & colitis, & mutuis vos odiis ac diffi-
diis conficitis, & laniatis? *Idem ibid.*

Eadem hac æstate N. Gonzaga Dux Mantuæ, ex aquis
Spadanis in Belgium venit, salutatisq; Bruxellæ Serenissi-
mis Alberto & Isabella Archiducibus, in Hollandiam tra-
iecit, 6. Septembris Dordracum appulsus, sequenti die Ro-
terodamum, & Delphos profectus, Lugdunum inde Bata-
uorum iter habuit. In via inter Delphos & Lugdunum à
Spinola, Comite Mauritio, Gulielmo, & C. Henrico Fri-
derico Nassouii exceptus, & salutatus. Inde cum spatia a-
liquot in Mauritij curru cum prædictis Dominis sedens
confecisset, Lugdunum properauit, deducente eum Hen-
rico Nassouio, cæteris Hagam reuersis. Idè vnus diei mora
Lugduni facta, lustrataq; Academia per Harlemum Am-
sterdamum contendit, ad inspiciendam eius vrbis magni-
ficentiam, & naualem apparatus. Ad 11. Harlemum re-
uersus, ibi hilariter à Magistratu exceptus, pernoctauit. Se-
quenti verò die per Falcoburgensem pagum, vbi celebra-
tissimè tum equorum agebantur nundinæ, secundum maris
littus Hagam Comitibus venit, Spinola Comite Mauritio,
aliisq; cum magno rhedarum numero obuiam ei progres-
sus. Transacta ibi ea nocte, & salutatis cum Aruanensis
Principis vidua, tum Regum quorundam Legatis, 13. Se-
ptembris, conscensa Mauritij celoce in Brabantiam rediit,
nullibi fixo veluti pede, sed cursim Hollandiam perlu-
strans. *idem Ianson. libro 32.*

20. Augusti 26. Sessio Actionis pacificatoris Hagæ
Comitibus habita est, vbi post multas propositiones vltro ci-
uicq; allatas, cum nihil firmum & ratum statueretur, spe
pacis præcisa, Regum ac Principum Legati, sed Galli im-
primis & Angli, de induciis faciendis consilium ordi-
nibus rursus proposuerunt. Factum est hinc quod fieri assolet,
vt scilicet è diuersis Prouinciis composita membra in fa-
ctiones scindantur. Induciis interea ad finem vergentibus,
Regij prolongari eas in trimestre rursus petierunt, quod
tamen confederati planè recusasse, postea tamen in eas
conditiones, quæ propositæ fuerant, descendisse dicuntur,
vt vix dubium sit, quin si non firma pax, saltem induciæ
sint coitura. *Ianson. lib. 32.*

Mense Septembri F. Angelus Ioiuseus Capucinus Ro-
ma in Galliam rediens, in pago quodam duobus milliari-
bus à Taurino distate, qui *Riuoly*, vulgo appellatur, ex mor-
bo decubuit. Quo paulatim ingrauescente tandem 25. eius-
dem mensis placide in Christo obdormiuit. Ab eo pago vs-
que ad Parisiense Capucinorum Cænobium mortui funus
insigniori pompa delatum est, quam si in medijs huius
mundi illecebris, & honoribus, in quibus primis suæ vitæ
annis educatus fuerat, obiisset. Ita pietas quamlibet altitu-
dinem honorum huius mundi exuperat.

21. Nouembris Carolus Neouillæus, Dominus d'Alin-
court, Magni illius Nicolai Villaregij, Henrici 4. Secretarij
dignus filius, Lugduni pompa insigni, & lætitia publica, in
Lugdunensem Prouinciã Gubernator Supremus a Rege
missus, excipitur. Illi ob aduentum publicis votis expeti-
tum gratulatus Ioannes Goujonius Iurifconsultus disertis-
simus, & ciuitatis Lugdunensis Procurator Generalis fide-
lissimus, Hieroglyphicum virtutis, sub imagine leonis inscri-
psit, & dedicauit, Lugduni excusum apud Horatium Car-

1609

5696

don, lectu dignissimum.

25. Nouembris Carolus Gonzaga, Dux Niuernensis, Henrici 4. Christianiss. Franciæ Regis ad Paulum 5. Pontificem Max. Legatus, magna pompa & exultatione totius populi Romam ingressus est. & 27. eiusdem mensis die Mauritius Bressius, nobilis Delphinus Henrici Regis orator, coram ipso Pontifice Summo, ac illustrissimis Cardinalibus, de huius tam celebris legationis causis orationem habuit, grauitate sententiarum, & verborum ornamentis admirabilem. Ea tum typis Romæ excusa fuit, & euulgata. Literas vidi aliquot post diebus ad Petrum Villarum Archiepiscopum Viennensem Romæ missas, in quibus erat scriptum, eo ipso die, quo hæc oratio fuerat pronunciata S. Pont. per vnum è domesticis Mauritio Bressio significasse, gratam sibi eam fuisse, & Collegio vniuerso. In cuius rei significationem ducentos ducatos pensionis annuæ illi attribuit.

Hoc anno in Misnia ad Montem D. Annæ (quod oppidum est metallorum fodinis locuples) fons repertus est, cuius aqua mirabilem habeat vim, & incredibiles effectus ad morbos sanandos. Aquam eius aiunt lagenis ad remota etiam loca longè lateq; exportari. Praga languore ac morbis confectum eò venisse, sed potata aqua, agilem ac sanum, magna cum omnium admiratione domum rediisse. Dignâ profecto aquam, quæ non omni tantum vino, sed nectari etiam, & Hebes poculo præferatur. *Janſonius lib. 31.*

Hac hyeme in Scotia, decimo ab Edimburgo milliari prope pagum Litschoum argentini fodina, quæ ante 80. ferè annos à Germanis primùm detecta fuit, sed ob bellum deinde deserta, & inculta iacuit, iterum ac velut de nouo emerſit. Inuentor eius fuit Carbonarius quidam, qui dum Lithanthraces in terræ visceribus quærit, felicius hoc metallum inuenit. Re detecta, Cunicularij quidam profundius terræ viscera scrutati, ditissimam argenti venam reppererunt. Cuius specimen magnus Britannia Rex Londinum afferri iussit: ac perpurgata massa, tam diues hæc fodina, tãq; pura materia inuenta est, vt in tota Germania, vel etiam Occidentali India preciosiorem non inueniri existiment. Cùm verò artis huius nec Scoti nec Angli satis periti sint, Rex in Germaniam quendam ablegauit, qui fossores eiusmodi aliquot conduceret. Quæ res cùm ad Saxonie Electorem perlata esset, promptissimè atque vltro ad Regem duodecim in ea arte probe versatos mense Decembri misit. Aiunt centum libras rudis materiæ siue arrugiæ reddidisse argenti libras octoginta. Quod aliis locis inauditum est. *Janſ. lib. 32.*

Matthiæ Archiduci Austria Hungarici Regni insignibus & titulo, vt superius indicauimus, à Cæsarea Maiestate traditis. Is

29. Nouembris Presburgi in Primario Templo consuetis cum cæremoniis coronatus fuit, Regnòque inauguratus. Coronam ei imposuit Cardinalis Forgatius Archiepiscopus Strigoniensis, colonitio gladium præferente. Interfuerunt inter alios Nuntius Apostolicus, Archidux Maximilianus, Elias Hascius, Turſo, Budianus, Erdodius, aliique Hungarici Proceres, magno numero. Facta coronatione, nouus Rex in suburbium deductus, pegma conscendit, ac Regno iuramentum præstitit, & ab eiusdem ordinibus vicissim accepit. Reliquum diei multis publicæ lætitiæ signis fuit transactum, & inter alia Bos integer (Porcum Troianum dixerunt) aliis animalibus reſectus, & affatus, vulgo publicè est distributus. *Idem Janſon. ibid.*

Anni
christi.

1605

Anni
mundi.

5692

1609

5696

Anni
Christi.

1605

Anni
mundi.

5692

1609. 28. Ianuarij saluberrima Medicinæ Facultas Parisiensis, in Scholis superioribus congregata Decretum & Censuram tulit in librum M. Petri Palmarij, de lapide Philosophico Dogmaticorum, in hanc sententiam.

*Audita renuntiatione Censuram, quibus demandata est Pro-
uincia examinandi libellum à Magistro Petro Palmario editum,
cui titulus est, Lapis Philosophicus Dogmaticorum: Au-
ditis etiam responsionibus eiusdem Palmarij, in eum finem articu-
lo speciali citui: Collegium Medicorum in Academia Parisiensi
legitimè congregatum unanimi consensu libellum istum erroribus,
fraudibus, imposturis, & mendacis plenum damnat, & indi-
gnum luce iudicat: statuit ut Palmarius intra sex menses eius-
modi errores, fraudes, imposturas, & mendacia scripto publi-
co agnoscat, & abiuret: profiteatur se in Hippocratis, Galeniq;
doctrina, & Schola Parisiensis disciplina constanter permansu-
rum. Interea priuetur omnibus Scholæ emolumentis, erogandis,
Nosocomij pauperibus. Huic Decreto si intra semestre non rite sa-
tisfaciat, è Doctorum Regentium catalogo expurgatur, & omni-
bus Scholæ emolumentis, & ornamentis, Academiaq; Privilegijs
spolietur. Hortatur omnes Academijs, ut eodem sint animo ad-
uersus talia opinionum portenta. Hoc Decretum in commentarios
Facultatis referatur, & typis excudatur, ut omnes atque adeo po-
steri intelligant, Medicorum Parisiensium Scholam nihil anti-
quius habere, quam ut antiqua, & vera medendi ratio resineat-
ur, Hippocratis, Galeniq; doctrina, & vetus disciplina conser-
uetur illibata. Datum Lutetia in Scholis superioribus, sub mi-
nore Sigillo Facultatis, die xxviii. Ianuarij Anno reparatæ Sa-
lutis humane M. D. CIX.*

Subsignauit. CORNVTY, Decanus.

*Eodem momento Decanus Decretum supra scriptum coram o-
mnibus Doctoribus assidentibus, qui illud tulerunt, pronuntiauit
Magistro Petro Palmario, qui respondit se facultatis Decreto sa-
tisfacturum. Ablum in Scholis superioribus die, & anno supra
scriptis.*

Subsignauit CORNVTY, Decanus.

Censuræ huius exemplar exscriptum ex commentarijs Facultatis Medicinæ, & typis excusum, Georgius Cornu-ty, ipsis Facultatis Decanus meritissimus, & amicus meus singularis, vnà cum literis amicissimis ad me misit, & hîc putauit inferendum, ut omnes Academiæ Orbis intelligerent.

5. Februarij, Tolosæ Arias Burdæus, Ordinis S. Augustini natione Hispanus, Sacræ Theologiæ Professor in Academia Tolosana, Franciscus de Gayraud Consiliarius in curia Præsidiali, sexagenario maior, 12. Februarij: Scholasticus quidam, cui nomen, Candolas 13. Esbalditus, clericus in Parlamento pragmaticus, 14. Violéta du Chasteau, Lusitana, 16. omnes rei & conscij homicidij Aduocati cuiusdam, nomine Romain, Arresto Parlamenti Tolosani, capite damnati vitam finierunt. *Huius Tragica hist. libellus Parisiis excusus fuit, apud Renatum Ruellium 1609.*

10. Martij Ioannes à Bosco Oliuarius, Parisiensis, Abbas Belliloci, & Concionator Regijs orationem habuit Romæ in Exequijs Seraphini Oliuarij Galli, S. R. E. Cardinalis, in Templo Sanctissimæ Trinitatis ad Montem Pincium, Frequentia maxima Prælatorum, & interuentu hominum Summorum, curantibus illustriss. Cardinali Delphino Veneto, & Excellentiss. Francisco Sauaro, Breuis Domino, Christianiss. Henrici 4. Gallix, Nauarræque Regis oratore. *Excusa est Romæ apud Bartholomeum Zannettum 1609.*

12. Martij Chirurghi togati Parisienses, cum iam ab an-

1609

5696

no 1577. è Facultatis Medicinæ iurisdictione , & potestate se subduxissent, paucis ab hinc annis subreptitias à Summo Pontifice Bullas , siue Diplomata , & codicillos insuper regios ab Henrico 4 impetrarunt, quibus Cancellario, & Rectori etiam vniuersitatis mandatum erat , vt eosdem chirurgos in gremium & numerum Suppositorum, vt vocant , Academiae reciperent. Nec non etiam potestas fiebat iisdem chirurgis , cum benedictione Apostolica , & licentia docendi, interpretandi, & faciendi chirurgiam, hinc & vbiq; terrarum, in nomine Patris & Filij &c. Quæ omnia cum in procinctu essent, vt executioni mandarentur, & à paucis mensibus Cancellarius ipse , iam tres aut quatuor è chirurgorum nouitiis Licentiatos creauisset , qui se propediem etiam ad Doctoratum promotum ita confidebant: Facultas Medicinæ ab executione ista Pontificiæ Bullæ , ceu ab abusu , ad supremum senatum appellauit. Qui 12. Martij causa per Aduocatos Partium , & Academiae Rectorem perorata, Arresto solenni vetuit ne chirurgi, aut ipse Cancellarius etiam quicquam noui, pendente appellatione , molirentur. Atque ita tenebrioribus istis nonnulla remora iniecta est , & silentium saltem ad tempus impositum.

Matthiæ Hungariæ Regi, & Archiduci, Austriae vtriusque nec non Morauicæ, & Silesiæ ordines instanter hactenus itidem de libero Religionis suæ exercitio in eum statum restituendo , in quo Maximiliani primi temporibus fuerat, supplicarant, nisi morem gereret , tantum non palam omnem ei obedientiam renuntiaturi. Magnis studiis res acta vtrimque fuit. Augustanæ tandem confessioni addicti tantum pertinacia sua effecerunt , vt 21. Martij Rex ordinum petitioni articulis quibusdam conceptæ subscripserit, quorum summa hæc fuit.

Vt Tempia & Concionatores in regionibus supra Ensam ita, vti tempore Maximiliani Cæsaris fuerant , relinquenterentur. Controuersia de iure Patronatus à delegatis vtrimque deciderentur. Ciuibus in Regione infra Ensam ad Tempia egredi liceret. Concionatoribus Augustanæ Confessionis infantes in vrbibus (caute tamen & modeste agendo) baptizare liceret. Magistratus Catholicus nemini religionis causa vim faceret. Si quos tamen Dominus aliquis ferre noller, annum eis spatium concederet, quo interea res suas disponere , & familiam aliò transferre possent. Sepultura antiquo iure conseruaretur. Quod si Catholici protestantes admittere nollent , iisdem mortuos suos alibi apud religionis suæ socios sepelire fas esset , expenso tamen quod sacerdotibus Catholicis dari solet. Ad officia ordines idoneas personas proponerent. Regionis Præfectus alternatim singulis annis, vno è Catholicorum, altero è Protestantium numero eligeretur. Ecclesiastici in consilium de Republica ne admitterentur milites vtrimque dimitterentur. Harum tamen conditionum quædam scriptis non insertæ , sed ab Archiduce nihilominus promissæ & confirmatæ dicuntur, *Idem ibi.*

25. Martij Dux Iuliacensis, Cliuensis, & Bergensis intestino quodam morbo laborans , cum paulò ante venatione sese oblectasset , subitanea ferè, sed placida morte extinctus obdormiuit, magno subditorum dolore , & metu propter successionem. *Ianf. lib. 32.*

Aprili Mense Geneuensis Magistratus Terralium, nobili & antiqua apud Delphinates familia natum, proditionis, vt ipsi quidem asserunt , suspectum , & conuictum capite damnarunt. Tempus erit , si quid ego diuinus vaticinor,

Anni
Christi.

1605

Anni
mundi.

5692

1609

5696

quo